

Ayuntamiento de Madrid

40^A71

10 ~ 10

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

DIONYSII HA
LICARNASSEI AN-

TIQVITATVM, S I -

~~LIBROS~~ Originum Ro-
DEL DR manarum, Li-
~~L. MAROS~~ bri x.

A
7071

SIGISMUNDO GELENIO
INTERPRETE.

*Adieccimus Undecimum ex uersione La-
pi: ac Indicem rerum notatu digna-
rum locupletissimum.*

VIRTVTH BVCB,



COMITIS FORTVNAE

APVD SEB. GRY-
PHIVN LV-
GDYNIE.

DIONYSII HA
LICARNASSEI AN-
TIQUITATVM S I-
~~LIBROS~~ Originum Ro-
DEL DE manarum, Li-
~~LA MAROS~~ bri x.

~~LIBROS~~ A
SIGISMVNDO GLENI
INTERPRETE.

Adieciimus Undecimum ex uerfione La-
pi: ac Indicem rerum notatu digna-
rum locuplesissimum.



APVD SEB. GRY-
PHIVM LV-
GDVNIA.

REVERENDISSIMO
AC ILLVSTRISSIMO PRIN-
cipi & domino, donino Io. Rodolpho
Murbacensi Lucrensiq; Ab-
bati Sigismundus Ge-
lenius s.

EN PROMISSVS Dionysius ille
strissime princeps uenit ad tuā am-
pliudinē pignus nostra gratiendis,
scriptor cui paucos in hoc gene-
re conferas, præferas iure neminc. Fuit huic uiro
patria Halicarnassus, siue littoralis urbs ex
aduerso Rhodi sita, que iam ante Herodotū illū
suauiloquente dederat. ipse eximius inter suis
seculi rhetoras, apriaq; existimationis criticus
erat, ut omnes libenter sequerentur eius de quo-
cunq; siue antiquo siue recente scriptore senten-
tiam. cam gloriam domini nactus Romanam nau-
gauit ad orbis totius theatrum, quo tempore
Cæsar Augustus niger deuictio & sublato
Antonio solus rebus Romanis præcerat: commo-
ratusq; inibi per annos uiginti, & cum proce-
ribus uersatus, adepusq; lingue Latine scien-
tiam, quo hospitiū gratiam reserret, instituit
urbem nondum Græcis celebratam literis, apud
Græcos suos illustriorem reddere, id in primis
studens, ut eam contra uulgi opinionem vindici-
caret à barbarie, quod cum propter sermonem

L'IBRO 3

a 2

dec

DEL DR.

L VI C

detorum à prisca origine, ex opicarum gen-
 tium consuetudine mixtum ac uiciatum, habe-
 reetur pro barbaro: simul hoc agens, ut Græci
 & quiore animo cum alijs imperata facerent co-
 rum quos scirent non alienos à suo sanguine.
 Eadem ratione superioribus seculis adoptati
 fucrare Macedones, quo minus pudere serui-
 rū, cùm etiamen eorum lingua, licet finissima, non
 intelligeretur à Græco homine, sicut liquet uel
 ex mensium nominibus. Inualuit certe hæc opi-
 nio, ut Latini homines Latinæq; literæ non cen-
 serentur in barbaris, præscripsi postquam disci-
 plinae omnes his quoq; tractari cœptæ sunt: Ex
 quemadmodum Oriens non solum multis in pro-
 uincijs populariter Græcam linguam recepit,
 uerum iura sacraq; sua non atia complecti di-
 gnatus est, itidem Occidens, undem honorē La-
 tinis litteris habuit. Nec quæcansum de causis hoc
 potissimum argumentum delegit DIONYSIUS:
 sed cùm sciret historiam esse morum ex
 actionum omnium tam priuatarum quam pu-
 blicarum seu exemplar, ex uite speculum, plu-
 rimūq; reserre unde peccatur exempla, sumpsit sibi
 scribēdores Romani populi, prisci inquit illius
 in omni genere uirium pace ac bello exercitū,
 nequidam corrupti exoticis uel opibus uel uicissi-
 qui culie primū reges foreissimos ac sanctissi-
 mos, quamuis ipsos nō natos ex regibus: deinde
 regni in tyrannidem degenerantis impaciens, tā-
bene

beretatem afferuit iuratusq; est per incorruptissimos Junios, Valerios, Lucretios, Horatios, Mu-
rios, Menenios, Largios, Marcios, Quintios, Fa-
bios, ceterosq; his similes. Narrat enim primum
exordia Romani generis, repeita ab anequis-
simis Gracie gentibus, Cenotris expulsoribus
Siculorum ex Italia, Pelasgis, Arcadibus,
Epeis, Troianis, que prima omnium Graciarum
colonia trans Helleponenum in Asiam auspi-
cij dardani deducta est. Deinde quonodo alter-
rum Latij caput Romanam urbem Maree pro-
gnatus Quirinus condidit, eiq; finitimus populis
per dominis securitatem peperit. Numa religio-
nibus additis militares animos ad uitā missio-
rem & iustiora traduxit studia. Tullus sublata
de principatu coniurouersia, primo præposuit eā
mox consilio cuiore uniuit sue metropoli. An-
cūs mare usq; protulit eius imperium. Priscus
Tarquinius finitimarum ḡc̄tium fecit principē.
Seruius censu instieuto effecit ut nires suas no-
sceret. Sub ultimo Tarquinio accesserunt Sibyl-
lina oracula, unicum in rebus dubijs refugium:
cuius regis non ferenda superbia libertatis ex-
ciuit desiderium, eiusq; afferende occasione pro-
scrib. præbuit. Rulſis Tarquinij per X IIII
annos bellarum est cum tentantibus redditum,
fries Hetruscorum atq; Latinorum auxilio: ex-
hinc quoq; crescendi ansa arrepta est uiris for-
sibus. Extincto deinde cum uniuersa familia

superbo effloruit ciuitas sub consulibus: quorum
potestas iam inde ab initio sic emperata fuit
ne nec decemviri qui unius legum latores, nec nu-
merosi tribuni militum, nec dictatores amplissi-
ma potestat moderaic usi ac leniter, & que pro-
fuerint aut placuerint. Constituta communi li-
beritate laboratum est nonnihil seditionibus: sed
his confessim prudentium uirorum autoritas re-
medium attulit. Videre licet obiter triplicem for-
mam reipublicae, primò regiam, relicto tamen pe-
nes populū belli pacisue ac legum sanciendarum
ex magistrorum creādorum arbitrio: mox ad-
ministrationem rerum per optimates patricios,
donec plebs quoq; in partem curarum ex hono-
rum assumpta est, postquā per suos tribunos ui-
cit ut admitteretur ad magistratus ex sacerdo-
zia. Licet imperij quoq; uidere fundamenta rante
olim moli suffictura, legibus, religionibus, magi-
stratibus, ratiq; militaris ac rusticæ subnixa stu-
dys. Sed nihil & que profuit ad proferenda urbis
ex imperij pomæria, quam quod uictis parce-
batur: ex autem inope cōmiscebatur in colonias,
aut inde traducabantur in urbem ascribendi tri-
bulibus, ex aucturi ciuium Romanorū numerū.
unde etiam lingue mixtura, matureq; secura
depravatio, Sabinis, Etruscis, Hernicis, Vulscis,
& quisq; ascitis, ut mirum sit potuisse preme-
nre in Romano sermone dialepton Pelasgicam.
Fuit tamen initio principatus penes Romanos
mag

magis quam dominium, et à finiimis populis non sine contentione imperatum est ut pro socijs haberentur ucrius quā pro subditis, ecclēbaturq; uirtutibus Romanorū potius quam uiribus. His ius populi res memorie proditurus DIONYSIUS, duo præcipua quedam domo ad hoc negotium acculit, singularem prudentiam coniunctam cum pari eloquentia, atq; ita suscepimus onus sustinere facile potuit. Et quia primæ origines reperēdæcerant, si non à Chao et Iano Iaperoq; certe ab antiquissimis seculis, quorū soli poëtæ meminerunt: nec ubi seducerentur ab autoribus dubiæ fidei, sequitur concentum plurimum, et ucrisimiliora peruestigat sagaciter, certis modo argumentis assentiens: ut sunt locorum nomina, sanaq; passim à priscis heroibus condita. Verum in his eradendis ueniam et postulant et merentur, qui eranctant tam remota ab aetate sue memoria. Quæ uirum conditam sequuntur hæc ex antiquissimis probatissimisq; Romanorum scriptoribus, Fabio Pictore atq; Cincio, Catoneq; et Valerio Antiatore, ac ceteris quos etiam Liuum sequi non piguit. at ne hic quidem sine delecula acerrimuq; illo suo iudicio: immò plerunq; coarguit quorundam negligētiām, uel ex suppuratione temporum, uel alij bonis rationibus: cuius generis est censura de aetate Superbi Tarquinij, a Laurentio Valla usurpata. Si quid illi produnt quod

a 4 aut

aut hyperbolē sapiat, aut alioqui parum qua-
dret Romanis moribus, id silentio præterit:qua-
le est ferinum illud, quod Linius scribit de Scæ-
nula manum torrente in foculo: quem noster
Murius Cordum nominat, longeq; uerisimilius
arq; et iam decentius denarrat hominis facinus.
nam scænula cognomen alijs de causis in Mu-
riam gentem recipi potuit:nec enim solo igni
clades inscriur artubus: ex uiderur alicuius stu-
dio cognomini gentilicio affecta honesta fabu-
la. Ordinem temporum sequitur, quā p̄elucet
perpetua successio regum arq; magistrorum.
Res p̄eclarè gestas sic narrat ex laudat. ne
accedit ad maiorum emulationem posteros, quæ
principia lectionis utilitas: et est hic mira exem-
plorum uarietas ac copia. nec euenter tantum
describit, sed ex consilia, cum si quid inopina-
rum accidit. nec tantum bellicæ facinora memo-
rat, uerum non minore cura pacis arees, quibus
uel ordinum concordie, uel ciuitatis libertati ac
tranquillitati consulitur, multilam censens hi-
storiā ubi nihil præter pralia legitur ex p̄u-
gnationes urbium. Quantumvis magnis rebus
narrandis sufficit, nihil culpa sua deterens, o-
mnis contextens apissime, ubiq; sui similis, nus-
quam properabundus, sic temperans narrationē,
ut nec superfite quicquā, ex nihil desideres am-
plius. Incedū ex spaciatur digressionibus, ne his
quidem infrugiferis: alias delectat descriptionē-
bus,

bus, rem cœu ob oculos ingerens. Quæ omnia stilo
 prosequitur luculentissimo, non tam ad luxum
 ornato quæ ad mundiciem, in affectato, grani,
 dilucido, diversis uiribus Herodorum ciuem
 suum. & Aliicos Thucydidec Xenophontemq;
 referens, coniunges quæ illis erant singula. ubiq;
 rhetorem agnoscas, non raro philosophum. Itaq;
 impensa in hoc opus iusta opera, non rude com-
 mentarium nobis reliquit, sed absolutissimam
 historiam. Quo factum est ut cùm Theopompi,
 Ephori, Philisti, Hecatæi, Anaxilai, Timæi
 plurimorumq; aliorū scripta intercidereint, Po-
 lyby Diodoriq; maiori ex parte perierint: & in
 nostris literis desideretur integer Trogus, Sallu-
 stijq; historia, minimum supersit de Linio, non
 multum de Tacito, dimidiatus exstet Ammia-
 nus (quos si haberemus, absolutam teneremus
 Romanarum rerum memoriam ab Urbe cōditæ
 usq; Gratianni Augusti tempora, & labem
 imperij uastantibus transfrancis transdanu-
 bianisq; hostibus editam) huius monumenta ad
 nostrā etatem ob eximiam eorum utilitatē ser-
 uata sint. Et merito: erat enim uir omni genere
 disciplinarū expolitisimus, dogmatum philoso-
 phicorū peritus, ita tamē ut in Platone sit pro-
 pensityor, alienus ab adulterione & affectibus, li-
 cet monēdis illis mirus artifex, uirtutū magnus
 amator & inter has frugalitatis ac temperan-
 tiae comitū innocentia, reprobens ornitiorum sibi

a 5 sec

seculi: de rebus diuinis, ut ea tempora serabantur,
 non male sentiens. nam de prouidentia per occa-
 sionē reuerenier ac pie loqueretur, sic uirum suum Ro-
 manorū prædicans, ut ramen eorum forenam pen-
 dere faueatur à fauore numinis. aliquando re-
 cundit istorū impudenter, qui negant superos cu-
 rare terrestria. Et quia res populi Romādat li-
 teris, grauitate cū Romanis historicis cereat, in
 concionibus Liuianam p̄a se ferens uehimen-
 tiam, et uerba personis ap̄issima tribuens. Hi-
 storiam suam pollicetur se producturum usq; ad
 initium primi belli Punicū, sed uidetur morte im-
 maturæ præuenitus non absoluisse quod instie-
 rat. id quo magis suspicer, faciunt quæ habentur
 sub titulo libri undecimi, Lutecie non edita, et
 proinde nec à nobis uersa, farrago quedam in-
 digesta carens ordine, Planeq; uice commenta-
 riū parata, nec habens quicquam simile priori-
 bus uoluminibus: quā uel in hoc reliquimus suo
 loco immotam, ut autorem appareat operi cœ-
 pro immortuum. Eandem causam opinor cur nō
 repertiantur libri, quos in fine primi Antiqui-
 earium promittit se scripturum de Romanorum
 repub. Preter præsens uolumen supersunt eius
 rhetorici aliquot commentarij: ut, De com-
 positione, seu orationis pareium apta inter se
 collatione, ad Rufum. Aris rhetoricae ca-
 pitia quedam ad Echecraeum. De Thu-
 sytidis idiomatibus ad Zimmeum. Suidas
 memin

meminit ex libri *De antiquorum oratorum characteribus*. Hactenus de DIONYSIO. non enim scribimus, ac ne possimus quidem pro dignitate, eius encomium. His Antiquitates ante annos quinquaginta opinor, uerit Lapua nescio quis, sed sic, ut ex dilucidis, ex aliorum quoq; libris lucem inferentibus, ficerit obscurissimas: quod ipse in oculis afferret caliginē, quem admodum ille Seneca canillo noctatus spinas circumferebat in pedibus. infelici interpreti nihilo felicior typographus corigit, dignum (ut aint) patella operculum. tanta erat eius seculi ex superiorum barbaries. itaq; non magno fructu legebatur, sed non sine magno tedium. Proxima edizione HENRICVS Glareanus poëta, nunc in Friburgensi academia liberalium disciplinarū professor publicus, homo cū alias polyhistoressum in mathematicis absolutissimus, ex qua peculiariis ipsius laus est, in formanda iuuentute indefessus idq; prospero successu auditorij conatus opem ferre scriptori misericordis tractata, experitus est malū esse immedicable absq; sub fidio Graeci codicis, nisi quod quedam ex aliorū librорū collatione conciliando asservatus est. nam ea phrasis est interpretis, ut saepe dubites Graecus an Latinus loquatur, certo tamen scias te non intelligere, presertim si idiomatis Graeci sis rudis. Itaq; miscribat me tanti uiri, digni qui melius cognoscetur à Romanis, quorum uirantes

eutes tantopere celebrat. tandem ex insperato
 porrectum est remedium. nam cum Christianissi-
 mo Francorum regi F R A N C I S C O sua Mi-
 nerua, hoc est eruditi uiri quos amplectebatur
 & soubat excitans eorum ingenia, in mentem
 misisset ut regiam officinam typographicā in-
 stitueret conuenientem dignitati tanti nominis,
 inter mulcios p̄eclaros scriptores prodijt &
 D I O N Y S I V S. ò animum planè regium, gna-
 rum quibus uita iuuetur artibus: quem uiriam
 libeat & emulari cæceris Christianis principibus.
 Et spes est ita fore, quando non defuit qui recēs-
 etiam tum exemplum imitaretur serenissimus
 Lusitanus & Gymnæ rex I O A N N E S eius
 nominis tertius, & non contentus in regno suo
 nouam Conimbricæ fundasse academiam, addi-
 dit ei typographos regios. hic uero non dissimul-
 landus est mihi tuus quoq; illustissime princeps
 animus, dum per occasionem libenter soles typo-
 graphos iuuare exēplaribus simul ac pecunījs,
 non mediocri sanc tua laude, reiq; literariæ ob-
 modo. Sed ut cœpi dicere, oblatæ Græci codicis
 copia, paruo molimine sum impulsus ut totum
 opus melioribus aribus uicerem. autores porrò
 eius audacie fuerunt mihi cōpætres mei cariss.
 Hieronymus Frobenius & Nicolaus Episco-
 pius honestæ memoriae Ioannis Frobenij lauda-
 riissimi uiri alter gener, alter filius, qui heredi-
 tarias curas ad innandam rem literariam con-
 ferunt

ferunt communi cōfilio, incredibiliq; industria.
 Quid enim unquam ex eorum officina exiuit nō
 melius & expolitius? quo eximū scriptores in
 omni disciplinarum genere his erigint & annis
 inde emisi sunt, parem restituti nitori pristino,
 parem è latebris, in quibus tot seculis uetus se-
 pulcri iacuerant, cruti? quorum uel nudam no-
 menclaturam non capere una papīna, ne quid
 dicā de fœtura huius cruditi seculi. Quid quod
 prima omnium in Germania ceteras ad emula-
 tionem accendit? æyædñ d' ēgls ñdē þporoioz.
 satis enim apparet non alio telo profligatam
 barbariem. Hæ laudes ut uera ita confessæ sunt
 omnibus studiosis bonarum literarum et artiū,
 candide beneficium agnoscētibus. unde fit ue
 doctissimus quisq; haud grauatum ijs uiris com
 modet suam operam, quemadmodum nuper ille
 ataris sue phœnix R R A S M V S Roteroda-
 mus, Beatus Renanus, Simon Grynaeus, Hicro-
 nymus Gemusæus: ut raceam de supersticibus,
 non solum in hac urbe, sed & in longinquis
 terris degentibus, qui uicissim illustrare hanc
 officinam & illustrantur ab ea. me quoq; mul-
 tis iam annis usi renente grata compede uinctus
 & benignis officijs. ut aequo animo feram pa-
 tria desiderium. siquid igitur interim de literis
 sum meritus, ut quidam meritū putant, & hoc
 illorum est beneficium: in quorum gratiam au-
 sus sum postremis his annis in Iosepho atque
Dionysio

Dionysia ignotas teneare vias, quam consulte
viderint oī ἐνγνώμονες. De fide non sum sollici-
ens, ne eam cuiusvis utriusq; lingua perito non ap-
probē, elegantias uiri eloquentissimi magistriq;
eloquētia quī poteram exprimere? ceterū quod
ad perspicuitatem attinet, dedi operam, ut hac
quoq; parte proxime archetypū accederē. Pro-
dit igitur Dionysius cui nominis illustris. prin-
ceps I O. R O D O L P H B. auspicijs iam com-
mendatior, qui ex nobilissima familia natus ha-
bentc in stemmate non re unum principem, orna-
mentum ex ipso, ex huic quod geris muncri, es
egregium, locumq; obimes inter non postremos
Germaniae principes. nec mirum cum ad hanc
dignitatē. acuteleris uirtutes quātumuis eximius
dignas honoribus, pietatem, integritatem, since-
ritatem, prudentiam, grauitatem, eruditioñē: ma-
gnificeniam uero ac benignitatē eo magis nūc
colas quo celsiore fortuna cmines: que omnia in
te sunt non uulgaria, sed religioso digna prin-
cipe: mihi sancte cognita partim ex uno collo-
quio, partim ex eruditissimis simul ac huma-
nißimis tuis epistolis. ceteras doles norū ac ue-
neratuer familiares T. A. ex inter hos insigni
literatura prædicti D. Matthias Ulianus A.
T. cæcellarius ex Christophorus Stilzius, quiq;
eue ualeudinis tuendæ curā commissam habet
Ioānes Huberus. Hec igitur eos ornamenti diui-
nitus in unū heroem cōgesta merito adhibenda
erant

erant mangonizande (ut ita dicam) editioni no-
ua, etiā non essem⁹ A. T. deum c̄l̄st̄mus: nunc
non poterā effugere notā ingratitudinis, nisi ut-
cunq; restata relinquerē euā ultroneā erga me
beneficentiam, dedicato hoc partu mediocris no-
stri ingenij. Et alioqui me mirifice delectat hac
animi cui erga doctos uiros prop̄sio, quāuis in
cum chorū me nō ingerā: non potest tamen ista
A. T. de me opinio non addere mihi magnum
calcar ad alacritus decurrentium in hoc stadio,
ut ei salte aliqua ex parte respondeam. Qua-
propter cū ea que quotidiano splendori & beni-
gnitati supersunt libenter impendas tuae ditioni
ornande non unis magnificis edificijs, eaq; ipsa
exornes una atq; altera bibliotheca locupletissi-
ma, qui pr̄cipiuſ hominum religioni dedito-
rum thesaurus ist, dignare oro etiā has nostras
uigilias aliquo inter ceteros bonos autores, quo-
rum lectione pr̄sertim theologorū & histori-
corum oblectaris, loco ponere, et mihi quēscimel
in tuorū numerū recepisti fauore perge domine
reuerēdis. Opro ut te diu nobis et reip. incolumē
seruet servator ille Opt. Max. Basileæ sub Cal-
tan. anni à nativitate Iesu Christi M.D.XLIX.

A V T O R V M Q V I H I S I N L I B R I S
à Dionysio citaneur, nomenclatura.

G R A B C I .

✓ristoules.

✓naxilans

Anrig

- Anigionus.* *Antiochus Syracusanus.*
Aeschylus. *Ariethus.*
Aeschyllus. *Arctinus.*
Callistratus. *Cephalon Gergieius.*
Callias qui res Agathoclis scripsit.
Damastes Sigeus. *Demagoras.*
Dionysius Chalcidensis. *Eratosthenes.*
Hegesippus. *Hippomitus Cardianus.*
Homerus. *Hercules.*
Hellenicus Lesbicus. *Myrsilus Lesbicus.*
Menecrates Xanthius.
Polybius Megalopolitanus.
Pherecydes. *Philiscus Syracusanus.*
Phanodemus. *Silenus.*
Sophocles. *Satyrus.*
Theopompus. *Thucydides.*
Timaeus Siculus. *Xanthus Zydinus.*
Xenagoras. *Zenodorus Trezenius.*

ROMANI.

- Q.Fabius Pictor.* *L.Cincius.*
M.Porcius Cato. *Valerius Antias.*
Licinius Macr. *Q.Aelius Tubero.*
Cn.Gellius. *L.Calpurnius Piso.*
C.Sempronius. *M.Terentius Varro.*
Q.Ennius. *Tabula pontificum.*
C.Aquinius.

DION

DIONYSII A- LEXANDRI F. HA-

LICARNASSEN. AN-

*equitatum sive Orig-
num Romanarum.*

LIBER I.

SIGISMUNDO GLENNIO
interprete.



TSI non libet hac prefa-
tione ratione scribendi red-
dere : necesse tamen habeo
primum de me ipso dicere, no
propriis laudibus immora-
turus, quas scio molestis ui-
deri audientibus : nec quod uelim calumniari
scriptiores alios, sicut Anaxilaus & Theo-
pompus fecerunt in historiarum suarum proce-
misi: sed indicaturus quid me ad hæc tractan-
da permouerit, & qua occasione asservatus sim
cognitionem eorum que decreui hoc scripto pro-
ducere. Evidet habeo persuasum, eos quibus pro-
positum est ingenii sui monumenta post obitum
superfutura posteritati relinquere, præsereim
historias in quibus ueritatem ac prudentiae sa-
pientiaeque principia recondita omnes credimus,
debere primò argumentum eligere pulchrum ac
magnificum, quodque eximiā aliquam utilitatem

b

rem

tem pollicetur lectoribus: deinde curare ut instruetus sit ad id tractandum quam diligentissime. Qui enim de obscuris rebus, aut mali exempli, ac cognitu indignis texunt historiam, siue innoscendi cupidine et qualiscunq; nominis, siue ostentanda eloquentiae gratia, nec posteris noscuntur feliciter, nec laudem consequuntur eloquentiae, dum quisq; qualia uidet scripsa coram uitam quoq; tale fuisse existimat. Merito enim omnes putant orationem suam cuiusq; animo esse imaginem. At illi qui eximia quidem argumenta sibi seligunt, sed negligenter ea tractant quibus suis rumoribus creduli, nullam inde laude referunt. Indignum enim fuerit de claris ciuitatibus et uiris ampla potentia præeditis temere et ex tempore commentarios scribere. Hæc ego ratus maxime consideranda scriptoribus, quippe qui hac cura non tangar leviter, nec præterire silentio uolui, nec alio loco apius quadrare distxi quam proœmio. Ceterum argumentum me delegisse elegans et magnificum multisq; utile, facile opinor persuadebitur, dñe taxat his qui non omnino imperiti sunt vulgaris istius historia. Si quis enim mentem adhibeat ad prisca iam ciuitatum quam genium imperia maiorum monimentis prodita, ac singillatim quodq; consideret, inter se ne collata diligenter examinee quæna eorum sibi dominium amplissimum parauerit, aut res gererit bello pace ne clarissimas, ue
dabis

debit Romanum imperium longo intervallo post se reliquissē ceteras quarū hactenus extat memoria, non solum si sp̄ctes amplitudinē dominiū, pulchritudinemq; rerum gestarum quas nemo hactenus pro dignitate prodidit, uerum tū quod ad diuinitatem eius atinet exiens usq; ad nostrum hoc seculum.

DE PRISCIS IMPERIIS.



A M antiquum illud Assyriorum imperium retro ad fabulosa usq; pertingens tempora, modicā quādam Asia partem obiunxit. Hoc in Medos translatum, & auctūciam opibus, non longo durauit tempore, in quartam etatē desinēs. Persae porrò Medis deuictis Asia quidem penè tota tandem potiti sunt: ceterū Europæas gentes bello teneare ausi non miliū profecerunt, nec ultra ducentos annos permanserūt in rerum fastigio. At Macedonum potentia post oppressas opes Persicas imperij quidē amplitudine superauit omnes quoiquot antē fuerant. & tempore uero nec ipsa longo floruit, sed mox ab Alexандri abitu cœpit fieri deterior. distracta. Etā enim in multis principes statim ab eius successoribus, & post illos ad alteram tertiam ueritatē progressa, per se ipsa facta est debilitas, ac postremo Romanis armis sublata est ē medio, nec ipsa tamen totam terram ac mare coēgit imperata facere. nam nec Africam late
b 2 patente

pacientem subegit, nisi qua Aegyptio est conti-
 gua: nec Europā totā perdomuit: sed ad septen-
 triones in ea non processit ultra terram Thra-
 ciam, ad occidētum finita est mari Adriatico.
 Atq; hęc sunt celebratissima ad nostram usq;
 et aetem imperia, & hęc eorum diuturnitas atq;
 potentia. nam Gr̄ecorū imperia his nequaquam
 conferenda sunt, nec ditionis magnitudine, nec
 diuturnitate temporis. Athenienses enim ma-
 ritimum tineū trāctum tenuerunt annis duode-
 sepiuginta, ac ne hunc quidē totum, sed intra
 Euxinum pontum & Pamphylium pelagus,
 idq; cū maxime pollerent rebus naualibus. La-
 ccedemoniū uero Pelopōnesum ac reliquam Gr̄e-
 ciā tenebentes usq; Macedoniā extenderunt im-
 perium: in quo uix triginta annis exactis, à The-
 banis uicti eo priuati sunt. At Romanorū cui
 sis imperat per totam terram, duntaxat qua
 accessibilis est & habitat ab hominibus: to-
 ro etiam mari dominatur, non solum intra co-
 lumnas Herculis, uerū & Oceano quacunq; est
 nauigabilis: primaq; & sola in omni hominum
 memoria ortū & occasum terminos imperij sui
 posuit. tempus quoq; eius potentiae nō breve, sed
 diutinus quam ulli uel regno uel republicae.
 Statim enim ex quo primū est condita propin-
 quis ḡetes multas & bellicosas sibi adiunxit,
 atq; ita procedebat subiugās aduersarios. Quod
 tempus iam annorum est sepiungentorum quā-
 draginta

draginta quinq; usq; ad Claudiū Neronē iterū.
 & Calpurniū Pisonē, cōss. qui magistratum
 hunc iniuerunt olympiade cxciiii, ex quo
 aueem totius Italiæ facta domina ausa est or-
 bis imperiū sibi sumcre, exiurbatis è mari Car-
 thaginensibus, quorum nauales opes fuerāt na-
 ximæ, subiugataq; Macedonia quæ ad id tem-
 poris terrestribus copijs plurimū pollire uisa est,
 nulla amplius non barbara gente non Græca
 contendere de principatu, septimam iam etatē
 me hæc prodente dominiū omnibus in terris con-
 stanter obiiner: nec est ulla gens (ut ita loquar)
 quæ non agnoscat uniuerorum dominam, aut
 detrectet eius imperiū. Sed enim quòd ncq; fri-
 uolum argumentū dclegi, ut dictū est, ncq; uiles
 & obscuras res tractandas suscepi, uerū de ci-
 uitate scribo illustrissima, ribusq; gestis quibus
 splendidiores nemo posset ostēdere, opinor me sa-
 sis approbasse omnibus. quòd uero non incogi-
 tanter nec improuide ad priscas res eius narran-
 das aduerterim animum, sed bonis ad id addu-
 etus sim rationibus, liber paucis præfari, & oc-
 currere hominum morosiorū criminationibus:
 qui reprehendent me, quòd ciuitatis nostro aeuo
 celeberrimæ obscura admodū & humilia ini-
 ria scribēda susceperim, indigna sanc quæ man-
 dentur historiæ: quādo ante pauca secula urbs
 hæc illustre nomen & gloriā consecuta sit, post
 subacta demū regna Macdonica et res cōtra

pœnos gestus feliciter: cumq; mihi integrum es-
 set celebre aliquod argumentū in manus sumcre,
 in antiquitatis quasdam non admodum illustres
 proclivior fuerim. adhuc enim ignora est Græcis
 penè omnibus uetus illa Romanorū historia: &
 opiniones minimè useræ, ut ex tacerarijs rumo-
 ribus nata, eorum plerosq; decipiunt: errones
 quosdam sine lare barbaros, ac ne liberos qui-
 dem, eius urbis conditores fuisse. hos procedente
 tempore non pietate & iustitia ceterisq; nireu-
 ribus prouectos ad tantum imperium. sed iniusto
 quodam fortunæ fauore effundentis in immitios
 sua munera. nec desunt homines parum candidi,
 palam incusare fortunam soliti, quòd in barba-
 rorum deterrimos bona Græcorum transtulerie.
 Et quid hic alios memorem? quando etiam scri-
 ptiores nonnulli in gratiam barbarorum regum,
 ausi sunt hæc historijs prodere, quibus studium
 fuit osores imperij demercri adulatorijs obse-
 quijs, nulla æquitatis & ueritatis ratione ha-
 bita. His certè falsas sicut dixi opiniones ani-
 mis ciuium mcorum ut eximam, pro eisq; ueras
 reponam, de conditoribus urbis quinam fuerunt,
 & quo singuli tempore conuenerunt, & quibus
 casibus acti antiquas patrias reliquerunt, his
 mirrabo commentarijs: in quibus pollicetur me
 declaraturum Græcam eius genit originem de-
 ductam ex non pudendis nec aspernandis sui ge-
 neris autoribus. Post hec narrabo res eius mox

ab

ab urbe condita, quibusq; studijs parum si etiam imperium, quantum potero, nihil omissurus memorabile, ut nostri homines tandem ueritate cognita, dignam tali ciuitate existimationem concipient, ni sine in eam iniquo penitus animo: nec moleste scranti se subduos, quandoquidem uniuersali ac sempiterna lege naturae est receperum inferiores parere præstantoribus: desinanq; incusare fortunā, quasi indigne ciuitati. huic tantum concesserit imperium, cdocti ex nostra historia, quam innumeris uirorum uirtute, tulit mox ex quo est condita: quibus nec pietate nec iustitia, nec perpetua per omnem uitam temperantia, ac ne bellicā quidem fortitudine præstantiores ulla unquam ciuitas tulit, non Graeca, non barbara, absu modo uerbis inuidia. solet enim hæc comitari pollicitationes rerum mirandarum & fidem penè superantium. qui simul omnes post auctam à se in tamam amplitudinem Remp. ignorantur à Græcis hominibus, eo quod nullum soriti sunt se dignum historicum. nullum enim accuratum scriptum apud Græcos habet: nus extat in hoc genere, exceptis summarij compendijs per quam brevibus. Et primus (quod equidem sciam) scriptorum Hieronymus Cardianus antiquitates Romanas cursim attigit in opere de successione Heroicorum principum: dein Timæus Siculus res priscas complexus uniuersali historiâ, Pyrrhi Epirorū bellis priuatis

b 4 dica

dicato uolumine : cumq; his Antigonus, Polybius, Silenus, & innumeri alij res easdem non eodem modo aggressi, quorum unusquisq; parum aliquid, ac ne id quidem debita cura & diligentia, sed ut ex fortuitis rumoribus colligerat, scriptio prodidit. Nec absimiles historias ediderunt quoiquot Romani homines urbis sua res antiquas Graeco sermone scripscrūt, quorum uenustissimi, Q. Fabius, L. Cincius, ambo equales bellis puniciis. horum uerq; ea quibus ipse interfuit, ut probe sibi cognita diligenter mandauit literis : que uero olim post urbem cōditam deinceps secura sunt, contentus fuit summatim percurrere. Has sanè ob causas uisum est mihi non præterire silentio pulcherrimam historiam intactam superioribus, facturo non simplex operaprecium : quando & uiris foriibus sato suo defunctis sempiterna coniunget gloria, lausq; apud posteros, quod proxime ad immortalitatem accedit, superstite rerum gestarum memoria : & diuinorum illorum hominum præsens ac futura progenies præponet generosam & honoratam uitam iucundę & facili, dum reperiat honestissimam occasionem sibi oblatam a maioribus, erectoq; animo dat operam ne ullo pacto ab illis degeneres. Ipse quoq; qui non adulacionis causa ad hoc opus uersus sum, sed ueritatis & aequitatis studio, quod præcipuum debet esse historiae propositionem : primam declarabo meam
menicem

menem quām sim propensus ad gratificandum
bonis omnibus & magnarum rerum cognoscen-
darum cupidis: deinde pro mea uirili gratias ci-
uitati referam, memor educationis liberalis cæ-
terorumq; beneficiorum quibus in ea degeneri
mihi frni contegit. Nunc reddita ratione cur
hoc opus aggrediar, dicendum quo fatus id fa-
ciam. Fortasse enim qui prius legerunt Hiero-
nymum, aut Timaeum, aut Polybium, aut unum
aliquē ex paulo supra memoratis scriptoribus,
multa ab illis pretermissa inuenientes in meis
scriptis, suspicabuntur me fingere, & cupient
cognoscere unde rerum carum cognitionem na-
ctus sim. Ne igitur talem opinionem de me quis-
quam habeat, satius est indicare quibus com-
mentarijs sim adiutus. Ego appulsus in Italiam
post finem bellis ciuilibus impositum ab Au-
gusto Cæsare circa medianam olympiadē cene-
simam octuagesimam septimam, ex illo tempore
in hanc diem exactis Rome annis uigintiduo-
bus, assiduus Romanum sermonem eiusq; re-
gionis litteras, toto eo tempore paraui mihi qua-
putarem ad hoc opus accommoda: partim ex
doctissimorum hominum colloquijs, partiim ex
laudatorum ab his uirorum Commentarijs quos
superiora tulerunt secula, quod genus sunt, Por-
cius Cato, Fabius Maximus, Valerius An-
tias, Licinius Macer, Aelijq; & Gellij ac Cal-
purnij, & ceteriq; scriptores non ignobiles, quorum

b s anna

annales Græcanicis chronographijs persimiles
maiceriam mili præbuerunt uberrimam. Et de
meipso quidem hactenus: reliquum est ut ex de
argumento præmoncam, que tempora ex quas
res narraturus sim. ex quæ forma sic futura hu-
ius operis. Ab antiquissimis fabulis ordinar
hanc historiam, quas ante me nemo attigit, pro-
pter difficultatem eius negotij: deducam autem
narrationem usq; ad initia primi belli punici,
quod incidit in annū ictrium octuaginta octa-
va supra centesimam Olympiadis. dicam conti-
nua bella quibus se pop. Ro. per illa tempora excr-
cuit, ex interim exortas aliquoties seditiones
domesticas, ex quoniam pacto h.e sine cōpositæ.
Reipubl. quoq; species omnes edisseram quibus
usa est ea ciuitas, primo sub regibus, demde post
hos exactos quis rerū statu fuerit: mores etiam
eius optimos ex leges præcipuas narrabo, ex in
summa totam uiuendi rationem ueterem. For-
mam autem addam operi, nec talem qualis pla-
cuie bellorū scriptoribus, nec qualcm secuti sunt
qui descripscrunt tantum Respublicas, aut qui
Athidas inscripscrunt sua opera: simplices
enim ha sunt, ex cito audiorem faciant: sed erit
quiddam ex rebus gestis earumq; contemplacione
mixtum: ut satisfiat ex ciuiles res traetribus,
ex oblectantibus se speculatione philosophica,
ex his quibus uacare libet cognitioni historica.
Atq; hoc erit argumentum, ex talis species
operis:

operis: autor uero eius sum Dionysius Alexandri Halicarnassus, et hinc iam ordiar.

Initium huius historiæ.



R E M terræ marisq; totius princi-
cipem, quā nunc Romani habitant,
primi in omni memoria tenuisse di-
cuntur barbari Siculi, gens indige-
na, superiore uero tempore aliósne colonos ha-
buerit, an inculta fuerit, nemo potest certò dicere.
Aliquanto post pulsis longo bello antiquis do-
minis, Aborigines eam occupam, qui primū
in montibus paßim sine moenibus uicatim habi-
tauerunt. Sed postquam Pelasgi alijs Græcis
mixtis finie mos bello infestare cœperunt, in reli-
ctis à Sicula gente sedibus oppida aliquot muni-
uerunt: subegeruntq; sibi eorum id terrarū spati-
tum, quod amnes duo Liris et Tiberis termi-
nant: qui orti ex imis Apenninis montibus Ita-
liam quam longa est secantibus medium, erum-
punt in Tyrrhenum pelagus, D C C C. fermè sta-
diorū inter ueriusq; ostia in crastio. horū Tiberis
uersus sepe eniriones prope Ostiam urbem se ex-
oncrat: à meridiano tractu Liris Minturnā al-
luit, ambas Romanorū colonias. eas sedes deinde
perpetuo tenuit idem genus hominū muratis tan-
tum appellationibus, seruantes uetus Abori-
ginum nomen usq; Troiani belli tempora, quando
a Laelio rege denominari sunt. post id bellum
sextadecima atque cum Romulus sibi cognos-
cione

minem urbem condidisset, assumpto inde quod
 hodieq; retinent nomine, gens ex minima tem-
 poris processu evasit in maximam, & in illu-
 strißimam ex obscurissima, dum larium egenos
 ad se comiter recipit, & ciuitatem impariit de-
 nictis bello viris fortibus, & liberis suis dat ius
 ciuium, nullius conditionis homines aspernata,
 quorum modo opera uti possit Respublica: nulla
 re tamen magis adiuia quam institutis pulcher-
 rimia, dum in viris temporum difficultatibus
 undecunque excerpit aliquid utile. Ceterum
Aborigines autores Romani generis, Italia in-
 digenas alijs, suiq; corporis geniem asserunt. Ita-
 liam uoco eorum hoc latus inter Ionium sinum
 & Tyrrenicum, cereumq; à continente Alpi-
 num terminum. nomen quoq; eis inde aiunt im-
 possum, quod non aliunde trahant originem,
 quasi nos Græci genarchas dicamus siue pri-
 mogenios. Alij malunt errores quosdā incertis
 uagantes sedibus, & è multis regionibus conuc-
 nas, forte fortuna in eis locis iunxitse inter se co-
 pias: occupatisq; locis munitis uitam transgisse.
 Laiocinio ac re pecuaria. hi torquent uocabu-
 lum ad conditionem eorum hominum, quasi ob
 errorem uocantes **Aberrigines**. quod si uerum
 est ne sic quidem à re abludet prisca genis ap-
 pellacio, ut que miscellaneo generi hominum,
 nullumq; certam habentis patriam conuenias.
 Alij rursum Ligurum colonos eos fuisse fabu-
 lanens

Iantur Umbbris confinium. Ligures enim ex Italiae quasdam partes habitant, et Galliae, incertum ab uera profecti patria. nam hactenus incomperata origo eius gentis est. Sed scriptorū Romanorum doctissimi, et in his Porcius Cato, qui diligenter scripsit de cōditoribus Italiorum urbium, Caiusq; Sempronius et aliquot alii, Grecos eos esse affirmant, profectos ex Achaia multis ante bellum Troianū etatibus. nec tamen diserte tradunt ex qua Graeca natione quāne urbe migraverint. ac ne tempus quidem aut ducent colonie, aut quo casu antiquam patriam reliquerint, tantū fabulam secutii Graecanicam, nullius Graeci autoris eam confirmat testimonio. Itaque rei ueritas quomodo se habeat incertū est. quod si istorum sermo sanus est, non possunt esse coloni alterius generis quam Arcadici. Nam hi primi Grecorum habitauerūt Italiam trans sinum Ionium, deducti ab Oenoero Lycaonis filio. is quimus fuit ab Aczea et Phoroneo primis in Peloponneso principibus. nam è Phoroneo genita est Niobe, ex qua et Ioue fertur natus Pelasgus. Aczeae uero Lycaon fuit filius, et huius filia Deianira. ex Deianira et Pelasgo prognatus est alter Lycaon, cuius Oenotrus fuit filius, x v i. etatibus prius quam apud Troiam bellatum est. Et campus quidem hoc est missus à Grecis in Italiam colonie: migravit autem Oenotrus è Graecia non contentus portione sui

sui patrimonij. Cum enim essent Lycaoni xxxi filii, opus erat in eisdem foris diuidi Arcadiam. hanc ob causam Oenotrus relicta Peloponneso, classisque parata traiecit mare Ionium, undeque Peucetius unus est fratribus numero, comitare eos bona parte popularium. aiunt enim hanc gentem olim fuisse frequentissimam. adiunxerunt se his et aliis Graeci, quibus non sufficiebat ager proprius. Itaque Peucetius quod primum appulit in Italiam, super Iapygi.e promontorium suis expositis sedem sibi operauit, et ab eo horum locorum incole appellati sunt Peucetii. Oenotrus uero cum maiore parte exercitus in alium sinum pervenit, qui alluit occidentale lacus Italie. ut cum proprie accolentes Ausonius dicebatur Ausoniis: deinde Tyrrhenis portis maris imperio, mutauit nomen quod nunc obtinet. Hic nactus mulieros agros pascuis, mulieros arationi apertissimos, sed inculios plerosque, ac ne eos quidem quis colere nec frequenter nos hominibus, cum repurgasset eos ex parte quadam ab barbaris condidit oppida parua coniuga montibus, ut sumeras mos ueterum. Id eorum quantum agri obtinuit, Oenotria vocata est, Oenoeriisque ditionis eius homines, hoc iam tertio nomine. Aegae enim regnante Aegaei dicti sunt, et sub successore eius Lycaone rursum ab illo denominati Lycaones. transportari deinde per Oenotrum in Italiam, Oenotri aliquandiu vocari sunt: idque mihi testatur

statut Sophocles tragicus in Triptolemo. Inducitur ibi Ceres docens Triptolemū quantum terrarum necesse habeat per agrare seniūnādis à se concessis frugibus. nam post mentionem factam orientalis realie, quae à Iapygiæ promonitorio ad Siculum freū rendicur, aduersa q̄c huic Sicilia, sermonē deflectit ad occidentale Italiā, & possim̄as eius orae gentes enumerans ab Oenotris incipit: unde satis erit excerpisse hos iambicos. Ergo ad dexterū est sīca terra Oenoetria, Tyrrhenicusq; sinus ac Liguria. Antiochus autem Syracusanus antiquus scriptor habitatores Italie priscos percensens, & que loca singulis occupa sint, ait Oenoetros primos omnium quorum extat memoria terrā eā habitasse. Herba ipsius sunt hec: Antiochus Xenophanis hæc discripsit de Italia bona fide secutus sermones veterum. Terram hanc quae nūc Italia dicitur, olim anuerunt Oenoetri. Deinde cōmemoratis eorum moribus ac forma Reip. & quod regnū tandem Iatio declarū sit, à quo muratio nomine dicti sine Itali: Morgeiemq; huic successisse, unde Morgeiū eis appellatio: ergo quod siculus à Morgei exceptus hospitio proprium principatū in eagenre constituerit: h. ec herba subiicit. Sic facti sunt Siculi & Morgeites & Itali, cū essent Oenoetri. Nunc genus quoq; Oenoetorū declarabimus acrius antiqui scriptoris testimonio: is est Pherecydes Atheniensis nulli secundus in extensis geneal

genealogijs, qui de regibus Arcadiæ sic loqui-
tur: Pelasgo ex Deianira Lycaon natus est. huic
nupsit Cyllene Nais nymphæ, à qua mons Cyllene
dicatur. Deinde recensitis horū filijs, locisq; quos
eorum quisq; habitando accepit, Oenotri &
Peucetij sic meminit: Et Oenotrus à quo Oeno-
tri nominantur in sinu Ionio. Atq; h.ec sunt ab
antiquis poëtis ac fabularum scriptoribus de
sedibus & genere Oenotrorū prodita: quos ego
secuens, si modo Cato & Sempronius multiq;
alij uere opinari sunt à Græcis oriundam natio-
nem Aboriginem, credo eam Oenotrorum suis-
se progeniem. Pelasgos enim & Cretenses, &
id genus alios quorquot in Italiam deducti sunt,
inuenio posterioribus eò uenisse temporibus: an-
tiquiorcm autem hac migrationem à Græcia in
partes Europæ occidas reperire nequeo. Cete-
rum Oenotros præter alios agros uel desertos uel
male cultos à se occupatos, reor etiam Umbbris
parcem aliquam admissæ: dictos uero Græcis
Aboriginas à montanis sedibus: Arcadicum
enim est dilectari habitatione montium: qua ra-
tione Acheniensium quidam Hyperacriū vocati
sunt & Paraly. Quod si qui de rebus tam de
priscis non facile assentiuntur absq; attentiore
examine, ne sint faciliores ad credendū aut Li-
gures eos suisse, aut Umbros, aut alios quoscūq;
barbaros: sed suspendentes sineciam donec co-
gnoscant reliqua, cum demum decernat quid sit
uerisim

uerissimum. Oppida autem in quibus primum
habitarunt aborigines, paucata mea su-
pererat, plurima bellis aliisque; pestiferis calam-
itatibus. oppressa dissolutione sunt. erant autem in Rea-
tino agro non longe ab Apenninis montibus, ut
auctor est Terentius Varro in Antiquitatibus:
aberantque; à Romæ, que minimū, iter unius dici.
cum ego secundus dicā harum præcipuas. Palatiū
uiginis quinq; stadiis distans à Reate, urbe ha-
bitata Romanis nunc quoque; prope viā Quintiā.
ab eadem urbe L X. fermè stadiis distans Trebu-
la, sita in modico tumulo. ab ea iunctum abest
Viula, propinquæ Ceranii montibus. inde
quadragesimo stadio est non ignobilis urbs Su-
na, in eaque; uenustum Martis templum. à Suna
X X X. fermè stadiis abest Mesula, cuius ruinas
monstrantur et monium uestigia. inde stadio
quadragesimo est Oruinum urbs si qua alia in
co tractu ampla ac nobilis. apparent enim fun-
damenta eius moniū, et sepulcra quedam anti-
qui operis. et sepe sepulcrorum extensorum
per celsos ageres. in arce eius uetus Minerua
templum est. Octuagesimo autem à Reate stadio
euncibus uia Salaria præter monicem Coritem,
est Cursula nuper diruta. monstratur et insula
quædam Issa nomine, cincta stagnis undique; hac
absque; alio munimento habitasse feretur, freei pa-
lustribus aquis non minus quam monibus. Issa
proximum est Marunum, situm in eiusdem sta-
cio gni

gni recessu intimo, distans à septem aquis (ut uocant) quadragesimo stadio. Rursum à Reate uersus Latinam uiam cunctibus occurrit ad trigesimum stadiū Vatia, ad quadragesimum Tiora quae & Matiera. in hac aiunt fuisse oraculum Martis antiquissimum, nō absimile illi Dodoneo celebrato in fabulis, nisi quod illic in sacra quercu sedentē columbam dicunt uaticinari solitam: apud Aborigines autem diuinis missa, quam ipsi picum, Græci Λευκονόλαπτην nominant, idem faciebat in colūna lignea. ab hoc oppido xxiiii stadijs distabat Licta metropolis Aboriginiū, quam antiquis temporibus Sabini noctu ex Amicerna urbe sc̄eti ex improviso ceperūt. qui uero post eam dē sucrune superstices, receperī à Reatinis, s̄epe iuſtra conati recuperare patriā, agrum eius tanquam adhuc suus esset dūs sacrum fecerunt, diris deuouentes qui in posterum fructus ex eo caperent. Sepagesimo à Reate stadio absit clara urbs Cutilia monti apposita, & ab ea non longe lacus quadratorius amplitudine, natiuis plenus fluctuēs semper demandantibus, immense profunditatis ut perhibent. huic numen quoddam præsens, ipsumq; V.ctoriae sacrum indigene aueuant: & circunquaq; coronis cincto neminem propinquu ire s̄i nunc, inaccessosq; scruant cūs latices, nisi cum statia sacra post biennium recurrentia suo ritu faciūt, yis quibus s̄i est in paruam cius insul

insulam concendentibus. ea diametrum habet
fermè quinquaginta pedum, nec plus quam pe-
dem ex aquis eminet, instabilis et hoc illuc
pleruntq; fluitas, alias alio uentis eam impellen-
tibus. in ea gramen quoddam prouenit carici si-
mile, et dum quidam non magnires supra ca-
ptum corum qui naturæ contemplationum im-
periti sunt, et nullo miraculo inferior.

Secundæ sedes Aboriginum.



A's primas sedes, pulsis inde vni-
bris, habuisse dicuntur Aborigines.
inde excurrendo cum alios barba-
cum præcipue confines siculos inse-
stabant, bellum cum eis gerentes de agrorū pos-
sessionibus. Primum finibus expressa est sacra
quædam iuuentus exigua numero, ad quarendū
uictum à suis emissâ parentibus, more antiquo,
quem receptum scimus à multis tam Gracis
quam barbaris. quoties enim uulgi multitudine in
aliqua ciuitate nimiū ex cresceret, nec alimenta
domi omnibus sufficerent, aut aëris intemperie
lesa terra fruges proferret pauciores solito, aut
alia talis ciuitatum occuparet calamitas, siue
bonum siue malum cogere minui multitudinem,
deo cuiquam sacrantes quantum hominum an-
nus pareret, emittebant armis instructos è suis
finibus: si pro iuuentutis felici prouenire aut ui-
ctoria gratias diis agerent, peractis solennibus
sacris, fausta ominatione prosequentes abiun-

c 2 ros

ros in coloniam: sin irata numina placarent, finemq; præsentium malorum poscerent, eodem modo sacris operari, moesti ueniamq; peccantes à suis quos ablegari necessitas cogere. illi uero post-hac carituri patria, nisi aliam pararent que se recipiat, quicquid terrarum armis acquisissene aut gratia, habebat uice patriæ: creditumq; est eis adesse deum cui dicabatur, & supra humanam spem prosperare huiusmodi colonias. Ex eo more cum quoq; Aboriginum quida, regione suæ uiris florente (naroru enim quenqua necare nobilis, rati facinus id cum primis execrabilis) numini cuida sacrais unius anni partubus, hos quia primum uirilem etarem attigissene, colonos miserunt aliò, qui sicularum res agere ac ferre non destiterunt, donec illi malis fessi agros suos desererent. ut uero hi semel parte aliqua agrorum ex hostico adeperi sunt cuius iam & reliqui Aborigines agrorum inopes aggrediebantur suos quiq; conterminos: & præter alias ciuitates condiderunt que exstant nunc quoque, Anenares, Tellenenses, Ficulenses prope montes Corniculos, ac Tiburtinos apud quos hodieq; Siculeum pars urbis dicitur: nec ullam alia finitemam gentem magis infestabat quam siculos. his contrauersys tandem genees integræ ad arma sunt excitate, bellumq; oriū quale ad eam diem aliud nullum in terra Italia, durarurum longo tempore. Interim Pelasgorum quidam Thess

Thessaliam patriā linquere coacti, receptri sunt
 ab Aborigibus, communibusq; opibus bellū
 geribani contra Siculos. hanc manum Abori-
 gines in sedium suarum partem admiserunt spe
 fortis auxiliū, ego etamen id propter cognatio-
 nem potius factum credidicim. quando C^r Pe-
 lasgorū fuit Græca natio, oriunda ex Pelopon-
 neso, agitata varijs casibus, sed erroribus maxi-
 me, nusquam ualens certum domicilium figere.
 Nam primum habitarunt apud Argos ut nūc
 vocant Achæiū, eius loci iuxta mulierū opi-
 niōnem indigenae, à rege Pelasgo sortiti antiquo
 hoc uocabulum. hunc ferunt Iouis c Niobe Pho-
 roneo nata fuisse filium, quam primam morta-
 lum fœmmarum complexus est Jupiter, ut ha-
 betur in fabulis. post hunc sexta etate relinque-
 res Peloponnesum migraverunt in Hamoniam,
 nunc mutato nomine dictam Thessaliam. duces
 autē huius colonia fuerunt, Achæus, Phthius,
 C^r Pelasgus, Larissæ C^r Neptuni filij. V. uero
 in Hamoniam uenientem est, pulsis inde cultoribus
 barbaris regionem in tres partes diuidunt, ap-
 pellatas ex suis ducibus, Iphiotidē, Achaiā,
 Pelasgioidem. Ibi etates quinq; cum exegis-
 sent, forunis amplis aucti, frumentisq; Thessa-
 lia campis uberrimis, circiter sexram aratam
 expulerunt eos inde Curetes C^r Leleges, qui
 nunc Aetoli C^r Locri vocantur, cumq; his alijs
 multi Parnassi accolæ, ductu Deucalionis pro-

c. ; gnari

gnali cè Prometheo & Clymene Oceanī filiā.
 At profugorum alijs Cretam petierunt, alijs Cycladū insularum occuparunt aliquot. pars Olympo atq; Oss. e contiguam regionem nomine Iestioeidim fecerunt sibi domicilium: pars in Baetiam migravit & Eubœam atq; Phocidem alijs traiçientes in Asiam circa Hellestponū occuparunt multa loca maritima, uicinasq; insulas cū alias aliquot, cum eam quæ nūc Lesbos vocatur, mixti Grecis qui iam anticē ductus Macaris Criasj filij coloniam eò deduxerant. sed maxima corum pars per loca mediterranea se contulit ad cognatos suos Dudoneos, quos ne sacros nemo fas puerat bello aggredi: ibi q; mā serunt sat longo tempore. deinde postquam sc̄nserunt à se grauari cæseros, quod et rra omnibus alendis non sufficeret, reliquerunt eam regionē oraculo moniti nauigare in Italiam, quæ tunc dicebatur Saturnia. cum parata classe mare Ionium traiçiente, cupientes orā Italie sibi proximam coniungere: sed flante austro, & locorum ignari, prouecti longius eenuerunt unum c Padi ostijs nomine Spincicū, ibi q; naues reliquerunt & turbam laboribus ferendis imparum, non sine praesidio, ut refugiū haberent si res sibi non succederent ex sententia. hi loco manentes castra cinxerūt mœnibus, impore aeneis mari necessaria uitui: & cum eis ex uoto cederet omnia, considerunt urbem cognominem ostio fluminis: fueruntq;

runtq; foreunati pre cūtis eum sinū accolenti-
bus, diu potiti maris imperio, mittebantq; Del-
phos deo decimas ex maritimis prouentibus, si-
qua alia ciuitas, magnificas, postea tamen ma-
gnis copijs uicinorū barbarorum aduentariibus
deseruerunt urbem, barbari uero tandem à Ro-
manis delecti sunt. ainq; ita Spina relictorum Pe-
lasgorum genus interiē. Si illi qui mediterranea
petierunt, superatis Italiæ montibus perue-
nerunt in Umbriam finitimā Aboriginebus. ha-
bitabat tunc Umbri et alios multos agros Ita-
liae, eratq; ea gens cum primis antiqua et am-
pla. Igicur initio Pelasgi occuparunt agros in
quibus primū sedes fixerat, potisi quibusdam
Umbrorum oppidulis: sed cum contra eos conue-
nisset ingens exercitus, territi hostium multiu-
dine contulerunt se in regionem Aborigineum.
illi decreuerunt eos ut hostes bello persequi, ac
mox è proximis locis confluxerunt celeriter de-
lendi eos animo. Pelasgi uero qui tum forse for-
tuna circa Cutiliam Aborigineum urbem pro-
pe sacrum lacū disuerterant, postquam contem-
plui sunt iactata in eo insulam, et ex capti-
uis quos in agris interceperant audiuerunt ap-
pellationem eius regionis hominum, crediderunt
finem iam habere suum oraculum. nam apud
Dodonam redditum eis responsum, quod L. Ma-
nius uir non obscurus ait se uidisse in templo
Iouis antiquis lucris insculptum cuidam sacr.

to triplodi, sic habebat: Pergite querentes Sicutorum saturniam terram, atq; Aboriginum Corylam, ubi insula uehitur. quibus permixti decim.us Phœbo mittite: ex capite Ioui: et eius patri mittite uirum. Aduent antibus autem cū magno exercitu Aboriginibus occurrit Pelasgi cum oleo & ramis inermes ac supplices: expositiq; suis casibus, orante ut recipiantur in amicitiam & parem sedium, nequaquam graues ipsis futuri: et interpretati oraculū, aiunt se ad ea loca delatos deorū monitu. His auditis assenserūt Aborigines, quod fessis bello siculo placeret Graeca societas contra infensos sibi barbaros. itaq; cum Pelasgis foedus feriunt, & parem agrorum suorum eis assignant circa sacrum lacum, quorum pleraq; erant palustria, dicta nunc iuxta proprietatem antiqua lingue Velia. solebant enim prisci illi Graci nominibus à uocali incipientibus præponere ou scriptū uno charactere: is erat similis & duplice, ad rectam lineā duabus obliquis additis sic, ΦΕΛΕΥΝ, ΦΑΡΑΞ. ΦΟΙΝΩ, ΦΑΕΛΠ, & multa similia. horū deinde bona pars, cum acceperit agri omnibus non sufficerent, Aboriginibus in eam expeditionē ascitis, bell. Umbros aggreditur, & urbem eorum florinē ac magnam Crotonē repente incursu capiunt: qua mox pro arce bell: contra hostem usi sunt, quondam & munita esse. ex agrū circumquaque haberet apertum pascuis. alia quoq; loca multas

multa in potestatē suam redigerunt, & Aboriginibas contra Siculos promptā ac fidilē p̄ficerunt operā, donec eos eiccerunt suis sedibus. in his multa oppida partim antè habitata ab hostibus, partim recens a se conditā, tenuerunt indiuisa ḡt̄es sociæ: ex quibus sunt Cære dictum Agylla eo seculo, Pisa, Saturnia, Alsum, & quæda alia, quæ post à Tyrrhenis occupata sunt. Phaleriū ucrò & Phascenium etiā nostro tempore à Romanis habitata paruas quasdā scintillas seruant Pelasgici generis, cum ipsa quoq; olim Siculorū fuerint. in his multa antiqui moris Græcanici perdurāt longissimo tempore, ut armorum ornatus, hastæ & argolici clypei: & quoties illæuri bellū, aut excepturi, ultra fines exercitū emitterent, faciales sacri uiri absq; armis præcedentes alios: sacroruū quoq; apparatus & ædes deorum immortalium, expiations & sacrificia, & multa alia similia. sed omnium clarissimum monumeneum hos qui Siculos eiecerunt apud Argos olim habitasse, templum est Phaliscion Iunonis argino illi simile: ubi & sacrorum ritus crante idem, & cultrices templa sacrificule, & puella innuptæ quā vocant Canephoron, sacrificiū auspicari solita, ad hæc chorū virginū patrios hymnos in laudem deæ canentium. Tenuerunt hi & campanorū quos uncane camporū partim quandam non exiguum, aspergi amœnissimorum & aprißimorum pascuis,

c 5 pulsis

pulsis inde Suruncis gente barbara: ubi inter ceteras urbes condidere Larissam Peloponēsiac illius cognominem, quæ quondam metropolis ipsorum fuerat. ex his quedam steterunt usq; ad nostra tempora, mutatis saepe habitatoribus, Larissa uero iam dudum deserta est, nullo nunc manente pristinæ habitationis uestigio: ac ne nomen quidem eius multis est cognitū. aberat autem non longe à foro Popilio. alia quoq; multa loca cum maritima cum mediterranea tenuerunt capita de Siculis. Si Siculi Pelasgi simul & Aborigibus bello impares, liberis ac coniugibus cum auro & argento sublati totam regionem suam eis cesserunt: uersiq; per montana ad meridiem, & per agrata tota inferiore Italia, cum undiq; pellerentur, tandem paratis ad freuum ratibus, & obseruato secundo astu traiecerunt in insulam proximam. Sicani tum eam uenabant genus Hispanicū, quod fugatū à Liguribus paulo ante ibi habitare coepit: Sicaniaq; de suo nomine uocauerant, quæ prius Trinacria dicibatur à forma triangula: horum numerus nō magnus erat pro amplitudine insule, multis agris incolis iacentibus. Huc igitur deuicti Siculi primū partes ad occidentē ueras coluere, deinde & plerisq; alias: mutatoq; nomine insula uocari coepit Sicilia. ainq; ita Siculum genus reliquit Italā, ut Hellanicus Lesbius auctor est, ante bellum Troianum etat certa.

alc

*Alcyones apud Argos sacerdotij anno sexto
 & uigesimo. tradit enim duas profectiones in
 Siciliā ex Italia: priorem Elymorū quos ait se-
 dibus suis eicctos ab Oenotris: sequentē uero an-
 no post quinto Aesonum fugientiū Iapyg. et ho-
 rum regē dicit siculum, à quo nomen sit inditum
 tam genti quam insulē. Philistus autē Syracu-
 sanus scribit traieccisse illos anno octuagesimo
 ante bellum Troianum, gentem uero transuertā
 ex Italia nec Siculos, nec Aesonates fuisse, nec
 Elymos, uerū Ligures duce Siculo. hunc Itali
 filium imposuisse nomen suū subditis. Ligures ē
 suis agris pulsos esse Pelasgorū & Vmbrorum
 iniurijs. Antiochus Syracusanus quando mi-
 gratiū sit nō indicat, tanum dicit Siculos opus-
 se sibi principem deducendā coloniā, ui exactos
 ab Oenotrorum & Opicorum copys. Thucydi-
 des eos qui migrarunt uocat Siculos: eos qui
 expulserunt, Opicos: sed multis annis post res Ilia-
 cas. Hac sunt quae praecipui scriptores tradun-
 de nouis habitatoribus profectis in Siciliam ex
 Italia. Si Pelasgi mulier bonos agros bello
 sibi parauerunt, urbibus quoq; potissi, insuper
 alias ipsi edificaverunt: & intra paucos annos
 opibus, uiribus, forennis aucti sunt egregie,
 quae tamen felicitas eis diuerna non fuit: sed
 cum maxime rebus omnibus florcre uiderentur,
 offenso numine diris alij calamitatibus, alij
 barbarorū uicinorum armis deleti sunt. maxi-
 ma*

ma iamē eorum pars per Gracorum ac barba-
rorum trras denuo dispersi sunt, de quibus lon-
gum effet accuraius scribere. pauci in Italia
manserunt Aboriginem beneficio. Ilorum ma-
lorum prima urbis inuasit sterilitas, quando fru-
ctus arborū decidebant priusquam maturi scerēt,
nec statim temporum uicibus ad frugem perue-
nirent segetes, nec pecoribus proueniret satis pa-
buli: fontes quoq; aue contrahebant uictum, aue
maligne aquam per astare p̄ebibant, aue de-
ficiebant penitus. nec feliciores erant fœturae
mulierum ac pecorum. nam aut abortiuī fœtus
cyciebatur, aut in partu interbant, nonnunquā
cum fœtarum & puerarum pernicie. aut si
euadebant difficultate parium, uitiosi & im-
perfecti nascebatur, aut alioquin inutiles. dein
de matura quoq; etas laborauit morbis ac pe-
ste preter solium. Consulentiis autem oraculū
quo deo quo' ue demone leso paterentur talia,
& quomodo querendum his malis remediū :re-
spondit Deus, eos uoti compores non reddidisse
qua uocrant, & mulcum debere insuper. La-
borantes enim sterilitate Pelasgi omnium rerū
ioni, Apollini & Cabiris decimas uocrant,
& eoruī qua ipsi nascerēt in posterū, potiriq;
uoto frugum omnium & pecorum portionē for-
tieri obiulerat dijs, quasi uouissent hæc sola. Tra-
die autē hæc Myrsilus Lesbius penè totidē uer-
bis quibus ego nūc, nisi quod nō Pelasgos uocat
qui

qui hoc fecerunt, sed Tyrrhenos, ob causam qua
dicitur postea. post relatum domum oraculum
non poserat quid sib uellet coniūcere. quibus hæ-
sit antiibus senior quidam id interpretatus est.
errare eos qui putent deos immerito de ipsis con-
queri. rerum enim omnium primicias rite red-
ditas. humane uero proliis forem etiamnum de-
beri, rem dijs longe carissimam: qua iuste per-
soluta satisfaciendum oraculo. Placebat qui-
busdam consilium, alijs tamen dolus aliquis
subesse uidebatur. et andem cēscere quodam opor-
tere scitari an Deus cupere reddi sibi hominū
decimas, mittunt ad eum denuo. ille iusste hoc
facere. inde nata est fiducia, cum non conueniret
inter eos quomodo reddende essent decime. ac
primum magistratus urbium turbauit ea res.
deinde reliqua plbs optimates suspectos ha-
buit. itaq; sine omni ordine tumultu abatur, ue-
luit aistro ac furijs percitti: multiq; lares omnino
deserti sunt, cū abligata esset certa pars: quod
cognati eorum iniquum putarent distrahi à ca-
rissimis, et manere inter inimicissimos. atq; hi
primi relictia Italia magnam Græcie barba-
rarumq; regionum partem peruagari sunt. hos
mox secuti sunt alijs, idq; quotannis persuera-
uerunt facere. non enim destiterūt ciuitatū prin-
cipes ex adulca iuuentute primicias delgere, si-
ut dijs quod iure debebatur redderent, tum quod
uereretur ne qui ex eo numero clam remanentes
nouis

nouas seditiones cierent. multi etiam inimico animo sub honesto praetextu pellebantur ab aduersa factiois hominibus: itaq; multe migrationes fiebat, & late per terras dispersum est genus Pelasgicum. erant autem propter exactam inter bellicosas gentes uitam in re militari excellentissimi, nauticarū quoq; rerum periti propter Tyrrhenorum commercium: id quod uictum quae siuros satis acuebat ad fortitudinem, docēs eos pericula contēnere: quamobrē quocunq; delati facile potiebantur uictoria. hos ceteri homines de nomine regionis à qua olim profecti sunt, & in memoria antiqui generis, eisdē Pelasgos vocabant & Tyrrhenos: quod eò dixi, ne quis audiens à poëtis ac historicis Pelasgos etiam Tyrrhenos nominari, miretur quomodo ijdē homines utrūq; nomen habeant. nam horum & Thucydides meminit recēsens urbes in ora Thraciae habitat as à bilinguibus, in quarū mentione de Pelasgico genere sic loquitur: Sunt ibi & Chalcidenses, sed plurimi Pelasgi ex illis Tyrrhenis qui olim & Lemnum & Athenas habiterunt. Sophocles autem in Macho dat cho-ro anapasticum carmen ealce. Inache pater, filii fontiū patris Oceanī: quem colunt Argina copira & agri Iunonū, & Tyrrheni Pelasgi. Erat Tyrrhenicē nomen illo tempore celebre per Græciam, & tota Italia quā occidente spectat nullo gentium discrimine appellationem illam habebat.

bebat: sicut nunc in Gracia sit, cū alijs locis, cum
 in Peloponneso. ab una enim inhabitantium gen-
 tium Achaica, tota ea peninsula in qua sunt
 Arcanes, Iones, cum aliquot gentibus alijs, no-
 minatur Achaia, Tempus autem quo res Pe-
 lasgorum coepérunt deficere, incidit in alteram
 etiam ante bellum Troicum. durauerunt tamē
 penè ultra eius belli tempora, donc contracta
 sunt in gentem minimam. nam præter Crotonim
 Umbriae ciuitatē memorabilē, & si quid aliud
 renuerunt Aborigines, perierunt reliqua Pe-
 lasgorum oppida. Croton uero cum diu retinuis-
 set formam ueterem, nō multo ante nostrā etatē
 & ciues mutauit cum nomine, Coriota vocata
 & facta Romanorum colonia. Derelictas au-
 tem à Pelasgis urbes occupauerunt cū alijs mul-
 ti ut quiq; erant finitimi, cum maxime Tyrrhe-
 ni plurimas ac optimas. hos quidam aiunt in-
 digenas esse Italie, quidam aduenas, & qui ne-
 gant eos externi generis dicunt nominatos à do-
 micilijs miliiis, que primi in his regionibus
 fruxerunt Turres enim Tyrrheni, ut Gracci tyr-
 scis, & ficia firma & modica nominant. Volute
 igitur ex re nomine eos inuenisse, sicut Mosynœ-
 cos in Asia. nam & illi habitant lignas qua-
 si turres compactas c. lisis erubibus: ipsi vocati Mo-
 synes. at qui aliund: immigrasse eos fabularunt,
 Tyrrhenum aiure suissi ducem colonie, ab eoq;
 genti nomine impositiū. Hunc Lydū genere anti-
 quis ad

quis admodum temporibus migrasse è regione
cum dicta Maenia, quartam Iouis progeniem.
nam ex Ioue & terra genitū Masnem primum
in illis locis regnasse. ex hoc & Calliroe Oceanī
filia prognatarum Corym. Coryi nuptam filia Tul-
li terrigenae Italie duos peperisse filios, Adiem
& Atym: ex Aty & Callihea Choræ filia
natos Lydum & Tyrrhenum. Lydum domi ma-
nente successisse in paternum imperium, ab eoq;
denominatam terram Lydiam: Tyrrhenum co-
loniae deducende autore occupasse bonam partem
Italie, socijsq; profectionis suam imposuisse no-
cibulū. Herodotus autem narrat ab Aty Mas-
na filio Tyrrhenos oriundos, & Maonas non
sponte migrasse in Italiam. ait enim Aty re-
gnante sterilitatem incubuisse terris Maonum:
incolas uero quod tenerentur amore patriæ, mul-
ta excogitasse eius calamitatis solamina, al-
ternis diebus ieunianies, reliquis uenientes cibo mo-
dico. sed cu id malum mora nihil remissius fie-
ret, diuiso bifariam toto populo sorti cōmisisse
ueris abeundum aut manendum sit, sub quam
sortem ueniebant & Atyis filij. & Lydi partis
feliciorem sortem obuenisse: alicram uero cu suis
facultatibus peruenisse in regionem Italie, quæ ad
occidentem uergit, tunc Vmbrorum culeam popu-
lis: ibiꝝ urbis condidisse, quas tenerent usq; ad
sua tempora. Eadem multos alios de Tyrrhenoru
genere scio scribere, quorum aliꝝ de autore colo-
niae,

nī.e, de tempore aliū uariante. Quidam enim dixē
runt Tyrrhenum Herculis filium, natum ex Ly-
da Omphale. hunc delatum in Italiā expulisse
Pelasgos ē suis urbibus, non omnibus, sed tran-
stiberinis ad septētriones spectaneibus. aliū Tyr-
renum Telephi malunt filium, uenissiq; post
Troiam captam in Italiā. Sed Xanīus Ly-
dus antiquitatū per tuos si quis alius, patrie uc-
rō historiæ auctor nemine inferior habitus, neq;
Tyrrhenum nominat usquam in suis scriptis Zy-
dorum principem, neq; ullam scit Menonum in
Italiā deductā coloniam, aut Tyrrheniæ qua-
si Lydorū coloniæ meminit, leuiora quēdā me-
morare solitus. Atys autē filios fuisse dicit Ly-
dum & Torybum. hos post diuisum paternum
imperium ambos mansisse in Asia: ab eisq; gen-
tibus quibus præfuerunt denominationes impo-
sitæ indicati uerbus his: A Lydo descendunt Ly-
di, à Torybo Torybi. horum lingua ab altera
parum curriat, & hodieq; alieni alterorū usur-
pant non pauca uocabula, quemadmodum Do-
rienses & Iones. Hellanicus Lesbius ait Tyr-
renos Pelasgos primū uocatos, postquā Italiam
habitare cœperunt assumptisse quam nūc
habent appellationem. eius uerba in opere quod
inscripsit Phoronida sunt hec. Pelasgi regis co-
rum & Menippes filiae Penei Phraetor suis
filius: huius uero Amyntor, huius deinceps Teu-
tamides, & huius Nana. hoc regnare Pelasgi
d pulsi

pulsi sunt è Gracia : relictisq; ad spineticum
 flumen in sinu Ionio nauibus, Crotonem cuperū
 urbem mediterraneam: eaq; belli sede usi consti-
 tuerunt quam nunc vocant Tyrrheniam. Myr-
 silus conerà dissensionis ab Hellanico, Tyrrhenos
 ait post relictam patriam passim vagabundos
 mutato nomine dictos Pelargos, quada alitum
 pelargorum, hoc est ciconiarum , similitudine,
 quod agminatim oberrarent per Gracis regio-
 nes atq; barbaris: Et murum quo Athenien-
 sum arx cincta est cognomine Pelasgicū opua
 esse horum hominū. mihi tamen uidentur omnes
 errare, qui credunt unam & eandem gentē esse
 Tyrrhenicā & Pelasgicā. nam hos pro illis in-
 uicem nominatos mirum non est, quandoquidem
 & alijs gentibus tam Gracis quam barbaria
 idem accidit, ut Troianis & Phrygibus propin-
 quis inuicē: quāvis multi unū genus utrisq; au-
 sument, & non in re, sed in nomine hanc esse dis-
 ferentiam: que quidē nominum cōfusio non mi-
 nus quā alibi in Italicis fuit gentibus. fuit enim
 tempus quo Latini, Umbri, Ausones, & alijs
 Tyrrheni à Gracis dicebantur, quod proper lon-
 ginquitatem earū gentium difficile esset h.ec di-
 ligenter discernere: adeò ut Romā ipsam Tyrrhe-
 nicā urbem multi scriptores opinati sint. nomi-
 num et. in mutationē, sicut & uite, credo factā
 in his gentibus: sed cōmune ambarum genus nō
 credo, cū alijs multis argumentis inductus, cum
 linguar

lingue trum diuersitate, nihil simile habentium.
 Et enim neque Crotoniæ (ut inquit Herodotus)
 cum circuinicinis cōmuniem linguam habent ne-
 que Placiani, ipsis etiamen inter se conuenit: sa-
 risq; apparet quod quam secum in ea loca inten-
 tcrunt lingua speciem, eam retinēt. atqui mire-
 tur aliquis Placianis quidem circa Hispon-
 sum habitantibus sermonē fuisse Crotoniatarū
 sermoni similem, quandoquidem ueriq; à Pelas-
 gis oriundi sunt: Tyrrhenos autem etiam uicinos
 habuisse prorsus dissimilem. si enim cōmune ge-
 nus & cognatio credēda est causa huiuscmodi
 similitudinis, contrarium est causa dissimili-
 dinis. neque enim uiriusq; eandem causam putare
 possumus. nam aliorum quidem rationē qua-
 dam haberet, eiusdem gentis homines, qui longe à
 se inuicem habent, non amplius retinere eandē
 sermonis formā, propter finitimarum cōmercia:
 sed absurdissimum est eorūdem locorum incolis
 non conuenire lingua si sint eiusdem generis. Et
 Tyrrhenos quidem diuersos esse à Pelasgis hoc
 argumentum est: nec etiam Lydorum eos colonos
 arbitror. nec enim cōmuni illis lingua est: nec
 possumus dicere, quod licet sermonē differant,
 alia etiamen seruent indicia ueteris patriæ. nec
 enim eadem quae Lydi colunt numina, nec simi-
 libus legibus uiuerunt aut studijs, uerūm hac par-
 re à Lydis plusquam à Pelasgis differunt. quare
 uero ne uerisimilior sit eorum oratio, qui non

aduenam esse hinc gentem sed indigenā assue-
rant: quandoquidem & peructus ēst, nec cum
ulla alia moribus aut lingua eam cōuenire cō-
pereum est. hoc autē nomine à Grēcis appella-
tos esse nihil uera, uel propter domicilia turri-
ea, uel ab aliquo prēpotente principe. Romani
cērē alijs eos uocant nominibus. etenim ab He-
truria quā aliquād habitarunt ipsos Hetruſ-
cos appellatane: & ob excellentem sacrorum ac
diuini cultus periculam, nunc quidem obscurius,
olim uerū integrā uoce quemadmodum Grēci
duo nōc uocabant. Ipsi uerò se à duce quodam
Risenā superiore illa ratione nominant. Urbes
autē à Turribinis habitatas, & modos admini-
strandi reipublice, uniuersamq; eius gentis po-
scentiam & res gestas digniores cognitiu, ad hæc
fortuna uariu uices dicemus alijs. Ergo Pelas-
gī cīnq:io, quātum eius cladibus superfuit, nec
in coloniis dīstractum est, id quod ex magno ad
modicū redactum est numerum. in cr. Abori-
gine d. qens in his resedit locis ubi postea Romā
illorum nosteri cōdidere cum alijs. atq; hæc sunt
que de Pelasgis produnt fabule. Nō multo post
alia classis Gr̄corum in eam Italię partē ap-
pulit, L X firmè annis ante bellum Troianum,
ut ipsi Romani autores sunt, profecta à Palan-
tio urbe Arcadicā eam coloniā deduxit Euan-
der Mercurij filius & nymphę cuiusdam Ar-
cadicę quā Grēci Themin dicunt plenā numi-
ne: Roma

ne: Romanarum antiquitatum scriptores Car-
mentā patria lingua nominat: quod nymphæ no-
men fatidicam significat, deductum à carmine
iuxta Romana etymologiā. hanc mulierē affir-
mant demonis spiritu correptā futura populo
præcincere solitā. ea multitudo non cōsensu ciui-
tatis emissā est: sed oreā seditione inferior factio
sua sponce secessit. Forte cum apud Aborigines
regnum à maioribus accipē rencbat Faunus, à
Marie ut serunt oriundus, vir fortis ac prudēs,
à Romanis post tanquā unus indigerū sacris ho-
noratus et carminib⁹. Is paucos illos Arcadas
comiteē exceptos donauit agris ipsorū arbitrio.
elegerunt autē, sicut eos Thymis post rem diuinā
peractā premonuerat, tumulum nō longe distan-
tem à Tiberi, qui nunc fermè in meditullio Ro-
manæ urbis situs est. apud eum construxerunt
paruum uicum, capacem hominum quo potue-
runt due naues adiutare è Græcia, cui erat in-
fatis ut in tantā urbē euaderet, quaerā alia nul-
la uel Græca uel barbara, sine ampliudine ediri,
sine maiest. w imperij sp̄ ecceur, sine alia quævis
felicit. us, duraturā quænū potest mortalitas, ac
præ ceteris cunctis memoratu dignissimā. huic
oppidulo à veteri patria nomē imponunt Palan-
tium: nunc tamen palantium à Romanis dicitur,
corrupta uoce iniuria temporū: unde multis ab-
surdarum etymologiarū occasio. Sunt qui nā a-
dant, & in his Polybius Megalopolitanus

d 3 denomin

denominarum ab adolescente quodam Palante
ibi mortuo. cum fuisse filium Herculis & Dynæ
Euandri filia: cui maternum aut̄ extirxisse in
eo tumulo sepulcrum, & locum nominasse ab
adolescente Palantium. ego tamen Rome neq;
sepulchrum uidi Palantis, neq; inferias audiui
ei fieri, nec aliud quicquā eiusmodi cognoscere
posui: quāuis hæc domus nō sit obliuioni tradi-
ta, nec sit expers honorū quibus diuinum genus
ab hominibus colitur. nam & Euādro & Car-
menta & Romanos sacrificare quotannis comperi,
quim admodū reliquis heroībus ac demonibus:
aras etiā eis dicatas cōtemplatus sum, Carmen-
te apud Carmentalē portā sub capitolio, Euan-
dro apud Aventinum collēm prope portam iri
geminā. Palanti uero nihil tale uidi ab eis ex-
hibitum. Cæcrū Arcades acceperis sub colle se-
dibus, ex ædificatis more patrio domicilijs, tem-
pli quoq; cōstruunt, primi Lycaeū Panī iubente
Themide, (Arcadibus enim dcorū antiquissi-
mus & honoratissimus est Pan) in loco quæ Ro-
mani lupercal nominat, nos Lycaeū dicere pos-
sumus. & nunc quidē ædificijs fanū circūm oc-
cupantibus omnia, difficilis concilia est qualis
olim loci natura fuerit: sed ut fertur, erat tum-
ulus clunca sub tumulo magna, denso querereo cō-
recta, & sub perris profundi fonticuli, soluq; ru-
pibus cōtigui nemorosum, et frequētibus ac pro-
ceris opacū arboribus. ibi ara dicata deo more
patrio

patrio sacra fecerunt, que nostro quoq; tempore faciunt Romani mense Februario post brumam, nihil mutantes ex ritu pristino. modus autem sacerorum dicitur postea. In uerice uero cumuli Veteris fano exstructo, rem diuinam ei alienis annis fieri instituerunt: quod ex nostra etate Romani faciunt. hanc Arcades fabulatur filiam Palantis prognati Lycaone: ex honores quos nunc habet apud homines consecutam Minervam iubente, quod cum hac dea simul educata sit. à Ioue enim recens natam Minervam commendatam esse Palanti, ex apud illum educata dum adolescere. Cereri quoq; exemplum exstruxerunt, ex per foeminas sacerdores sacra ei fecerunt abstemia, more Graeco, quorum nihil mutantur ist nostro tempore. Quin ex Neptuno Hippio fistum instituerunt, Hippocratis dictu Arcadibus, Romanis uero consualia, per quod apud Romanos ex more immunes sunt ab opere equi ex multi coronantur floribus. Alia quoq; multa fana ex aras ex simulacra deorum dedicauerunt, expiationesque instituerunt ex patria sacrificia, que etiam etate mea sunt eodem modo: nec mirarer si quada per eot secula obliuioni fuissent tradita. sufficiunt etiam uel ea que adhuc supersunt in argumētum prisorum Arcadicorum rituum: de quibus alias dicitur amplius. Dicuntur etiam literarū Graecarum usum primi invenisse in Italia, nuper uisarum Arcadibus: instrumenta quoq; musica,

d 4 lyram.

lyram, trigona & lydos: cum ad id temporis non
 nisi pastoralibus fistulis usi fuissent, nec ullo pre-
 ter has inuenio musico. leges etia tulisse, & uitam
 ante a ferina maiore ex parte miti ac mansue-
 tam redditisse. Sed & artes ac studia, multiq;
 alia cœulisse in publicū: & proper hæc gratiōsi
 fuisse apud suos hospites. Hæc secunda gens Græ-
 ca post Pelasgos delata in Italiā cōmunes cum
 Aboriginibus sedes habuit, easq; in loco q; nunc
 est in iora urbe Romana præcipuus. Post Arca-
 dum aduentū paucis aliquoe annis clapsis alia
 manus Græcorū in Italiā uenit duellu tūrculis,
 qui tum Hispaniā, & quicquid terrarū usq; ad
 occidentē solēm protēditur, domuerat. horū qui-
 dam missione ab Ircule impeirata circa hæc
 loca hæserū: & nocti opportunū tumulum tri-
 bus fermè stadijs distancē à Palantio, redigerūt
 eum in formam oppidi. is nūc capitolinus nomi-
 natur, ab illius seculi hominibus dicibatur sa-
 turnius: Græci nostri Cronium dicerē. Qui au-
 tem relicti sunt, pleriq; erat Peloponnesij, uideli-
 cer Pheneat&, & Elidēses Epej, quos nullū am-
 plius tāḡ bat reuertēdi desiderium, delecta patrie
 bello quod gesserāt contra Herculem. admixium
 his erat & Troiani generis nonnihil, capeiuis
 Laomedone regnante abductis ex Ilio, quando
 Hercules eam urbē ui ceperat. & ut mihi uide-
 tur, etiam ex reliquo exercitu quicquid erat fes-
 sum laboribus, aut errorum periesum, missione
 impetr

imperata in hoc loco remansit. Tumuli nomen quidam, ut dixi, antiquū exist: manū, eoq; Ep̄eos maxime delectatios ob memoriam tumuli apud Elidē Crony: qui est in P̄isano agro prope amnē Alpheum. eum Elidensis Saturno sacrum, rati sacrificijs alijsq; honor. bus uenerantur, conuenientes illō statis tēporibus. Euxenus autē uetus poēta: & alijs quidam fabularū scriptores Italicī, purant ab ipsis Pisaniis proprieſ simil: iudicem ſai Crony loco nomen impositum: & aram Saturno Ep̄eos dicasse cū Hercule, que etiānum durat ad radices tumuli, iuxta uiam qua à foro in Capitolum ascenditur: & sacrificium quod etiam aetate mea faciunt Romani ritu Græcano, ab illis institutū fuisse. Sed quantum ego ex coniecturis colligo, etiam ante aduentū Herculis in Italiam sacer erat Saturno is locus, dictus ab incolis Saturnius. quin & uniuerſa ora qua nunc uocatur Italia, dicata erat huic deo, uocata à suis hominibus Saturnia, ut licet uidere in Sibyllinis carminibus, & alijs oraculis à dijs redditis: ſuntq; paſsim per eam regionem mulae templa dicata huic deo, & mulae ciuitates condem quo uniuerſa ora dicta nomine: agri quoq; multi cognomines eius numinis, pr. cipuc scopuli ac ſummitates montium. Italia uero pōst nominata est à uiro prepotente Italo, hunc Antiochus Syracusanus ait bonum & sapientē fuisse: & propinquarum regionum hominibus partim

d : s orat

oratione persuasis, pareim ui coactis, totam eam
terram sub iugum suum redigisse, quanta patet
Napetinum sinum inter & Scyletinum : eamq;
primam Italiam uocatam Itali temporibus. ca-
ditione potius, cum iam haberet mulos subdi-
tos, appetisse finieimos, ciuitatesq; muleas in
unum coegerisse imperium: ipsum uero fuisse Oeno-
erum genere. Hellanicus autem ait Herculem Ge-
rionis boues abigente in Argos per Italiam,
cum iuencus quidam ab armento resiliens per-
agata uniuersa ora transauisset trans fretum in
Siciliam, rogante semper obuios eius regionis
homines qua persequibatur iuencum, nunc ubi
eum uidisse, illis Graecam linguam parum intel-
ligentibus, sed pari: a uoce uitulum indicariibus,
qua etiam nunc id animal significat, appellasse
totam regionem quam iuencus pertransiit, Vi-
taliam. temporis autem processu mulorum id uo-
cabulum in praesenti formam mirum uideri non
debet, quando simile quiddam accidit mulis etiam
Gracis nominibus. Verum etamen siue, ut An-
tiochus ait, à duce, quod foreasse uerisimilius est:
siue, ut Hellanicus opinatur, à iuro nomen hoc
acepit: illud certe ex ambořu autoritate liquet,
quod Herculis aitare, aut paulò ante, sic nomi-
natio est: superiori uero tempore Graci Hesperiam
& Ausoniam eam uocabant, indigenæ Satur-
niam, ut iam dictum est. Est etiam alia fabula
uulgata inter indigenas, quod ante Iouis regnum
Saturnus

Saturnus in his terris imperium habuerit: et
decantata illa uita regnare illo abundans omni-
bus copijs quas annus fieri, nusquam alibi magis
quam apud ipsos sucri. Quod si quis remota ex
horum uerbis fabula bonitatem regionis uelit
disquirere, ex qua humanum genus plurima ad
hilaritatem uite facientia decerpserit mox à suis
initijs: siue ex terra, ut antiquorū haber opinio,
siue aliunde ea fuere: non facile aliam inueniat
magis ad hoc idoneam. Si enim eam ad unā ali-
quam magnitudine parem terram conferas, non
solum in Europa, uerū etiam in toto orbe opti-
ma meo iudicio est Italia: quāuis non me lateat
quod multis incredibilia uidebor dicere, cogitā-
ribus Aegyptū et Africam ac Babyloniam,
et si quarum aliarū celebrata est felicitas. Et
ego terrae opes nō aestimo ex una aliqua frugum
specie, nec me subit desideriū habitandi ubi arua
tantū sint pinguis, aliarū uero rerum ad uitam
uilem aut nulla aut admodū parua copia: sed
quaē sibi p̄sa maxime sufficit, aduectijsq; bonis
minime indiget, eam puto optimam. hanc uero
omnigenam fertilitatiē et copiam, credo supra
quāuis aliam terrā concessam ualite. nō enim
arua modo bona habet, caret autē arboribus, ut
aliqua frumentifera: neq; platis modo omnī gene-
rum aēdis est idonea, sed inutiles segetib⁹, ut ar-
busti agri: neq; habet quidē haec uiraq; sed parū
apia est pascuis, neq; dixerit quis eam abundare
quidem.

quidem frugibus ac pascuis, sed ad degendam
uitam esse ingratam hominibus: sed est reserata
omnibus, ut uia loquar, uoluptatibus & cōmo-
dis. cui enim frumentis & cedre campus campa-
nus, non fluijs, sed aquis rigatus cœlestibus: in
quo ego uidi arua uel tristis, astinam post hi-
bernam, & auctumnalem post aestivam semetem
enurientia. cui olin serae, Messapiorum, Dan-
niorum, Sabinorum. aliorumq; mulierum culiu-
ra? cui uitiferæ Etruria, & Albanus ac Fa-
lernus ager mirum in modum amici uitibus, &
modico labore plurimos reddentes fructus atq;
optimos? præter eam autem quæ colitur, mulcet
terra inuenias patere onium, mulcet caprarum
gregibus: plus etiam & præstantius armentis
equorum & boum. palustris enim & pratensis
herba copiosa illa, cultuinaeq; terra irrigua &
roscida, immensum quantum aestate compascua,
omni tempore præbet gregum copiam. Sed salius
imprimis admiratione digni sunt, circa præru-
pta loca & nemorosa, tumulosq; culture pa-
rum idoneos: ex quibus habent multam ac pul-
chram naualem materiem, multam etiam apicem
alijs operibus. atq; horum nihil est uel paratu
difficile. uel remorum ab humanis usibus, sed
operi facilita & in promptu sua propice fluijo-
rum frequetiam qui uniuersam oram perfluent,
& magnam cōmoditatem importandis ac per-
mitrandis quas terra fert rebus afferunt. eadem
terra

terra habet aquarum calidarum multis in locis
 scaturientes, iucundissima exhibentes balnea,
 morbis inueteratis sanandis uelissima, metallis
 omnis generis, uenationes ferarum, prouentusq;
 maritimos uarios: et innumera alia uel utili-
 tati seruientia, uel delectantia miraculo. sed
 omnium pulcherrima est aëris moderata, ut anni
 tempus siccus, temperies, qualis nec nimio gelu, nec
 immenso aestu, fruges ledat aut animantia. Nil
 mirū igitur si antiqui saturno sacram puerue-
 runt hanc terram numen hoc rati beneficium, et
 auctore felicitatis hominum: siue is Chronus est,
 ut Greccii uolunt: siue Saturnus, ut Romani: totam
 mundi naturam cōplexus, utcunq; eum nomines.
 eadem huius regionis admiratione factū est, ut
 ob eximiam eius opulenciam ac gratiam, cuius
 studiosum est humanū genus, cēsintes quod cuiq;
 accommodum est maxime conuenire uel dūs uel
 hominibus, montes et nemora Panis in euangelia
 dicauerint, nymphis præta et loca uirentia, li-
 tora et insulas marinis numinibus, et in cere-
 ris itē quicquid alicui familiare est uel Deo uel
 demoni. Fertur etiam ueteres saturnū placare
 solios humanis uicimis, sicut Carib ginenses
 dum sterili orum urbs: et apud Gallos idem fit
 nunc quoq;, aliasq; penes occidenti proximas.
 Herculem uero, ut aboli re hūc morem sacrorum
 et aram fundasse in colle saturnio, et auctorē
 fuisse ut sanctæ hostiae puris adoleretur ignibus.
 Et neq;

& nequam pœnam timerent quasi ob neglecta
 sacra patria, docuisse incolas ad mitigandam
 iram Dei, pro hominibus quos minibus uinctis
 iaciebant in Tiberim, oscilla facta in eoru[m] simi-
 litudinē pari modo missere in flum, ut quic-
 quid religionis in animis omnium supererat tol-
 lereceur: qui mos iam inde ad nostra demanant
 tempora: & nunc quoq[ue] Romani idem factitant
 paulo post uernum equinoctium Idibus Maïs,
 quo die lunam uolunt esse dimid: am. tunc enim
 peractis sacris pontifices (id summum est facer-
 dotium) & cum his custodes immortalis ignis
 uirgines, prætoresq[ue]; & alijs ciues quos fas est in-
 teresse illi sacrificio, simulacra hominum x x x.
 numero de sacro ponte miscent in Tiberim flu-
 um, quæ argos nominant. Verum de sacrifi-
 cijis & alijs Romanorum ceremonijs, in quibus
 seruans Graecanicum morem & domesticum,
 alias significabimus. nunc rcpus uidetur poscere
 ut de aduentu Herculis in Italiam iradamus
 aliquid compereius, & non omitamus si quid
 ab iis memorabile. de hoc demone que nar-
 rantur, quedam fabula, quedam ueritati, pro-
 piora sunt. Fabula de aduen:u cius sic habet.
 Eurystheus inter cetera certamina iussit Her-
 culen boues Cirionis ex Erythea in Argiam
 urbem agere. is ubi fecit quod iussus est, domum
 genitrix adiye cum alia multa loca Italie, cum
 agrum Palanicum in terris Aborigineum. ibi
 boue

boni pabuli nactus copiam armamenta dimisit per
 pascua: ipse labore fessus, procubuit somnoq; se
 dedidit. Interim quidae eius loci latro Cacus no-
 mine repertis bubus sine custode pascientibus, cu-
 pidine carum captus est: cumq; animaduerteisset
 sopitum Herculem, eorum quidem armatum
 abigere non ausus est, ratus nec latere fureum
 posse. & alioquin id fore difficile. paucis tamen
 aliquot in propinquam speluncam ubi digebat
 abdidit, quas auersus unam post aliam cædis eà
 traxerat: ut querentem indicium fallerec uestigijs
 in contrariam partem ducentibus. Hercules
 paulo post somno excitus cum recensuisset nume-
 rum, & aliquot boves sensisset deesse, primum
 incertus quò deuenirint, & ratus aberrasse à
 pascuis, querbae eis per agros: ut uero nusquam
 reperit, ad speluncam pergit licet reclamantibus
 uestigijs, nihilominus perscrutandum cum locum
 ratus. Caco autem stante pro foribus, & cum ro-
 garetur nōgante se uidisse, nec tamen inquisicio-
 nem permittente, immò fidem inuocante eorum qui
 aderant, quasi uim patetatur ab hospite: confuso
 Herculi & inopi consiliij tandem in mente uenit
 reliquias boves ad speluncam agere: quarum no-
 cem consuetumq; odorem ubi senserunt inclusæ,
 mugitu reddito fureum prodiderunt. ac Cacus
 in maleficio deprehensus decrevit uti viribus, si-
 mulq; pastores socios conuocat. cum Hercules
 nociferantem clana prosternit: eductisq; bubus
 quon

quoniam uidebat locum apium latronum rece-
praculo, sp. luncam baculo suo diruit: cumq; cæ-
dem expiasset aqua fluminis, in proximo aram
Ioui Inuentori posuit, que est Romæ prope por-
tam trigeminam, & ob inuentas boues Deo in-
uencum unum sacrificat. hæc sacra etiam ætate
mea Romani Græco ritu faciunt, quæ admodum
ab illo instituta sunt. Ceterum Aborigines &
Palantini Arcades, ut uiderunt Herculem, &
Caci morem cognoverūt, hunc proprie rapinas
perosi, illius stupentes speciem, diuinum quiddam
sc videre putabant. & pro magna felicitate ha-
bebant exemplos se latronis iniurijs: & ut inopes
ramis lauri, cuius in his lacis magna erat copia,
tam se quam illum coronabant: reges ipsi inuita-
uerunt eum ad hospitium. ut uero nomen & ge-
nus ac gesta ipso narrare cognouerunt, cum tota
regione se comiserunt in tanti uiri fidem ac ami-
citiam. Euander uero qui iam ante audierat è
matre Carmena, esse in fatis ut natus Ioue &
Alcmena Hercules immortalis ex mortali uir-
tureis ergo fieret, mox ubi hunc ipsum esse didicit,
occupare uolens eam gratiam, primus omniū Her-
culem diuinis dignatus est honoribus: exstru-
etaq; ara extemporali præ nimio studio, mactauit
ei inuenientum indomitum, oraculo prius communica-
to cū hospite precatus ut delibaret uictimam.
qui letus hospitallitate gentis populum exceptie-
epulo, bubus aliquot mactatis, quos ex reliqua
præda

præda decimis selegerat. Reges uero, id quod eos
 uehementer cupere sciebat, donauit agris. Ligu-
 rum & quorundam aliorū è finiis, prius ex-
 pulsis inde uiris quibusdam immanibus. Ferunt
 præterea incolas regionis ab eo rogatos, ut quā-
 do se ultero inter deos recipiſſent, seruarent hono-
 res ipsius perpetuos, quot annis iuuenium indo-
 mitum mactantes, & riu Græco peragētes id
 sacrificium. Et ut semper libens aderſet suis sa-
 cris, prefecit illis edictas prius ritum duas nobi-
 les familias. hi fuere Potitiū atq; Pinariū, penes
 quas gentes multis seculis durauit cura sacro-
 rum, ita ut ille iuxta Græcorum disciplinā in-
 stituerat: Potitijs solis extorū dape uescientibus,
 à quibus arcebantur Pinarij, in cōmuni officio
 semper priorcm partem cedētes collegis sacer-
 dotiū Potitijs. ea fuit caritatis malitia & ne-
 gligentia, quod inſi mane p̄.ſto eſſe, ad eis de-
 mun exiis ad cæteram dapem uenerint. nunc ea
 men illorum posterit. is non habet curam horum
 sacrorum, sed operanteur c̄is serui empi & re pu-
 blico. que autem cauſa mutati moris fuerit, &
 quam manifesta ob id indignatio numinis, suo
 loco dicitur aprius. Ara uero in qua Hercules
 decimis obulit, à Romanis uocatur maxima,
 prope forum boarium, nulla inferior quod ad ci-
 uium uenerationem attinet. nam & iuſiurandū
 apud eam ac conuena que uolent eſſe firma
 peragunt, & decimas facultatum ex uoto ſæpe

c

illuc

illuc offerunt. apparatus tamē eius parū respon-
det opinioni hominum. Passim etiam aliās per
Italiā templa huic deo dicata sunt, araeq; oppi-
datim & per vias: nec facile reperias in Italia
locum ubi nō colatur hic deus. Et fabulis quidē
hæc de illo sunt prodita. Veriora uidetur quo
de eo narrant historici qui res gestas eius man-
darunt literis, uidelicet quòd cū esset atatis sua
ducum præstantissimus, magnasq; ductaret co-
pias, quicquid terrarum oceano cingitur pera-
graucie, collens tyrannos quoquo effente graues
& subiectis intolerabiles: aut si qua ciuitas pre-
ferocia molestaret finiebantur, hospitium nefarij
gauderebant cæribus. pro quibus legitima regna
moderatasq; res publicas constituit, & in uitam
mores induxit humanos ac sociabiles. ad hæc
cum Græcis iuxta uersatus est ac barbaris, cum
maritimis atq; mediterraneis, quibus antea ma-
le conueniebat per infida commercia: & in de-
sertis terris urbes condidit, fluminaq; auerterit
campos inundancia, vias muniuit in difficultibus
accessu montibus; nihil non molitus ut mare ac
terra quam latissime patieret usibus cunctorum
mortaliū. Ceterum in Italiam uenit non absq;
comitatu, nec agens præ se armenta pecudum:
nec enim erat per has regiones via perenni-
bus Argos ex Hispanijs, neq; prope uisa obi-
cer ea loca tanti potius fuisse honoribus: sed
per domita Hispania cū exercitu uenit ad sub-
ing

ingādose eorum locoruū homines. coactus est enim ibi muletum tēporis terere propter classis absen-
tiam, quæ distinebatur hibernis tempestatibus:
eum quia non omnes Italica gentes ulro impe-
rata sacerene. nam præter alios Ligurum gens
magna & bellicosa in transitu Alpiū sita co-
nata est eū arcere ab ingressu Italiæ: ubi Gre-
cis fuit certamen difficillimū, adeò ne tula eos in
hac pugna defecerint. meminit autē huius belli
ex antiquis Poëtis Aeschylus in soluto Prometheo.
Inducit ibi Prometheus Herculū prædicē-
tum inter cætera de cuenū certaminum expedi-
tionis contra Gerionem, & quā difficile obiter
gesturus sic bellum Ligusticū. carmen autem sic
habet. Vises Ligurū copias impetratas: quo-
rum pugnaces, sat scio, ferox licet probabis ma-
nus, & tula te deficient. Sed postquam his pro-
fligatis pacificat sibi transicunt, quidam sponte
deditione oppidorum faciebant, maximè quo-
quo crant Graecanici generis, aut non satis fi-
debant suis viribus: plerosq; tamen armis expu-
gnare necesse habuit. Inter eos qui bello subacti
sunt fuisse aiunt & Cacum illum Romanis fa-
bulis celebrem, qui princeps immanium quorū-
dam barbarorum heroi restitit. freeus locis na-
tura munitis, unde excursabat in finitimos, is cīo
animaduertisset Herculem castram etatum in
propinqua planicie, cum prædatorio globo in
eum irruit: & dormiente etiam cum exercitū,

c 2 quicq

quicquid præde incustodictum nactus est, retro abegit in sua. deinde obfessus à Grecis & ex-pugnatus, fortieer resistendo in pugna cecidit. cuius castellis dirueis agros occuparunt mili-ees Herculis, & cum his Arcades Euandro subditi, ac Faunus rex Aborigini. cæteri Grae ci qui ibi mästere, fucrūt (ut conyccere licet) Epei, Pheneatæ Arcades, & Troiani, relieti eius regionis præsidio. nam inter imperatorias Her-culis artes hæc quoq; fuit mirifica, quod abstra-ctos à denictis urbibus ducebat secum in mili-tia: quorū prompea & fideli opera usus in bel-lis, collocabat eos in agris ad eptis hosti, de alie-no eis satisfaciens. quamobrē duræ eius nomen & gloria per Italiā, non ob transiūm, in quo nihil ueneratione dignū inerat. Sunt qui dicant eum etiā filios in locis quæ nunc Romani habi-zant reliquiss, susceplos è duabus fœminis: Pa-lantem ex Euandri filia quā Lauinam nomi-nant, Latinum ex quadam hyperboræa puella, quam obsidē à pætre acceptā secum circundu-cebat. eam aliquantis per innupeam seruarat: sed cū appulisset in Italiam caprea amore granidā reddidit, & abiturus Argos nuptū dedit Fau-no regi Aboriginum: quo factū est ut mulii La-tinum huius putarent filium, non Herculis. horū Palantem aiunt ante pubertatē moreuum. La-tinum postquam uirilem etatem attingit factū esse regem Aboriginū: quo sine maribus liberis

def.

defuncto in conflictu cum finitimis Rutulis, regnum deuoluū esse ad Aeneā Anchise filiū, ipsius Latini generum. sed hæc alij facta sunt temporibus. Hercules autem cōpositis ex animis sententia ribus Italicis, & recepto incolumē exercitu Hispanico, & decimis prædae impensis in deorum sacrificia, oppidū sibi cognomine condidit ubi classis eius naualia fuerant, quod nūc quoq; à Romanis habitur inter Pompeios & Neapolim habens portus iutus omni tempore: atq; ita gloriā exemplū futuram posteris honoresq; diuinos consecuit apud omnes Italos traiecit in Siciliam. Illi uero quos colonos reliquit & præsidium Italiae, locati circa collēm Saurium, aliquandiu propriam habuerunt rem publicam: sed clapsō non longo tempore uiuendi rationē, leges, sacra habuerunt cū Aboriginibus cōmūnia: sicut Arcades & ante hos Pelasgi in iandem ciuitatem cum illis coaliti, pro una gente habeti sunt. Atq; hæc de expeditione Herculis, & relictis in Italia Peloponnesijs dicta sint, post cuius digressum etate altera, circiter annum quintum supra quinquagesimum, ut ipsi Romani perhibent, rex Aboriginū erat Latinus Fauni, sed semen Herculis, annū agens regni sui quintum & erigēsum, per id tempus Troiani cum Aenea post caput Ilium profugi appulerunt Laurentum, in iure Aboriginum quod Tyrrheno mari alluitur, non longe ab

e 3 ostio

ostio Tiberis: acceperoq; ab hospitibus ad habi-
tandum agro, & quicquid perierunt, oppidum
condunt non longe à mari in quodam colle, no-
mine Lavinium. nec ita multo post ueteri appell-
atione mutata unà cum Aboriginibus à loci
rege Larini nuncupatis sunt: & profecti è La-
vinio unà cum indigenis maiore urbem munine-
runt dictam Albā: unde alia quoq; multa op-
pida deduxerunt quae prisorum Latinorum uo-
caniur, & maxima pars eorum habitetur etiā
nostro tempore. deinde sextadecima etate post
captum Ilium miserunt coloniam in Palaneium
& Saturniam habitatas primū à Pelopon-
nesijs & Arcadibus, & recinente eis tum
scintillas quasdam prisci generis: cinxeruntq;
murus Palaneium, ut formam urbis tum primi
acciperet. Condite urbi Romæ nomen imposue-
runt, quod ductu Romuli missa sit colonia, qui
septimusdecimus ab Aenea descendebat. Di-
cam & aducnum in Italiam Aenea, scripeo-
ribus parim ignoratum, partim dissimulatum
inuidia, diligenter super ea re scrutatus fide di-
gniores tum Romanas tum Græcas historias, in
quibus inuenio prodieum sic. Capto ab Achæis
Ilio, siue commento equi Durū, sicut canit Ho-
merus, siue prodicione Antenoridum, siue alio
modo, carera quidem multitudine tam sociorum
quam ciuium in cubilibus deprehensa caditur.
noctu enim ex inopinato & sine custodijs op-
pressi

presi sunt. *Aeneas autem cum suis sociis qui ex Ophrynio et Dardano Iliensibus auxilio uenerant, et si qui alij mature sentientes inferiorem urbem captam in munitionem Pergamum conseruent, arcem proprio muro tutam occupat: ubi deposita erant Trojanorum sacra patria, magnasque uis pecunia, nepote in loco firmo: ineratque militum quisque foremissus. inde propulsabant co[n]iances in arcem ascendere, et eos qui ex capita urbe effugerent angiporeorum peritia succurrentes excipiebant, ita ut pauciores intreciperent quam euaderent. atque hoc consilio Aeneas frustratus est hostium impetum uolentium omnes ciues ferro perdere, effecitque; ne tota urbs in corum potestatem redacta sit. sed cum etiam in fuorum prospiceret, cogitare imposibile esse urbem seruare iam captam parce sui maxima, in mente uenit arcem hostibus cedere, subductis prius corporibus et sacris patribus, et si quid secundum exportare possente preterea. quod ubi placuit, pueros, mulieres, senes, et quicquid hominum erat ad fugam tardius, premisit iussos Idam petere, dum Achaei arcis oppugnationi intenue de persequendis eis nihil cogitarent. militum autem parem excutibus addidit presidio, quo tuncior ac expeditior eis fuga fieret, cum mandatis ueoccuparent montis loca natura munitissima. reliquam milium manum, in qua erat plurimum virium, recinuit inera muros, circa eos hostem*

e 4 dist

d. stinens, dum præmissa turba facilius effuge-
ret. sed postquam Neoptolemus cum socijs eu-
sat in partem arcis mœnium, uniuersis Achæis
eò concurrentibus, excessit arce per portam qua
fugientes emiserat, atq; ita seruatis ordinibus
ab iœ. lectissimis bigis uehens secum patrem, deos
penates, uxorem, liberos, & res cariores atque
corpora. interim expugnata urbe Achæi dire-
ptione occupati clapsis eutum dederunt effugiū:
quos Aeneas asscutus in itinere, uno agmine
facto contulit se in Idæ munitione. eadem no-
tæ uenerunt illò Dardanenses deserio oppido,
quia flammam emicantem ex Ilio maiorem so-
lito uiderat: absq; his qui cum Elymo & Ae-
gesto mature egredi correptis nauibus commi-
scrunt se pelago. Venie & ex Ophrynio totus
populus, aliarumq; Trojanarum urbium inco-
le quoiquot erant libertatis cupidi, ut breui tē-
pore geniis eius copia maximæ illò cōfluxerint.
atq; ita Aenea socij capte urbi superstites ibi
morabantur, sperantes se nō mullo post prosectorio
hoste redituros ad sua. Achæi uero oppidanis
atq; agrestibus in captiuitatem abductis, ua-
statisq; castellis, parabant se ad expugnationē
moniti. Sed cum ad eos uenissent raducatores
acturi de pace, rogates ne se ad necessitatē belli
adigerent, pro concione decreum est foedus his
conditionibus: ne Aeneas ac socij, cū suis rebus
qui in fuga exportauerant, intra cereū tempus
agro

agro Troiano excederent, castellis in potestatem Achaeorū traditis. Achæi uero ex pacto præberent eis terra mariq; tucā discedendi copiam. Accepit conditionē Aeneas, quippe qui nihil in praesens uidebat satius: ac mox Ascanium filiorum natiū maximum, cum parte sociorum quæ sc̄rè constabat ex Phrygibus, in Dascyliticum agrum mittit ad lacum Ascanium, in regnum accitum ab eius regionis incolis, mansurum ibi non longo tempore. nam cum ad eum uenissent Scamandridæ cū alijs è familia Hectoris dimissi è Gr̄ecia per Neoptolemum, reducens eos in paternum principatum ad Troiam rediit. Et de Ascanio rātum comperimus. cum reliquis auecm filijs & patre ac delubris numinum Aeneas parata prius classe eraiecit Hellesponsum, in proximam peninsulau nauigans. qua ab Europa in mare procurrēs Pallene dicitur, cam tenebat socia gens Thracum Crusa nomine, quorū strenua opera in bello usi fuerant. Sic habet uero proxima narratio de fuga Aeneæ, reperiturq; apud uicerē scriptorē Hellanicū in rebus Troicis: quāvis alia quorundā feratur ab hac euarians, quæ mihi sancē uideatur parum credibilis. iudiciū sit suū cuiq; liberū. Sophocles tragicus in Laocoonte fabula facit Aeneam instantiē urbis excidio secedentē in Idām patriis Anch.: s̄e monitu, cui Vénus eam cladem prædixerat, atque etiam ex recenti prodigo quod

e 5 circa

circa Laocoontidas acciderat, coniectabat ur-
 bis interitum. apud eum tales extant ex aliena
 persona iambici. Nūc in porta est Aeneas dea
 filius, humeris baulans patrem, siderata terga
 amictū fluxa ueste byssina. hūc stipat tota tur-
 ba familiarium. sequiturq; plebes non quantā
 sibi placet, sed quorundam Phrygū de murādis se-
 dibus cogitant. Menecrates autem Xanthius
 prodidisse eum Achaeis urbem affirmat, ob si-
 multatē, qua illi cum Alexādro intercedebat,
 ex in gratiam eius beneficij Grecos abstinxisse
 ab eius domo omnem iniuriam. is ab Achillis
 funere auspiciatus suam historiā scribit in hunc
 modum. Achaeos autē renebat mæstitia: uide-
 banturq; sibi amisisse caput totius exercitus.
 atnam in Ilii ei persoluis infestabant uniuer-
 sam hostilem regionē, donec Aeneas proditione
 caprum est Ilium. is enim ager ferens in nullo se
 apud Alexandrū esse precio, arceriq; à sacer-
 doris, prodidit Priamum. quibus perperatis ci-
 uis Achaeorū factus est. Alij dicunt eum tunc
 commoratum apud stationem Trojanarum na-
 num: alij missum cū copijs à Priamo in Phry-
 giam propter quoddam negotium ad id bellum
 perirens. nec defunti qui fabulis propiora nar-
 rent de eius exiū ab Ilio. integrū sūt enīq; quod
 libet credere. Que deinde sequuntur incertiora
 mulei faciunt. Alij Thracia tenus perductum
 illic uicam fuisse affirmant: quorum c numero
sunt

sunt Cephalon Gergithius, et Hegesippus qui de Pallene scripsit, uiri graues et scriptores ueires. alijs rursum est Thracia deducunt eum in Arcadiam: dicuntque illum habitasse in Orchomeno Arcadico, ea quam insulam vocant, quamuis sit mediterranea, cincta paludibus et flumine. quin et Capyas ab Aenea ceterisque Troianis conditas, et deducto a Troiano Capys vocatas nomine: quod inter alios tradit Ariethus scriptor rerum Arcadiæ. Sunt qui fabulentur uenisse quidem cum ad haec loca, non tamen ibi defunctum sed in Italia: quod cum alijs muleis restatur etiam poëta Agathyllus generare Arcas huiusmodi elegiaco.

*Arcadia tenuit, geminamque in Nesiide prole
Natalam Codone liquit et Anthemone.*

*Italia peregre post haec, ubi nascitur illi Romulus.
Aduentus autem Troianorum in Italiam fidem faciunt et Romani omnes eorumque; sacra festaque dies, et Sibyllini libri cum Pythicus atque alijs oraculis, quæ nemo tanquam ad gratiam facta cerneretur. quin et apud Gracos mula manifesta in hanc usque diem eius rei existant indicia, in quos potius appulerint, et apud quos etestatibus aduersis derenti sunt: quorum pauca ex multis referam quam breuissime potero. Primis aduentis sunt in Pallenen Thraciae peninsulam, habitarum ut dixi a Cruseis barbaris, tunc ibi excepti hospitio. in his hibernis Veneri templum exstruxerunt*

extruxerunt in uno è promontorij, & oppidū
 Aeneam cōdiderunt, in quo nauigationis per-
 easos reliquerunt, & si qui sucre manendi cupi-
 di, habituros posthac cum locum pro patria. id
 durauit usq; ad imperium successorum Ale-
 xandri Macedonum, Cassandro demum regnan-
 te desertis pristinis sedibus Aeneas in Thes-
 salonicam recens tum cōditam inter alios mul-
 tos migrare iussi sunt. A Palline Troiani
 Delum ueniunt, in ea regnāte Anio: ubi floren-
 tibus eius insula rebus uisibātur aduētus Ae-
 neas multa indicia. inde in aliam insulā Cythera
 uenit, obiacentiē Peloponneso, & Veneri
 templum ibi conditum. à Cytheris nauigantes
 præter orā Peloponnesi quendā ex Aeneas so-
 cījs Cineithū in uno promontoriorū sepeliūt, quod
 nunc ab eo uocatur Cineithium: renouataq; cū
 Arcadibus cognatis (ut post dicemus) amici-
 sia, aliquāculum in his locis morati, relictis hic
 quoq; aliquot c̄ suis, Zacynthum inde uenerūt,
 receperī à Zacynthijs iure cognitionis & ami-
 citiae. Dardanus enim Iouis et Electrae Atlan-
 tidis filius è Batea duos suscepit filios, Zacyn-
 thum & Erichthoniū: hic fuit autor Aeneas
 generis, alter Zacynthus insulae conditor. eius
 cognitionis memoria benigne ab insulanis ac-
 cepti coniuerunt ibi aliquantū temporis quod
 sum mare nauigationē non admitteret: interim
 Veneri in nouo templo à se cōstructo sacra fa-
 ciunt,

ciunt, quemadmodum etiam nunc publice face-
 re solent *Zacynthij*: ex certamina iuuenienti
 proposita sunt, tam cursus, quam alia uaria. prae-
 mium accipit qui primus in templum peruenit.
 uocaturq; *Aeneas* cursus ex *Veneris*, ex am-
 bobus statua sunt posite. inde per altum nau-
 gantes appulerunt ad *Leucada*, tenetibus eum
 locum *Acaranibus*. hic rursum *Veneri* tem-
 plum construunt, quod nunc est in parua insula
 inter isthmum eius peninsula perfoſſum, ex ipsum
 oppidum: uocatur id *Veneris Aineadis*. hinc
 delaci ad *Aetium*, stationem habuerunt in
 ſiu *Ambracio* iuxta promotorium. inde per-
 uenerunt *Ambraciā*, ubi *Ambrax* nepos *Her-*
culis regnabat, *Dexameni* filius. in utroq; loco
 manent eius aduentus uestigia: apud *Aetium*
 templum *Veneris Aineadis*, ex prope id aliud
 magnorū deorū, duratq; nunc quoq;. *Ambra-*
ciae uero eiusdem deae templi, ex facellum *Ae-*
neae prope paruum theatri, in quo est ex statua
 parua operis antiqui huic heroi sacra, eam fo-
 lebat uictimis colcre sacerdotes quas ipsi appel-
 lat *amphipolos*. Ex *Ambracia* nauibus *An-*
chises orā legendō *Bucretū Epiri* portum petiūt:
Aeneas cū militiū fortissimo quoq; duoru dierū
 itinere *Dodonam* peruenit oraculi causa, ubi
Troianos iuuenit *Heleni* socios: acceptoq; respo-
 so de querēdis sedibus, ex inter cetera oblatis
 deo crateribus æreis, quoru aliquot exstant ex
 hodie

bodie literis antiquissimis testates muneris autores Troianos, ad classem redeuntes emiso quae cuor ferme dierū itinere. A Bueroeo deuecti in portū Anchise runc dictū, nunc depravato nomine, cū & iam ibi exemplum Veneri dedicassent, Ionium sinū eraūciunt, ductoribus nauigationis aliquoe qui ulero se comites addiderāt, et cum his Patron Thurius. horū pleriq; postquam incolumis exercitus peruenit in Italiā, retro unde uençrunt recuersi sunt : Patron ab Aenea persuasus ut secū uelit ire in coloniā, & quidā ex eius socijs, manserunt in classe : quos nonnulli aiunt sedes fixisse in Aluntio Siciliæ. Huius beneficij memores postea Romani Leucada & Anactorium Corinthijs ademptum donauerūt Acarnanibus, & permiserunt eis restituere Oeniadas, cōcesseruntq; cōmune cū Aerolis ius fructus colligēdi ex insulis Echinadibus. Ceterum Troiani non uno loco facta exscensione in Italiā, quod maior pars nauium appulisset ad Iapygię promotorium, (cum Salentinum erat) reliqua ad Mineruę templum, ubi etiā Aeneas nauim egressus est, (id promotorium est cū aestiuo portu qui ex illo tempore dicitur Veneris) praeernaui гарunt totā eam orā usq; ad fructum, per illa quoq; loca relictis paſsim aduentus sui ueſtigij: inter quae est in Iunonis templo area phiala, donum Aenee, nomē eius habēs inscribeum antiquis literis. Ut uenit enim est ad mare quod Siciliam

Siciliam alluit, siue animi decreto, siue reperstata-
ribus acti, que in hoc maris tractu non rara
sunt, appulerunt ad eam insulae partē ubi sunt
Drepana. Hic forte fortuna inciderunt in Ely-
mī. *Aegestī* socios: qui priores à Troia pro-
fecti. ex aspirātē cū uētis forenta, expeditis ad
cursum nauibus aliquāto ante appulsi in Sici-
liam, habitabat circa Crimisum fluum, à Si-
canis in paric agrorum admisi proper *Aege*
sti cognationē ex amicitia, qui casu quodā in
ca insula natus ex educatus fuerat. Nam re-
gnante Laomedonte quidā ex ipsius maioribus
uir domi nobilis offenso rege per occasionē que-
sitam cum omnibus melioris sexus liberis ab eo
necatus est, ne quis ulcor iniuriæ tandem existe-
ret. filias uero etiā cum uirgines occidere indi-
gnum ratus, nec tamē tueum eas elocare Troia-
nis ciuibus, dedit negotiatoribus, cum mādatis
ut asportarentur in terras longinquisimas. cum
his in eadem naui quidā bene natus adolescens
nauigauit. is amore captus alterius, puellā ad-
uetam in Siciliam duxit cōiugem. ex his pa-
renibus in eadem insula *Aegestus* est genitus:
qui lingua ex mores eius regionis edoctus, post
obitū eorum à Priamo rege impetravit redditum
in ueerem patriam: ex cū colrasset cum suis
ciuibus bellum Achaicū, quo tempore hostes ur-
be potiti sunt nauigauit rursum in Siciliā, una
cū Elmo fugiēs tribus nauibus: quas *Achilles*
dum

dum oppida Troiana popularetur, saxis latens
ibis harentes amiserat. In hos viros postquam
Aeneas incidit, cōplexus est eos comiter: condi-
sisq; in eorum gratiam Aegesta & Elyma,
exercitus sui partē quādam reliquit in his oppi-
dis: quācum ego cōiectura possum colligere, sua
sponte, ut iactationibus maritimis ex labore
fessi loco iuto quiscerent: quāvis quidā scribant
de tributū clas̄is ibi acceptū, nauibus aliquot
opera fœminarum incensis errorum tedium: atq;
ita coactum relinquere turbā, quā post amissas
suas reliquæ capere nō poterant. S. mi præterea
multa alia Trojanorum Aeneaq; ad siculos
aduentus argumenta, sed clarissimum ara Ve-
neris Aenacis, supra caput Elymi fundata.
& apud Aegestanos tēplum Aeneae dicatum:
illa maeri sacrata ab ipso Aenea, hoc in be-
neficij memoriam seruatori suo dicatum ab his
quos clas̄is reliquerat. Hæ fuerunt sedes profu-
gorum cū Aegesto & Elymo, appellatiq; sive
in uniuersum Elymi, quod huius propter genus
regiū major esse dignitas. Aeneas uero è Si-
cilia per Tyrrhenum mare nauigās primū in
Italiā appulit ad portum Palinuru, qui ab uno
gubernatorum Aeneae defuncto ibi nomē id for-
titus est. deinde insulā tenuerunt, cui nomē indi-
derunt Leucasiæ, ab Aeneae nepte circa hæc lo-
ca mortua. Illinc denecli ad portum bonum ac
profundum in Opicis, extincto ibi quoq; Miseno
nire

uiro nobili, ab illo portum denominauerunt. inde ad insulā Prochyra et eius promotorium Epityches ducunt, locis hęc nomina fecerunt in mulierum ibi defunctorum memoriam: quarum alteranuterix Aeneae, cognata altera fuisse dicitur. Tandem ad Italie Laurenum perueniunt, ubi errorum fine inuenio castrametri sunt: ideo castrorum locus Troia vocatur, distans a mari circiter quatuor stadia. In hac autem nauigatione describenda necessariò digressus sum, quandoquidem scriptores partim negant Aeneam cum Trojanis uenisse in Italiam, partim alium quendam uenisse dicunt, non Anchise ac Veneris filium: quidam Ascanium Aeneae filium, alijs quosdam alios. Sunt qui Veneris Aeneam dicunt deductam manu suorum in Italiam, ita sum domi reuersus apud Troiam regnasse, et post obitum reliquissim regni successorum Ascanium, eiusque progenie tenuisse id regnum logo reportare: ut opinor, decepti non recte intellectis uersibus Homericis. nam is poeta in Iliade sua facit Neptunum Aeneadum fara praedicentem in hac sententiā:

Imperitabit enim Teucris Aenia uireus,
Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.
Intelligentes igitur Homerum sciuisse horum uirorum imperium in Phrygia, quasi uero non posse in Italia regnum Trojanorum tenere, redditum
Aeneae commenti sunt. Sed quid ueerabat ne Aeneas rem publicam sociorum administraret uel apud exterros? nec desunt huius false opinionis causae

nis cause ali.e. Quod si quē perplexū facit quōd
 sene sepulcrā monstrētur mulcīs in locis, nec
 possit nisi uno esse cōditus: cogite hanc dubitā-
 tionem esse uulgarēm, præsertim de iūs qui in il-
 lustri fortuna uitā egerunt uagā & instabilē:
 & inelligat quōd quamvis unicus locus capie
 corpora talium, apud multos tamē monumēta eis
 facta sunt, in gratiā accepta utilitatis cuiuspiā,
 præcipue si superessent reliquiae generis, aut op-
 pidum aliquod cōditum. aut si cibi longiore usi-
 sine hospitio, qualia de hoc etiā heroë ferūt fabu-
 le. Qui enim effecit ut capiū nō funditus dele-
 retur Ilium, & ut ad Bebryciam salutē redirebāt
 auxilia, in Phrygia regē reliquis Ascaniū filiū,
 in itinere cōdidit ciuitatē sui nominis, in
 Arcadia collocauit filias, in Sicilia reliquie
 partē exercitus, in multis alijs locis hospitaliter
 est habiebus, cōciliavit sibi hominū corū benevo-
 lentiā: qua factū est ut postquā inter morta-
 les esse desȳe, multis in locis monumētis & sepul-
 cris honoratus sit. alioquin non facile acculeris
 causam cur tot extente per Italiam. Sed de his
 alijs dicerur quādo postulabit occasio. Quo mi-
 nus autem remotiores Europæ partes Troiana
 classis petere in causa fuerunt oracula, finē sor-
 tita in his regionibus. & numinis voluntas ua-
 rūs modis sc̄e proferens. Postquā cñim in Lau-
 reneino poreu rēntoria fixerunt per littora, cum
 sibi laborarent ob aquarū inopiam (dicā quod
 ab in-

ab incolis loci didici) fontes sp̄tanci laticis sua-
uissimi è terra uisi sunt prorūpere, qui aquatio-
nem præbuerunt toti exercitu: ex locis factus
est irriguus, fontanis aquis usq; ad mare decur-
rentibus. nūc tamē nō adeo redundant ut quic-
quam inde proflueat, sed in concauo loco reſta-
gnat aqua modica, ſacra ſoli ut credunt acco-
la. mōſtrantur apud eam aræ due, quarū altera
orientē ſolem ſpectat, occidenteſ alieſ, uerūq;
Troianorum opus: in his Aeneam fabulanur
deo mactaffe primā uictimam, in gratiam acce-
ptorum fontium. Deinde prandium eis humi ſu-
meneibus, muli iuice mēſe cibis ſubſtrauerunt
apium, uel ſicut alij dicunt crufta triticea, quo
uescerentur mundius. abſumpis autē cibis appo-
ſitis, cū unus atq; mox alieſ nō temperarent ab
apūs ſine crufulis ſuppoſitis, quidā ex Aenea
filis; ne fertur, ſine is fuit alius quiſpiā è cōmili-
zonibus, exclamat: Etiā mēſas cōſumpſimus.
quo audien omnes turbati ſunt, ne qui cum de-
num oraculi euēcium cernerent. accperāt enim
quoddam respōſum apud Dodonā, ne nonnulli
ſcribunt: ut alij malunt, in Erythrīs Idæ uicu-
lo, ubi habitabat Sibylla eius loci nympha fa-
tidica. hac iuferat eos nauigare occidenteſ uer-
ſus, donec ec̄ locorū perueniret, ubi mēſas come-
derent. quod quām primū factū animaduerſe-
rint, quadrupedis duellu, ubi cūq; ſeffa procubue-
rit, condendum eſſe oppidum. Huius oraculi cum

f z

admoni

admoniei, alij penates è naui transferunt quò
Aeneas placuit: alij subsellia sibi adornant &
altaria: mulieres sacra cum ululatu & choreis
adserunt. Aeneas uero & socij, paratis omni-
bus ad sacrificium, coronati consistunt circum
altaria. Interea dum hi uota faciunt, porca de-
stinata ad victimā, grauida tū & uirina par-
tui, parantibus eam mactare sacrificis, prorip-
pit se excusis uinculis peteis mediterranea. Sem-
sit Aeneas hāc profecto quadrupedē designa-
se oraculū. eamq; cū paucis mox subsequitur à
tergo paulo remotior, ueritus ne strepitu territā
à uia fatali auertearet. illa fermè uiginti et qua-
tuor stadijs à mari digressa in collum quendam
procurrit, ibiq; fessa quiuit. At Aeneas qui
animaduertebat fine oraculi, uidens cum agrū
& terrā habere nō bonā, & procul abesse à ma-
ri, eoq; impetuoso, incertus erat animi, utrū de-
beret parcere uatū monitis, & male per omnem
uitā habitare in bonarū rerum inopia, an lon-
gius meliorē terrā querere. Hac agitati, & in-
cussantei numina, repente uox quedam è nemore
accidisse dicitur, in certo autore edita, iubēs ma-
neret ibi & cel. rite oppidū cōderet, néue præ-
senti hæsiationi indulges, quasi agrū habiturus
ad degendā uitā pari commodi, breui pōst uen-
turam felicitatē pacetur elabi è manibus. esse
enim in fatis ut ex hoc inopi et modico profecti
domicilio, tandem multos ac bonos agros acqui-
rant:

rante: eorum uerò liberi & posteri sibi parente imperium longe amplissimum, & plurimis duraturum seculis. in præsentiarū Troianos debere contentos esse his sedibus. post roridem annos quot sus porcellos pepererit, fore ut illius posteri condant aliam urbem magnam & florentē opibus. Tum uero Leneam, raium diuinā effū uocem, imperata fecisse. Atq; narrant heroi sollicito & languenti præ mortuia, & neq; ad exercitum descendentē, neq; cibum admittentē, sed illuc ita ut erat cubanii noctem illam, astutiss. in somnis miram quandam deorum penatium speciem, & præmonuisse quæ modo dicta sunt. Deus nouit uerū si uerius. Postera die sus triginta porcellos peperisse dicitur, & post roridem annos à Troianis aliam urbem esse conditam iuxta uocem satidicā, de qua suo loco memorabimus. Leneas sc̄rum suis una cum maire dīs penatibus sacrificat in eo loco ubi nūc est sc̄pium ligncum: qui m. Lauinienses sacrum existimantes ab eius adiuuarent exteros: iussisq; Troianis mouere castra, deorum suorum effigies transdere in facellum constructum collis loco opporeunissimo: continuoq; oppidum edificare magna omnium alicriate aggreditur, excurrens in circumuicina, & rapio quarens quicquid opus erat ad muniendo instruendaq; noua edificia, & non sine agrestium iniuria, ferrum, materiem, instrumentumq; rusticum diripiens. Interea Latinus, cuius cum-

f; crat

erat regnum, aduersus finitos Rutulos bellum
 gerens aliquoties parum feliciter pugnauerat:
 ei mox terribilis nuntius aduolat, uastari totā
 oram maritimam ab externo exercitu: cui nisi
 occurratur celeriter, fore bellum cum uicinis dif-
 facilius. His auditis metus uirum subiye, conse-
 festimq; incermissō praesenti bello, in Troianos
 ducit magnum exercitum. Videns autem eos ar-
 matos more Graeco, & scruatis ordinibus im-
 pauidē expectantes instantem martis aleam,
 frustratus spe qua putarat se debellaturum eos
 primo impetu, deflexit nonihil: castrisq; in quo-
 dam colle positis, decrevit primū suos de uia
 fessos reficere. ubi cū per noctem quiesceret pa-
 ratus sub auroram cum hoste conflagere, qui-
 dam indigerum demonum in somnis illi astie, ex-
 moniens ut Gracos in agri parem recipiat: ad-
 uentum enim eorum esse in rem Latini maxi-
 me, bonoq; futurum uniuersæ ḡeti Aboriginū.
 Idem Seneam dij penates eadem nocte per
 uisionem oblati hortaneur, suadent Latino ut
 sponte sibi sedes concedat ubi uolucrine, malitq;
 Gracis amicis uti quam hostibus. Itaq; ambos
 somnium uerabat incipere præliū. Ut uero exor-
 to die constituerunt acies, utrinq; ad duces missi
 caduceatores postulantes eorum colloquium, id
 quod imperatum est. Ac prior Latinus que-
 sius peti se bello repantino & non denuntiato, ro-
 gabat Seneā quisnā esset, quām uobis causam
 ageret

ageret ferretq; res suas, nulla unquam licetitus iniuria, nec ignorans quod infereti bellum fas sit armis resistere: offerebatq; ei quicquid cupere modeste atq; amice à uolentiibus ac lubentibus suis ciuibus accipere, quācumuis ille uiolato iure genium, sine ullo honestatis respectu maluissit per vim usurpare nō sua. Ad hēc Aeneas respondit: Nos Troiani sumus genere, profecti ab urbe apud Gr̄acos non inclebri: qua post decennale bellum ab Achaeis capta, errabundi urbem aliam & agros ubi habitemus in posterum querimus: dūsq; ita iubentibus huc peruenimus, qui pollicentur hanc solam terram fatalem porcum fore nostris erroribus. ex agris autem his ad uictum necessaria querimus misericordia nostra magis quam honesti memores, quod quidem in hac rerum nostrarum nouitate factum nolumus. sed hanc iniuriam pensabimus multis beneficijs & officijs, offerentes uobis & corpora & animos duris iam rebus exercitos, quibus uestro arbitratu ut amini: à uestris agris omnem iniuriam abstinebimus, hostiles uero una uobis cum fortiter occupabimus. uos supplices oramus anteactorum ueniam, quam non granarium concederis, si repueris. necessitatibus non superbia fuisse hoc facinus: quandoquidem omne peccatum inuoluntariorum meretur ueniam. quare aquum fuerit uos nihil durius consulere in supplices. alioquin deos & demonas huius terrae

f + præsi

pr̄esides cūm pacē ipsorum cūstamur, quōd inuiti
 arma inferebās repugnabimus. nec enim pri-
 mum hoc bellum gesturi sumus nec maximum.
 Ad h̄ec Latinus : Evidēt c̄ Gr̄ecorū omne
 genus diligo, c̄ fatalibus hominū casib⁹ condoleo : esseq; mihi curē uestra incolumentas, si
 compereū haberem uenisse egenos certarum sc-
 dium, c̄ fore contentos agris concessis per am-
 citiam, neq; conaturos meam ditionem ui m̄hi
 eripere. quod si uera sunt quæ dicitis fidem date
 c̄ accipite, quæ nostræ sine dolo malo confirmet
 sœdera. Senea uero probante regis sententiam,
 sœdus inter utrosq; iectum est his conditionibus:
 ut Aborigines darent Troianis agri quantum
 peceūt, à colle quoquouersus stadia circiter qua-
 draginta: Troiani Aboriginibus essent in præ-
 senzii bello socii, corumq; auspiciis ubiunq; usus
 postulauerit militare: ueriq; aleatos pro uiribus
 iuuarent mutuum tam manu quam cōfilio. Hæc
 pæctilatis ulro citroq; obſidibus communem
 expeditionem in Ruiulos faciunt: breuiq; captis
 uniuersis illorum oppidis reuertuntur ad semi-
 perfectum Troianorū edificium, c̄ pari omnes
 alacritate id munirent. ei nomē Seneas indidic
 Lauinium, ut ipsi Romani dicunt à Lauina La-
 zini filia : ut Gr̄eci quidam fabulatores, ab
 Anū filia regis Deliorum, eodem uocata no-
 mīne : in cuius morbo per id ēp̄us extincte ibi q;
 ſi pulia memoriam oppido uocabulum aiunt im-
 poſitum.

positum. hanc Aeneæ præcibus impeiratam à patre nauigationis comitem, quod sapientis esset ac sagitaria. Fertur dum Lauinium conditur oblatæ Troianis quedam predigia: in nemore ore sua sponte incendio, lupum ore aggressisse somnem aridum, aquilam uero alarum uentilatione flamمام excitasse: uulpem contrâ cauda in flumen instincta ignem conata extinguere: & nunc accendentibus, nunc extinguee, præualcentibus, tandem uicisse duos, illam uero abiisse conatu irrito. Quo uiso Aeneam dixisse, illustrem quidem & mirandam futuram eam coloniam, sed suis incrementis inuidiosam & molestam exteris: fore tamen ut tandem uincat aduersarios, humane inuidiae prævalente fauore numium. tam insigne future urbis forense præfagium tunc accidisse dicitur: extantq; rei monumenta in foro Lauiniensium effigies æreæ horum animalium, asseruatae longissimo tempore. Absoluto Troianorum oppido, animos omnium cupidio incessit demerendi socios mutuis officijs: & initium huius rei factum est à regibus, qui per connubium & quauerunt dignitatem exterritorum atq; ciuium, Aeneæ Latino in uxorem dante Lauinam filiam. Dein exemplo regum careris quoq; animo suo morem gerentibus, breui admodum tempore collatis in unum moribus, legibus, & deorum ceremonijs, communicato per connubia genere ac iure ciuium, commixta ex

f s uirisq;

utrisq; R^espub. ex appellatione disumpta à rege
 Aboriginem, Latini vocati adçò coaluerunt
 firmiter statim pactis, ut nullo unquam tempore
 ab iniicem discedere aut separari potuerint.
 Atq; hæ sunt gentes quibus in unum conuenien-
 tibus Romanum genus concrevit, ante urbem
 quam nunc habent conditam: primùm Abori-
 gines qui ex his locis eiecerūt Siculos, ipsi Græci
 oriundi à Peloponnesijs cum Oenotro ab Ar-
 cadia profectis quantum ego comperio. deinde
 Pelasgi qui demigrarunt ab Hamonia, ut nunc
 uocabatur: ea nunc est Thessalia. tertij comites
 Euandri delati ad Italiā ex urbe Palantio.
 post hos è Peloponnesijs Herculi militansibus
 Epei atq; Pheneatæ, quibus ex Troiani generis
 nonnihil permixtū sucrat. postremò Aenea so-
 cij elapsi ex Ilio, Dardanoq; ex ceteris Troia-
 nis oppidis. Quod autem etiam Troiani cum pri-
 mis Græcanica natio fuerint profecta olim à Pe-
 loponneso, dictum est quidem iam pridem ex ab
 alijs, dicitur tamen à me quoq; brevibus. Nar-
 ratur autem de illis hoc modo. Primus in ea que
 nunc uocatur Arcadia regnauit Silas, ha-
 bitans circa monicm Caucasum. huic filiæ fucre
 septem, nunc relata inter sidera nomine Pleia-
 dum. unam ex his Electram duxit Iupiter, ex
 qua suscepit filios Iasum ex Dardanum. Iasus
 mansit cœlebs, Dardanus uxore habuit Chrysen
 Palantis filiam, ex ea filios Idæum ex Di-
 mancem.

mandiem, qui Atlanti mox successerunt in re-
 gnum Arcadiae. deinde cū ingens diluuium ac-
 cidiisset per Arcadiam, aquis in planicie cam-
 porū stagnantibus, homines ad montana se con-
 ferre coacti parco uictu sustentabante uitā: cuius
 pereāsi & animaduertentes quòd reliquias ager-
 alendis omnibus nō sufficeret, eorum populum in
 partes duas diuidunt. aleera in Arcadia māsit
 Dardani filio Dimanei regno credieo. reliqui
 magna classe demigrarūt ē Peloponneso. hi prae-
 ter Europam nauigātes in Mætanem sinum de-
 uenient, in portum cuiusdam insulae Thraciae, de
 qua non possum affirmare descriptiāne an prius
 quoq; habitata fuerit: ei Samothracia nomen
 fecerunt ex loco & uiro compositum. ipsa enim
 ad Thraciam pertinet: habitator autē eius fuit
 Samon Mercuriū filius & nymphæ Cyllenica
 Athenes nomine. ibi non diu cōmorati, quòd mo-
 līstam uitam agerent pugnantes simul cum ste-
 rilis terra & maris asperi difficultatibus, pau-
 cis aliquot in insula reclītis migrarunt denuo,
 maior pars in Assiam, deducente coloniam ipso
 Dardano. nā Iasus in insula fulmine ictus perire,
 attentata Cereris pudicitia. exscensione autem
 facta in Hellepono, eam quæ nunc est Phrygia
 erram habitauerūt: Idæus Dardani filius cum
 parte exercitus montes qui nunc Idei ab illo uo-
 cantur: ubi condito Matris dēum templo myste-
 rīa & sacra instituit, quæ ad hæc usq; tempora
 durant

durant per totam Phrygiam. In se autem Dardanus in ea que nunc Troas est, sui nominis oppidum condidit, acceptis agris a rege Teucro. a quo Teucris iunc dicebatur ea regio. Hunc et alij mulci, et Phanodemus qui scripsit de antiquitatibus Atheniensium, aiunt ex Attica sedes transstulisse in Asiam, cum esset princeps pagi Aexonensis, multisq; argumentis fidem suo sermoni adstruunt: et quod occupasset terram magnam et bonam, nec multos habentem indigenas, libenter uidisse Dardanum cum Graecorum copys, cum ut socius uiceretur contra hostes barbaros, eum ne terra careret culoribus. Nunc ut etiam de maioribus Aenee dicamus locus postulat, id quod paucis indicabatur. Dardanus post Chryses Palantis filia, que primos filios ei peperit, obitum Battam duxit Teucri filiam. ex his filius prognatus est Erichthonius, qui sicutur fuisse omniū hominum fortunatissimus, quod simul in patris et materni auctoritates hereditario iure successerit. is est Calliroë Scamandri filia Troem genuit, a quo geneti nomen imposuit. Trois et Acalidis Eumenidis filiae fuit Assaricus: huius porro et Clytodore et Laomedonis filiae Capys, Cappyis et nymphae Niuidis Anchises, Anchise et Vincris Aeneas. Itaque Trojanum genus oriundum a Graecis declarauimus. Ceterum de tempore quo Lavinium est conditum autores uariant: mehi propiores uero uidentur, qui secundo anno post discessum

sum à Troia id factū aueumani. ilium enim ca-
 puum est uerpente iam aestate, x v i i . dieb. ante
 solsticium, octaua deficiens Thargelionis iuxta
 suppurationē temporū Atticam supererant ex
 eo anno post solsticium dies uiginti. in his trigin-
 taseprem diebus qui captam urbem secuti sunt,
 existimo Achaeos res eius cōposuisse, & per le-
 gatos egisse cum his qui defecerant, ictaq; iunc
 cum eis frēderā. Sequenti autē anno, qui ab urbe
 capta fuit primus, circa aquinoctiū autumnales
 Troiani soluentes à terra Helleponētum trai-
 ciant: delatiq; in Thraciā exegerūt ibi hiemem,
 colligentes prosugos, & futurę nauigationi se se-
 apparantes. ex Thraciā uero primo uere profe-
 sti, emensi sunt medium spatiū usq; Siciliam.
 in eius portu mäserunt usq; ad eius anni exitium:
 ubi etiam altera hiems exacta ist, dum Elymis
 oppida cōdident in ea insula. mox ut mare uisum
 est nauigationem admittere, soluentes à Sicilia
 traiiciunt mare Tyrrhenicū, tandemq; Lauren-
 tum ad Arboriginum litora perueniunt, & statim
 eius medio: acceptoq; agro condiderūt in eo La-
 uinium, expleto anno secūdo post caput ilium.
 Et de his quidem rebus opinionē nostram indi-
 caimus. Ceterum Aeneas postquam templis
 ceterisq; ornamenti abunde instruxit id oppi-
 dum, quorum pleraq; durauerūt ad nostra tem-
 pora, sequenti quidem anno, hoc est post discessum
 suum tertio, Troianorū tanet rex fuit. quarto
 uero

uerò succedens defuncto Latino, etiam illius regno potitus est, cum affinitatis iure quod id esset Lauinae parimonium, tum quo ducem haberent ardente bello ut cum maxime. Rutuli enim de-
novo defecerant ductu cuiusdam transfuge. is erat Turnus, nepos Amatae Latini coniugis: qui propter Lauine nupcias incusans sacerum, quasi cognatus ipse posthabiebat sit exercitus, Amata quoq; instigante, & alijs quibusdam fauentibus, cum milicium manu cui praeerat ad Rutulos transierat. Ex his causis redintegrato bello, & commisso acri prelio, Latinus cecidit atq; Turnus, cum multis alijs. Aeneas tamen & victoriam consecutus est, & accessionem regni saceri: in quo eribus annis exactis post Latini obitum, quare bellum gerens incerit. nam & Rutuli arma contra eum sumperunt populariter, & rex Tyrrhenorum Mezenius, imene sua ditionis oppidis, quod suspectam haberet crescentem magis ac magis Grecorum potentiam. Itaque pugnatum est acriter non longe à Lauinio, & multis virinq; desideratis nox deremis prelium. corpus Aeneae cum quæsumusquam comparcret, alij coniectabant cum discessisse ad deos, alij necatum in flumine apud quod pugnauerant. Latini facillum heroi dicauerunt cum inscriptione hac. PATRI DEO INDIGETI, QVI NVMICI AMNIS VNDAS TEMPERAT. Sunt qui dicant
id

id. *Aeneam dicasse Anchise, defuncto ante
hoc bellum anno proximo. est autem tumulus
non magnus, ex circùm dignæ spectatu in ordi-
nem digestæ arbores. Aenea translato ad su-
peros seprimo fermè anno post caput ilium,*
*Euryleon regno Latinorum potius est, mutato
nomine in fuga dictus Ascanius. Obsidebantur
eum Troiani crescentibus hostiis copys, nec
Latini poterant Lævinio succurrere. ac primum
ad equis pacis conditiones hostem provocabat
Ascanius: que cum fastidirentur, coactus
est illi permittere arbitrium, modo pax fieret.
sed cum Thuscus rex superbe quasi capitis leges
imponeret, ut quanum uini Latinus ager fer-
ret quoennis deportarent in Etruriam, rem
indignam rati, uincorum fructum Ioui sacrum
esse publico decreto sanciunt ex Ascanij sen-
tentia: ipsi cohoreati se iuicem ad rem geren-
dam fortiter, iuocataq; ope numinum, crum-
punt obseruato lunæ silencio. moxq; aggressi
propinquum uallum, quod sibi hostes in loco mur-
nito obiecerant, presidiu[m]q; iuuentis Eru-
scorum lectissime duce Mezentij filio Lauso
improuerant, improuiso incursu id capiunt. In-
terea ceteri qui tenebant per planiciem, ne
uidere lumen intempesta nocte exortum subito,
C^ouoces audiunre morientium, in montana ex
campestribus refugiunt: et aneq; omnia plena
repidacione atq; tumultu, ut solet fieri turbato*

per

per noctem exercitu, dum mutu imminentium hostium non posset miles concineri in ordinibus. Latini autem expugnato repentinae ui præsidio turbatum reliquum exercitum animaduerentes instabane fugientium ergo sternentes trepidos: qui adeo uireuis erant immemores, ut uix sat is intelligerent in quanto essent periculo: sed præ nimio tumultu inopes animi atq; consilij, pars iactantes se per prærupta loca exhalabant animam, alijs dilati in ualles imperuias, ueniebant in potestate hostium. maxima pars sublato per tenebras discrimine, conficiebant se inuicem pro hostibus: pluresq; suis quam hostilibus armis interfeci sunt. Mezenius cum paucis occupato quodam tumulo, postquam audiuit mortem filij, tantamq; stragem exercitus, ex relinquit quam in angustum coactum sit cogitans, ut in rebus dubijs misere caduceatores Lauinium acturos de foedere: ex quia Latini suadente Ascanio moderate fortuna usi sunt, imperata pace reductisq; ut poterat copijs, posthac constanter mansit in amicitia. Trigesimo autem anno post conditum Lauinium, ascitis etiam alijs Latini quos commodius habitandi cupido ceperat, Ascanius nouam deduxit coloniam. Alba dicitur: Graeci sua lingua Leucam dicarent. ad diuum est cognomen Longa, à situs forma, ut discernetur ab altera eiusdem nominis, iunctimq; Alba longa vocaretur. nunc ramen deserta est. nam

nam regnante Romæ Tullo Hostilio, quoniā uidebatur cū sua colonia de principatu cōcendere, solo aquaria est à Romanis, & ciues Romanam adducti populariter. Sed hæc euenerunt postea. olim cū habitat acut, mediū inter montē & lacum obtinebat spaciū, natura loci munitissima. nam & mons cū primis aliis est ac arduus, & lacus profundus ac magnus: ex quo reductis claustris in subiectos cāpos disp̄satur aqua collibus arbūrariu agrestium. prospectat autē in agrū amoenissimū & omnis generis frugum fertilissimū, nec cedentem ulli agro Italie, præcipue bonitate uini suauissimi, præcellens omnibus reliquis, si falernū excipias. Dum autem conderetur accidisse ferunt mirum prodigium. nam cū penaribus, quos Aeneas à Troia deuictos Lavinij collocauerat, templū exruatum esset cum adyto, & delubra Lavinio translata in intimū templum recondita, sequenti nocte clas̄sis ut cū maxime foribus, & in uiolatis recto simul atq; parietibus, sponte sua simulachra in pristinas bases transisse reperta sunt: denuoq; Lavinio transportata cum uoris et sacrificiorū placaminiibus, in eundē locum rursum reuersa sunt. Dubitatum est diu quidnavi factō opus esset, cum neq; sine diis patriis habitandum censerent, nō q; in semel relictas sedes remigrandum. tandem placuit sententia qua & religioni deorum & utilitatī hominū satisfaceret. uisum enim est simul-

g.

Licit.

lacra suo loco finere, & viros qui sacrorum curam gerant ex Alba ad Lavinium habitandum reducere. fuerunt hi sexcenti numero, cōmigrandūq; illo cī totis familijs duce Agusto. Hos deos Romani penates vocant, Græci uario modo conīi significacionem reddere, nunc ωατρώς, nunc γενεθλίος, alī οὐκοίος aut μυχίος, aut ἐπικίος. harum appellationum singule iuxta aliquam proprietatem eis cōgruunt: fieri q; potest, ut licet dūcūtis modis, omnes tamen eis cōueniant. corū effigiem atq; habiē Timaeus describit: in hunc modū sacra. apud Lavinium reposita esse cōducca pareim serrea pareim area, Troianūq; uas fistile: idq; sc̄ cognouisse ait ex ip̄sis ciuib⁹. Ego uero que uidere non est fas omnibus, neque audiēda ab his qui uiderunt, noq; scripto prodēdat censco: neq; illos probno qui curiose inquirunt plura quām concessum est legibus. Quæ autem mihi ipsi sunt cognita, nec ullā religio ueat scribere, sunt hæc. Templum Romæ non procul foro ostenditur, secundum uiam quæ ad Carinas fire compēdit, situm in loco obscurō propecr circuicēta adficia, qui Romano uulgo sub olinis dicietur. in eo posita sunt Troianorum dcorū imagines, quas cuiuis fas est inspicere, cum inscriptione Denates, quæ penates significat. uidentur enim mihi prisca ante inuenient P usurpasse pro ea D liecram. sunt autem hastati duo iuuenes habitu sedentium, admodum antiqui operis. alia quoq;

quoq; multa in antiquis exemplis horū deorum idola conspeximus, & in omnibus duos iuuenes militari habitu. Hęc igitur uidere fas est, audi-
re auctum de illis & scribere dñeaxat ea quae exstant in Callistrati historia quam edidit de
rebus Samothraciae, & apud antiquarum fa-
bularum collectorem Satyrum, & Aratinum
poëtam omnium quos scimus antiquissimum,
apud quod ita legitur. Chrysen Palantis filiam
nuptam Dardano attulisse dotem & incrua
munera, uidelicet effigies ipsius deae, simulq; sa-
cra Magnorum dcūm, quorum mysteria didice-
rat. Sed postquam diluuium fugientes Arcadi-
ces relicta Peloponneso fixerunt sedes in insula
Thraciae, Dardanum ibi exemplum exstruxisse
hisdys, nemini communicato eorum nomine:
mysteriaq; illis instituisse, quibus & hodie mos
est initiari in Samothracia. Deinde dum maiorē
populi partem transportaret in Asiam, sacra
quidē ac mysteria penes eos reliquisse qui man-
scrune in insula, palladia uero secum abstulisse
& deorum imagines. cumq; oraculum de sedi-
bus consulteret, inter cetera de afferuandis sacris
sic esse admonitum.

*Fata dabunt urbē, poteris qua condere sacra,
Caelicolasq; illic festis colere atq; choreis.*

*Munera namq; deae seruabis arce repositā
Palladis: haec quondā cepit tua regia cōiux,
Seruatura tuā duris procul omnibus urbem.*

g 2 Atq;

Itaq; ita Dardanū in cōdit a urbe noua eō à
 se denominata deposuisse hæc simulacra. postea
 cum Iliū habitari cepisset, reges illò transstulisse
 hæc sacra gentilitia: dicatumq; his ab Ilicib⁹
 in arce templū cum adyto: ibiq; afferuata quām
 possent diligentissime, omnibus missa diuinis.
 existimatis⁹, eō penes illa esse incolumentem
 publicā. Teneam autem capta inferiore urbe,
 portū arce, sacra Magnorum dēūm abstulisse
 cum aliero quod supererat palladio: nam alterū
 nocturno furio surrepēum Ulyxis ac Diomedis
 insidias, cū his fugisse ex urbe, eō secū ea depor-
 tasse in Italiam. Aratinus autem dicit à Ioue
 donatum Dardano unū Palladium, eō hoc in-
 illō usq; ad eam urbem capta absconditū in lo-
 eo inaccessibili. ad eius exemplar effictā ima-
 ginem indiscreta similitudine propositā in pro-
 parulo, ad fallēdias insidias, eāq; furio Achaeos
 subduxisse. Itaq; securus autores idoneos aio sa-
 cra per Teneā translata in Italiam esse Ma-
 gnoru⁹ dēūm imagines, quibus inter Gr̄acos Sa-
 mothraces initiantur præcipue: fabulosumq;
 illud palladium, quod dicunt in templo V̄st⁹ & cu-
 stodiri à sacratis uirginibus, ubi etiā afferuatur
 ignis perpetuus: de quibus dicetur aliās. potest
 autem fieri ut nōs profani homines ignoramus
 cetera. Et de sacris Troianis hæc dicta suffi-
 ciant. Ascanio autē defuncto regni sui uigesi-
 moctauo. anno, Silvius assumpſit imperiū fra-

xxv

ter Ascanij, post morecm Aeneae sui patris ex Lauina genitus Latini filia, quem ferunt inter pastores educatum in montibus. cum enim regno potitus esset Ascanius, grauida cum Lauina mea nouercali cōmisit se fidei Tyrri cuiusdam subulci regū, quem Latino cum primis familiarem fuisse nouerat. is abductā in deserta siluarū quasi uulgarē quampiā mulierem procul arbitris alibi ut constructo in nemore rugurio: natūq; infantem nutrit et educauit nominatū à silua Siluium: Graci Hylæū diceret. Tempore autem procedente ut cognouit Latinos diligenter querere puellam et suspectum esse de cius nece Ascaniū, indicauit rem totā populo, et ipsam unā cum puerō produxit ē nemore. Ita Siluius ex casu nomen inuenit, quod deinceps mansit in progenie. regnum autem adeptus est post fratri moriem non sine controvērsia, quod Iulus maior Ascanij filius postularet in paternum regnum succedere. sed eam litem populus diremit iusto suffragio, præter alias rationes hac motus præcipua, quod Siluius maere herede regni esset progenitus. Iulo uero pro regno honor sacerdotij repositus est, securior ac quietior, quo ad nostram usq; etatem fruitur gens Iulia, auctoris appellationem rescrens, et omnium quis ego sciam familiarum maxima atq; illustrissima. tulit enim viros ducum præstantissimos, uirtute facile approbat nobilitatem sui generis, de quibus alias

g 3 dic

dicerur conuenientius. Porrò Siluius cum unde triginta annis tenuisset imperiuū, Aeneā filium heredem reliquit parentie, quem regno & uita exemptus annus alecer à trigesimo. post hunc quinquaginta & unū annos regnauit Latinus, post quē Alba minus uno quadraginta annos. post Albam Capetus uiginti sex annis regnum tenuit, Capys deinde annis duodecimtriginta. Calperetus post hunc in regno annum explicuit crediditum, octauum uero successor eius Tiberinus. hunc perisse dicunt in commissō iuxta fluum prælio, ab reperitumq; eius rapidis gurgitibus fecisse ut mutato pristino nomine Tiberinus uocaretur pro Alba. Agrippa huic successit, regnauitq; anno uno & quadraginta : post Agrippam undeuiginti Alladius, uir insipius & tyrannicus. is deorū coniector commetus est quomodo imitareur coniura strepitus ac frigores edens fulmincos, ut cūibus aeronitis habereetur pro deo. Sed imbribus & ueris fulminibus in eius edes irruēibus stagnoq; iuxta quod habitabat exundante præter solium, diluvio cū ipsis adibus absumpsus est: & nunc quinq; deficiente stagno & aquis decadentibus per tranquillitatem spectantur diruta cœnacula, & habitationis aliae uestigia. Lucentinus post eū successit, à quo nomen uni è sepe in urbibus collibus, tenuitq; regnum annis x x x v i i. & post hūc Proca x x i i. hūc proxime secuus est Amilius,

lius, qui maiore fratre Numitore pulso quesierū
 iniuria regnum per annos quadraginta aduos re-
 nuit. post hunc cæsum à Romulo & Remo natis
 vestali virgine, ut mox dicetur, legitimū regnū
 ad Numitorem rediit maternum aium iuuenū.
 Sequēti autē anno, quo Numitor suū regnū au-
 spicatus est, post iliu caputum C C C C X X X I I,
 Albani Romuli & Remi ductu coloniā misce-
 runt Romā anno primo septima Olympiadis, qua
 stadium uicit Daicles Mesenius, archōre A-
 thenis Charopo, decennis eius principatus anno
 primo. Quoniam autem auctores mulium uariū
 ram de tempore quo urbs est condita, quā de ipsis
 cōditoribus, nec mihi uidetur rem quasi consi-
 sam esse prætercurrentam & arringenda obi-
 ter. Nā Ceph. ilon Gergihius scriptor antiquis-
 simus secunda etate post bellum Trojanum ait
 conditam ab Aenea socijs ex Ilio profugis. Ro-
 mo autore deducende coloniæ fuisseq; hanc uniu-
 ex Aenea filijs. nam quatuor cum habuisse tra-
 dit, Ascanium, Euryleontem, Romum, Romulū.
 cum hoc de tempore consentiunt Demagoras &
 Agathyllus muliūq; alijs, quemadmodum &
 de ducce coloniæ. Sed is qui mulieres recenset po-
 sitas apud Argos sacerdotio, & quid gestum
 sit cuiusq; tempore, Aeneā dicit cū Vlaxe de-
 latum ē Nestoris in Italiam urbis conditorem
 fuisse, nomenq; indubitate illi Rome à quadam
 Aenei fœmina: quam narrat cæteras Troianas

g 4 hore

hortatam effecisse ut facto simul imperio naues exurerent, nauigationis & errorum odio. huic astipulatur Damastes sigeensis & quida alij. Aristoteles philosophus scribit Achaorum partem à Troiano bello redeuntem circum Ma leam cursum flexisse, correptosq; uentorū ui ul tro citroq; diu iactatos per altum, tādcm appulisse ad oram Opicorum terra quæ uocatur La eium, Tyrrhenoq; mari alluitur. cumq; optati litoris desiderio naues illò subduxissent, exegisse ibi totam hiemem, dilata nauigatione in uerna tēpora. sed cum naues cis conflagrassent nocturno incendio, profectionis facultate adempta necessitatem in uoluntatem uerisse, fixisseq; sedes in agris ad quos appulerāt. cum casum obuenisse illis captiuarum Iliensium opera, quod meuentes ne se domum in seruiturē abducerent, ignem in naues conicerint. Callias autem Aga thoclis rerum geslarum scriptor, Romanam quan dam Troianam fœminam cum ceteris Troianis delata in Italiam nupsisse Latino Aboriginum regi, peperisseq; ei filios duos Remum & Romulum, a quibus conditæ urbi nomen matris impossum. Xenagoras historicus & Tlyxis & Cir ces tres fuisse filios, Romum, Antiam, Ardeā. eosq; conditis tribus oppidis, à se indidisse illis nomina. Dionysius Chalcidensis consenteit quidem de autore urbis Romo, sed eum iuxta quosdam Ascanij filiū suisse dicit, Emachionis in-

cta alios. nec desunt qui dicant Romanam conditam ab Itali filio Romo, nato ex Electra Latinī filia. Possunt et alios multos Græcorum scriptores adducere variantes de urbis cōditoribus, sed ne uerbosior uidear, præstat transire ad Romanos, apud quos nemo antiquus existat nec fabularū autor nec historiae unusquisq; tamē aliquid desumpsit ex antiquis tabulis, quæ in iemplis seruantur dicatae numinibus. Horum quidā uolunt Acne & filios fuisse conditores urbis, Remum et Romulū: aliū nepotes ex filia, tacito patris nomine. hos Aenaciam Latino Aboriginū regi dedisse obfides ex sœdere ictō inter indigenas et aduenas: puerosq; benigne apud regē habitos non solum educatos liberaliter, uerum etiam cū is absq; virili stirpe decederet, relictos ex parte quadam hæredes imperij. Aliū dicunt Aenea defuncto Ascanium ex asse hæredē regni relictū assumpto principatu agros et opes Latiorum tripartito diuisisse cum Romulo et Remo fratribus. ipsum deinde Albam condidisse et alia quedam oppida: Romulum uero Capuā dictā à Capy proauo, Anchisam de Anchisa aut sui nomine, de patris autem Aenaciam quo post fuit Janiculum. Romanum quoq; de suo. hanc aliquāto post desolatam, rursum Albanis alia coloniam eò Romuli et Remi ductu mitterebus accepisse habitatores: ut iam eadē urbs intelligatur bis condita, semel non multo post bellis

g s Troi

Troiani tempora, incum aetate exinde quinta decima. Quid si quis uelit rem aleius etiam repetere, tertiam quandam Romanam his antiquiorum inuenire, ut que ante Aeneam Troianorumque in Italiam aduentum fuerit. Hoc autem nec vulgaris aliquis nec recens scriptor prodidit, sed Antiochus Syracusanus, cuius iam supra memini. Is ait Morgote in Italia regnante (Italia cum erat ora quam longa a Tarento Pestum usque protenditur) uenisse ad eum quendam Romanum exulcm. uerba ipsius sunt haec. Postquam autem Italia consenuit, Morges pro illo regnauit, huius tempore uenit a Roma uir quidam profugus, nomine Siculus. Atque ita ex autoritate Syracusani huius scriptoris inuenitur quedam antiquae Romae Troianis temporibus superior. utrum autem eodem loco sita fuerit ubi nunc habitat ea urbs, an aliud locus idem nomen habuerit, quemadmodum ipse incertum reliquit, ita nec ego conuicere ualeo. Et de priscis quidem eius conditoribus haec dixisse sufficiat. Extremam autem Romae conditionem, siue ea deductio habitatorum posius dicenda est, siue quidcumque aliud, Timaeus Siculus nescio quam regulam secuens, ait congrere in eumpus quo Carthago est condita, eriguntur octauo anno ante primam Olympiadem: Lucius autem Cincius, in quarum annum Olympiadis duodicima. Porcius

Cato

Cato Græcam temporum rationem nō indicat, alioquin cū ēsset diligens collector antiquæ historiæ, dicit quadringentis triginta duobus annis posteriorē bello Iliaco : quod tempus dīmensum iuxta Eratosthenis Chronographiā incidit in annū primū Olympiadis septimæ. Esse autem incorruptus regulis quibus Eratosthenes usus ēst, & quomodo ad eas dirigenda sit Romana temporū ratio, alio tractatu declaramus. Nolui enim, sicut Polybius Megalopolitanus fecit, hoc tantū dicere, quod circiter secundum annū septimæ Olympiadis Romanam conditam cōperit: neq; uni & soli Anchisenium rābule fidem inexplorata habere: sed malui supputationes in mediū propositas iudicio cuiusvis lectoris relinquere. Et exacta quidem ratio illic indicata ēst: hic necessaria rāniū dicentur in hunc modum. Gallorū expeditio qua Roma capta est, sicut ut omnes ferè autores consentunt, Athenis summū magistratum gerente Pyrgione, circiter primū annum nonagesim octauae Olympiadis, quod si retrorsum tempora suppones usq; ad L. Junium Brutū, L. Tarquinium Collatinū, primos Romanorū post expulsum regem consules, cōpl. ētentur annos cētum & uiginis: sicut apparet cum ex alijs multis, cum ē censorijs commentarij quos à pairibus filij per manus accipiunt, & ipsi posteris pari cura iradunt haud secus quam sacra paterna & genitilitia.

tilitia. hi per viros illustres scruantur in familiis censoriis. in eis inuenio altero ante captam urbem anno censum populi Romani habitum, cuius quicquidmodum et alijs tempus adscriptum est hoc: L. Valerio Potito, T. Manlio Capitolino cons. post expulsos reges anno centesimo undevigesimo: ut colligatur sequentem annum quo irruptionio Gallorum accidit, explesse CXX. annorum numerum. iam si hoc temporis interuum triginta Olympiadas facere compertum est, necessario sequitur primos consules magistratus inesse archontis Athenarum Isagri et porc, circa primum annum octauae et sexagesimae Olympiadis. Constat autem inter expulsos reges et inieum regni Romuli annos intercessisse CCCXLIII. quod patet ex regum successionibus et annorum numero quo quisque regnum tenuit. Nam Romulus urbis conditor sepe supra triginta annis administrationi rerum praefuisse dicitur: post cuius obitum interregnum fuisse per annum integrum. deinde Numam Pompilium electum suffragiis populi regnasse annis XL. et tribus. post hunc XXII. Tullum Hostilium. huius deinceps successorem Anicum Marcum XXIII. post quem Tarquinium Priscum XXVIII. deinde Serinium Tullium XLIII. huic a se occiso successit L. Tarquinius vir tyrannicus, et proprius iuris contemporum cognominatus superbis, regnauitque ad annum usque quinque supra uigesim

uigesimum. supputatis autē regum annis C C -
 X L I I I , Olymp. uero L X . Et una, necesse est
 ut primus Romanorum rex Romulus regnū au-
 spicatus sit anno primo septimae Olympiadis, pri-
 mo. itē Charopis decennalis magistratus Athene-
 nium. hoc enim annorū ratio postularat. quod
 autē eis annis regū quisq; regnauerit, in illo li-
 bro declarauimus. Haec mihi cōperta sunt apud
 autores de tēpore, quo urbs nūc rerū domina est
 condita. Ceterū de conditoribus eius quinā fuc-
 rint, aut in qua fortuna coloniam deduxerint,
 Et quicquid ad hanc historiam attinet, dictum
 est quidē à multis, quibusdā etiā multū euariān-
 tibus: dicā tamen Et ipsæ quæ mihi uidetur uero.
 proxima. ea sic habent. Amilius postquā frau-
 dāto maiore fratre Numitore occupauit Al-
 banum imperium, prēter alia multa superbe Et
 iniuste facta, decreuit totā germani stirpē tolle-
 re, uel uindictē metu, uel continuandi principa-
 tus cupidine. quod consilium cum diu multumq;
 agitasset animo, primum filium eius. Segestū
 pubescentē tum maxime, in loco uenationis af-
 fūctio peremisit positis quam latenter insidijs:
 et post facinus perpetratus sparsit rumores, ne-
 carum à latronibus adolescentulum. nec tamen
 opinio mendax tacite ueritati præualuit, sed
 multi etiam suo periculo scelus id ausi sunt clo-
 qui. Si Numitor quāuis rem sciret, rationi ra-
 men magis quam dolori seruiens dissimulabat, in
 tempua

tempus minus periculosum iram cōsulio differens. *Amulius* autē credens oculū prius facinus, addidit & alterum: filiam frāteris *Iliam* nomine, siue *Ream* ut alij malunt, sed cognomine *Iliam*, nuptijs iam mācurā. Vesta sacerdotem operauit, ueritus ne uirū naēta pareret ulorem auitae iniuria. his puellas sacrasas oporebat nō minus quinquēnio puras manere à nupijs, acer numq; ignem custodire, & obire alias solēnes uirginibus ceremonias. Id honcsto præceptu fecit *Amulius*, quasi ornatus cognata, cū nec ipse inuexisset morem hunc, & iam recepero non primum inter illustres germanū ad hoc coegeriset. nam honorificum habebatur apud *Albanos* nobilissimam quāq; deae famulari allectam in sacrum ordinem. Sensit *Numitor* nō bono animo hec à fraire fieri, indignationē eamcn disimulans ne populum offendere, hanc quoq; iniuriam celabat silentio. Quarto autē post anno illic, sacrorum causa purā aquā in *Mareis* luctum percnei, stuprum in fano nescio quis obrulit. quidam dicens unum è procis eius fuisse, amore caput uirginis: alij uero ipsum *Amulium*, infidatorē porius quā scrupuli libidini: sepiumq; armis quo magis terrorē puellę incuteret, nec facile agnosceretur ob insolitam cultus speciem. At plurimi fabulantur, numen ipsum chius id fanū erat se obtulisse puellę hac specie: simulq; accidisse præter alia prodigia deliquium solis

¶ re

Et repentinam caliginem spectrumq; id forma
 fuisse augustiore ac statura quā ut uideri pos-
 set humani sanguinis. quin & bono animo ius-
 sam esse uirginē, ut quae diuinis dignata sit cō-
 plexibus copula nuptiali cōiuncta cum eius lo-
 ci genio, paritura è uiolenio cōcubitu genuinos
 longe præstantissimos uirtutis bellicas. his dictis
 nube suscepū, & sublimē ablatum per aërem.
 Et de his quidem quid opinandum sit: utrum
 cōtemptanda tanquā de dīs figmīa hominum,
 nulla ministeria parum digna immortali &
 beata illa natura sustinentibus: an etiam tales
 admittendē historiæ, quod permixta sit uniuer-
 sa mundi essentia, & media quedam deos inter
 mortalesq; natura que demonum generi attri-
 buitur, unde mixta origo heroici generis, nō est
 præsentis temporis disputatio, & satis de hac
 re dissertum est à philosophis. ceterum post uim
 illatam sibi puella infirmitatē prætexens mā-
 tris monitu. quo & ipsa esse rurior. & sacro-
 rum lateret iniuria, re diuina abstinuit, ceteris
 eius collegi uirginibus uicem ipsius obueniibus.
 Et Amulius siue facti cōscientia, siue suspi-
 cione uerisimili motus, perscrutatus est causam
 intermissioni diutius officij: missisq; in hoc medi-
 corum fidissimis, cum mulieres secretū morbum
 & haud quaquam proscrendum esse causaren-
 tur, uxorē suam puerę custodem apposuit. que
 postquam rem muliebribus coniecturis depre-
 hensam

hensam ad maritum detulit, adhibitis armatis
 afferuari eam iussit, ne clam eniceretur iam par-
 cui proxima: ipse uero aduocatio fratre in cōci-
 lium, statu pri fecit indicium dissimulati hactenus,
 incusans eius parentes ut culpae cōscios, et iu-
 bens rem totam eos proferre in medium. ibi Nu-
 mitor ait se pr. et r omnem expectationem hac
 audire, essetq; ab hac culpa alienissimū: simulq;
 temporis spatium postulat, quo posset de his cer-
 tius inquirere. Quod ubi agre imperatum est,
 cognitis ex uxore quæ puella à principio nar-
 rauerat, à deo se vim perpeſſam, et quid ille de
 gemina prole prædixit, postulabat ut fides pe-
 nes euētum effet, si forte partus respōderet ora-
 culo. iam enim parturitionem instare, nec fore
 fallacijs locum uicrius. si mulas quoq; afferua-
 trices filie offerebat ad quæſtionem, nulla recu-
 sans indicia. Hæc eius postulata probant con-
 cilio, solus Amulius nihil sani aiebat inesse
 fratris cauſationibus, modis omnibus cupiens
 uirginē perdere. Interea supcrueniunt custodes
 puerperij, nūtiātes editos geminos infantes ma-
 sculos. Tum uero Numitor uehem̄tius affeue-
 rare deum autore eius facinoris, et abstinentia
 ab insonte puella omnem iniuriam. Amulium
 uero incessit suspicio, humana fraude nō caruif-
 se negotium, mulieribus paratum in hoc haben-
 tibus infantem alerum, et deceptis aut etiam
 corruptis custodibus: multaq; in hanc sententiā
 uerba

uerba protulit. Tum iudices postquam intellexerunt mentem regis implacabilcm, eandem & ipsi dixerunt sententiam, ut iuxta legem mater ob uiolatā pudicitiam uirgis ad ncccū caderezur. proles uero abūceretur in fluiū. Nunc autē nūia defodi tales iubētur sacratis legibus. Hātēnas pleriq; scriptorum cōsentiuunt, aut nō mulsum uariant, alij ad fabulas, alij ad ueritatem accedentes proprius: procedente autē narratio ne discrepant. Sunt enim qui cōfestim necatam puellam tradant: nec desunt qui malite conie Etam in occultum carcerem eumq; perpetuum, unde necatā esse uulgo creditum. Dedit se autē hoc Amulium filiæ precibus, postulantis in suā gratiam remitti cōsobrinae supplicium. & quales enim fuerunt eisdemq; usæ nuricibus, & sororis appellatione muenū se salutare solita. Huic uerpo unicæ filiae donasse regem Iliam reuocata capitali sententia, sic tamē ut clam tenerezur in carcere, unde post Amulij mortem liberata sit. Neq; h.ec sunt in quibus de Ilia ueris rum cōmentarij uariant, ueraq; opinione uerisimili: quapropter ueriusq; meminisse libuit, quo liberū sit lectori auctoritā cligere. De natis autem ex ea Q. Fabius Pictor, L. Cincius, Porcius Cato, & Calpurnius Piso alijq; scriptores complures sic tradunt: infantes Amulij iussu in alueo dilatos à ministris quibusdam, projiciendos in fluminum distantem ab urbe sermè c x x. sta-

dys. Eos cum accessissent, animaduertissentq; exundantē in campos & restagnantē p̄e cōsimis imbris Tiberim, degressos à Palantī uertice ad aquam proximā, quod non daretur ulterius procedere: ibiq; quā subiectā colli planiciem unda texerat, in alluvie relictū alueū: qui aliquancisper fluitans, tandem paulatim recipientibus se aquis impactus saxo & subuersus effudit pueros, hi uagientes dum uolutaneur in eōno, lupa forte superueniens distentis à recēsi partu uberibus, māmas eis prebuit, lingua simul abstergens lacum quo se inquinauerat. Interea pastoribus armenta propellentibus (iam enim aque dicesserant) quidam ex his uisa lupa sōuente infantulos aliquādiu h̄esit miraculo uix satis credens suis oculis: deinde cōvocatis quot poterat ē proximo socijs, nec fidem uerbis suis impetrans, adducit ipsos ad spectaculū. Illi profecti cōperiunt hanc uelut ex se natos cōplexam, hos pendentes uelut à maternis uberibus: moxq; rati h̄ec nō sine aliquo numine fieri undiq; cōfluunt: seramq; abſerrent clamoribus. at lupa nihil exasperata incursu hominū, ceu māſuera ſenſim abſtitit, quasi cōtemnens pastorum ſtrepitum. Non longe inde aberat lucus opacus densitate arborū, & rupes cana manans fontibus. is ferebatur Panī ſacer cum ara inibi poſita huic ſera condidit. Et lucus quidem non ſuperest, ſed antrū ex quo aqua promanaet, uiſitur

sicut palatinis coniunctum aedificijs, secundum
uiam que in circu ferri: ex in propinquio est sa-
cellum, seruatis expressum huic casum aere anti-
qui operis, lupam uidelicet submittentem mamas
duobus puerulis. Cofsecratus autem dicitur is locus
olim ab Arcadibus Euadri sociis. Post ferre di-
fcessum pastores tollunt infantulos, rati dignos
alimentis qui seruari diuiniter fuerint. In his
erat quidam regis subulcorum magister, uir pro-
bus, nomine Faustulus, qui ob quoddam nego-
tium in urbe fuerat, quo tempore de Iliae uictio
parteq; compertum est: ex postea dum infan-
tes deportarentur ad flumen, ex deo sic uolen-
te idem cum ministris iter fecit in Palantium.
Hic ceu ignarus omnium impetravit pueros co-
muni consensu sociorum sibi traditos, eosq; dum
ad uxorem perculit, mestram cum ob infantem
quem moreum ediderat: simulq; solatus mulie-
rem persuasit ut allatos pro suo supponret, de-
narratis prius eorum cibis. his erescente et a-
re imposita sunt nomina, alicri Remus, alicri Ro-
mulus. ubi uero ad uirile robur peruerterunt, non
illi subulcis bubulcis ue similes, sed animi ac for-
me indole rescrebant genus regium, ut decebat
dys genitos, quemadmodum celebratur etiam
nunc in patriis Romanorum carminibus. uitam
ramen degabant pastoriam, uictum sibi pa-
rantes manibus, in montibus plerumq; e lignis
arundine compingentes humiles absq; ulla

h 2 cons

contignatione casul. us: quarum una usq; ad nostram etatem duravit ad latus uicem ducantis in circum è palatio, cognominata Romuli: quā ue sacram scruant quibus id mandatum est , nihil addentes ornatus gratia. quod si quid temporum aut tempestatum iniuria deficiat, sarcitur quantum fieri potest ad formā pristinam. Annū porrò ingressi octauum supra decimū conventionē habuerunt de pascuis cum Numitoris pastoribus in Axētino è regione palacini mōris stabulantibus , utrisq; mucuum conquerentibus alienam terrā depasci, aut cōmunem usurpari, aeq; id genus alia. hinc ad manus & ad arma demum uenitum est. Numitoris pars multis affecta uulneribus, desideratis etiā aliquot è suis, puls. aq; ui regiorum iuuenum è cōtrouersis pascuis, ad dolum uertitur. positis enim in angusta quadam & obscura ualle insidijs, ad prestatum tēpus magna manu inuadunt noctu stabula iuuenum. aberat tum Romulus , sacrorum causa cum uicanorum praecipuis Caninum profectus. Remus uero maturè cum paucis ad opē ferendam accurrit: nec ramen impetum eius tulerunt aduersarij, sed receperunt sc ad iam stratas insidijs. at Remus ignarus doli diu fugientes persecutus impetu ultra infessum locum eue- Elus est: moxq; alijs à tergo insurgentibus , alijs eodem tempore à fronte in pugnam reuidentibus, undiq; saxis impetuus intercipitur & cō prius

ptius abducitur. sic enim mandatum fuerat à dominis, ut iuuenes uiuos in potestatem suā redigerent. atq; hoc modo Remus captus est. Accilius Tubero grauis autor & scribeor diligens tradit Numitoris pastores insidijs elegisse tempus, quo iuuenes solenne Arcadicum olim ab Euandro in honorem Lycei Panis institutum erant celebraturi, quando mos erat incolas palatini montis peracto sacro nudos circum uicū discurrere, succinctos tantum pudenda recens mactarum pecudum exuuijs. id erat lustrationis genus quoddam, uicanis receptum usu patrio, quod nunc quoq; solet fieri. Hac occasione collocatis circa angustum quendam calleum insidijs ad intercipiendos ludicum agentes iuuenes, in primum agmen in quo Remus erat, factus est imperus, longe relicto cū alijs Romulo: nam per interualla agmina erat furram: & priusquam ceteri possent succurrere, insidatores universi coorti circumuentos percibant saxis, iaculis, atq; telis ut quodq; in manus uenerat. illi nec opinato casu artoniti, & incerti quid faciant inermes armatis expositi, facile in potestatem redacti sunt. Et Remus quidem siue hoc modo, siue ut Fabius scribit, captus Albam uinctus perductus est. Romulus uero ut fratribus cognouit in forenum, cum selecta manu pastorū abeuntes insequi uoluit, ratus Remū ex iuinere se posse retrahere, sed ab hoc consilio ut insano Faustuli

autoritate cohibitus est. Hactenus enim existimatius pater iuuenibus secretū nunquā prodiderat, ne ante iēpus adirent periculū, priusquā satis esset uirium. tūc uero necessitate cōpulsus semoris arbitris Romulo rem totā aperie. At iuuenem edictū de omnib. iam inde à principio suis casibus, tum matri misratio, tum Numitoris cura subiit: & post longam consultationē cum Faustulo habuā a præsenti conatu destituit, malens maiorem apparatu paternā domū vindicare ab iniurijs Amulij, & de maximis premijs aleam iacere, de materni etiā ani cōfilio. His ita decretis uicanos omnes cōnoscit, rogarīq; ut Albam properent, nō tamen cadē porta neq; simul interrogandi ante, nequa oppid. inis oriatur suspicio, ibi q; circa forū ad imperata facienda præsto sunt: deinde ipse primus in urbē proficiuntur. Intercea qui Remum abduxerant ad tribunal regis eum sistunt, obijcientes injurias acccep. is à iuuenibus, ostentantesq; sua uulnera, & ni dedantur s. ad supplicium, minuantes relikturos se pecunaria. Tum Amulius uolens agrestibus cateruarim cōcurrentibus rem gratā facere, & Numitori quoq; qui forte aderat indigne ferens Lessam clientelā, cupiensq; pacē inter rusticos compondere, cum etiā suspicīa esset iuuenis intercidatio, cōdemnauit hominē, pœnae modū permisens frateris arbitrio, quod aequū uidetur penes cum esse ius supplicij, ad quē perirent iuuenia.

Itaq;

Itaq; reuinctis à tergo manibus remus duceba-
 tur à Numitoris pastoribus illudeneibus obiter
 & cōuicia iactanib; prosequēte interim auo
 & dcmirāte corporis decus plane regiū, simulq;
 generosum ac constanic in rebus duris animum.
 praeer cōmumem damnatorū morem nullis pre-
 cibus solicitantis spectatorū misericordiam, sed
 cum modesto silēcio euntis ad supplicium. Ut u-
 rō domum perueniū est, secedere iussis alijs solum
 relictū interrogat, quis nā & quibus parentibus
 ortus esset. neq; enim sibi uideri natū è uulgarib.
 ad hæc cùm ille hoc se tantū scire ex fide alioris
 reculisset, infantē se recens natum cum fratre co-
 dem paru edito in syluā exposuum, collectumq;
 & educatū à pastoribus: tacitus aliquantis per
 Numitor, siue rationē uerisimilem repulās, siue
 secretū prodicis aliquo numine, sic iuuenem al-
 loquitur. *Esse te in mea potestate Reme, meamq;*
expectare sententiam, & omnibus modis eos qui
te ob acceptas iniurias adduxerū necem tuam
expeiere, cum ipse noris non est quod te doceam.
Quod si te absolutū immunē ab omni pena pro-
nuntiauero, referēsnc mihi gratiam, & operam
vauabis in re ueriq; nostrum commoda? Sic cum
 respondisset iuuenis que solent responderi salutis
 arbiteris in re deplorata quoties noua spes se ob-
 sulit, annus solutis prius uinculus & abl. gaeis
 qui aderant, suam foriunam ci dinarrat: fran-
 dauior se regno à fraire mulio, erbatumq; li-
 beris.

b 4

beris, altero in uenatu oppresso per insidias, altera cōclusa in perpetuum carcerem: ceteris quoq; in rebus eum haud aliter se utri quām mancipio. hēc effaruis cum multis lacrymis, orabat ut uellet ulcisci domesticas iniurias. Illo uero facile annuenit, & iamiam gestiente ad exhibendā operam, Numitor collaudata promptitudine, Tempus, inquit, rei gerende ego dispensaturus sum: interim ad frātē nuntium oculū mittit, saluum te esse, & iubere ut ille quām primū ueniat. moxq; repertus quidā ad hoc ministerium idoneus, adūctā nō procul urbe occurrens Romulo mandata renuntiat. Is latus ad Numitorem properat: & primò cum ipsum tum frātē complexus, narrat deinde quēadmodum expositi & nutriti fuerint, & quicquid aliorū ipsius ex scellitie didicerat. accipiebat hēc libenter, & uer grata credebantur per facile, uel absq; alijs probationibus. Ut uero agniti sunt inuicem, cōtinuo consultabatur de modo & opportunitate aggrediendi negotiū. Interea Faustulus ad Amulium adducitur. Veritus enim ne non inueniret fidem apud Numitorem absq; manifestis signis in rei eam magna indicio, quo certius agnosceretur, cum aluco in quo infantes expositi fuerāt, paulo post Romulū ad urbem cōtendit. eum ircpide portas transcurrit, & quod cerebat diligēter oculans, unus custodū cum animaduerisset (erae enim belli suspicio, & portae seruabantur per regi fidiss)

fidissimos) apprehendit, & quidnam celares cognoscere cupiens, amictum ei per vim deraxit: conspectoq; alueo uidens hæsitare hominem, percontabatur quid ita trepidaret, quo uec cōsilio celaret uas quod licet de ferri propalam. interim plures custodes confluebant, quoru unus agnouit alueum: quippe qui pueros in eo ad flumē deporauerat: & rem indicauit his qui eum aderant: moxq; cōprehensus Faustulus ad regē adductus est. Amulius uero in etatis homini tormentis nū uera sponte diceret, primū rogauit num uiuerent pueri. quo cōperto amplius sciscitus est quonā modo incolumes euafissent. Edoctusq; omnia ita ut gesta sunt, Age, inquit, quandoquidē hactenus uera fassus es, dic ubinā nunc inueniri posse. nō enim aquum est eos inter pastores ingloriam uitā degere, cum sint mihi cognati, & insuper seruari deorū prouidentia. ibi Faustulus suspectā habens nouam regis clemētiā, ne forie uerba à mēte effent dissona, in hunc modū respondit. Iuuenes sunt in montibus pascentes armenta ut mos illis est: me uero miserrū ad matrē, renuntiatum quo in statu res eorum sint. nunc igitur quando uisum est tibi eos accersere, gaudeo: proinde mitte mecum quoscunq; uis. e quidē indicabo illis iuuenes: ipsi mandata tua ad eos perferant. Hac ille uolens differre necem iuenum, simulq; sperans eos qui se ducebāt facile se effugere posse in montibus. Tum Amulius faciliū fidissimos

b 3 mie

missit cum mandatis occultis, ut à subulco indicatos quaneocytus ad se pertrahant. Quo facto mox decreuit acciū fratre habere in libertate custodia, donec arbitratu suo rem praesentiē compонeret: consfistimq; alio prætexeu eum cuocat. at nuntius, ut qui periclitati bene uelle ac misericordiur fortunā illius, ad Numitorē mentē Amulij deculie, qui indicaeo iuuenibus presenti periculo, iubisq; forti esse animo, correptis armis cum clientū, amicorū, famulorumq; fidissimorū manu ualida imperū facit in regiam: & à foro alia cohors agrestiū non cōtumcnda uenit auxilio, qui sub uestre gladios secū attulerant: oppressisq; in aditu paucis custodibus Amulium nullo negotio iugulat, atq; ita arcem occupant. Sic narrat qui sequitur autoritatē Fabij. Alij semouētes fabulas ut indignas historia, negant sibi uerisimile fieri à ministris infantes secus q̄ iussum sit expositos: & mitem lupam mammas prabentē pueris cauillatur non mulium abesse à figuris poëticis: mulataq; in diuersum narratione, aiunt Numitorē posteaquam deprehendisse pregnante Iliā, alios modo naros infantes preparatos habuisse, quos subiiceret in puerperios per custodes parturiente ablatos, siue illi fidem uenalem habuerint, siue mulierib[us] astu circumuenerint sine: ipsosq; arbitratu Amulij suisse vecarios naros uero ex Ilia seruatos curiam materni cui cōmissos Faustulo. hunc genus duxisse ab
 grcad

Areadibus Euātri comitibus, palatini montis
incolā & magistrū pecoris regij: gratificatumq;
esse Numitori in educandis pueris suās frāris
sui Faustuli, armāis ipsius in Xuētino prāpo-
siti. cæterum nutricem puerorū quæ mammas cīs
prābuie, non lupā suisse ciuent, sed (ut credere par-
est) mulierē. Faustuli coniugem nomine Lauren-
tiām, cui ob prostratiā quondam pudicitiā incole-
palatini montis cognomen lupa indiderant. ea
Gracis prisca est appellatio uenalē uoluptriacem
ueneream prostiuētiū, quas nūc honestiore uo-
cabulo ētaipas quasi amicas uocare solēt. Hinc
factum ignorātibus data est occasio fingendi de
lupa fabula, quoniā hæc fera Latīna uoce lupa
dicitur. Amotos autē à nutricis uberibus uolun-
tate aliorū ferunt missos in urbē Gabios, nō lon-
ge à Palantio dīssitā, ut Græcas artes ediscerēt:
ibiq; apud Faustuli hospites educatos, literis,
musica, tractādisq; more Græco armis institutos
donec pubertatis annos attingerēt. Post redditum
autē ad eos qui tum existimabātur parētes inci-
disse licet cum Numitoris pastorib. de cōmunib.
pascuis, illosq; uulneribus abactos cum suis gre-
gibus. id factū de Numitoris ipsius sententia, ue-
ssit criminādi initii, & pastoribus darcitur ad
urbē ueniendi occasio. quo facto Numitorē no-
cifratū apud Amulium, armeni a sua per uim
ac nefas diripi ab illius pastoribus: quod si hac
ciera ipsius culpā fierē, depoposcisse pastorem
una

unā cum filiis ad supplicium. Amulium uero ut
se à culpa alienū ostenderet, tum eos qui petebant
tur, tum alios qui in eodē hærbane criminē, ins-
fisse ad dicendam causam uenire. Cumq; præter
eos multi ad agendā causam cōuenissent, auum
iuuenū denarratis cunctis corū casibus, adhor-
tarū ut uindictæ occasionē qualis nulla ad eam
diem oblata sit arriperet, moxq; rem aggressum
pastorū multitudinis auxilio. Hæc de ortu atq;
educatione conditorū urbis sunt prodita: superest
ut dicamus quomodo sit cōdita. Postquā Amu-
lio defuncto principatū recepit Numitor, quam
primum turbatū diutina tyrānide statum Reip.
composuit, mox cogitauit de pārāda propria di-
tione iuuenibus, nonaq; urbe in hoc cōdenda: si-
mulq; urbanā multitudinem uchemēter auctam
numero minuendā censembar, semotis porissimum
aduersa factionis hominib⁹, ut liber à suspicione
degeret. itaq; cōmunicato cum iuuenibus cōsilio,
postquā id ē illis probatū est, dat eis agros ubi
educati fuerant in pueritia. populi quoq; suspe-
ctam partē nequando rebus nonis studeret, ē si
quibus sponte migrare libebat, eis attribuit. in
his erat magna plebis pars, ut fieri solet in mi-
grationibus, nō pauci etiam ex optimaribus no-
biles, Troiani quoq; generis quisq; opeimus, unde
aliquor ḡētes ad nostram etatē supersunt, quin-
quaginta fermè familie. acceperunt autē iuue-
nes pecuniā, arma, frumentū, mancipia, iumenta
depor

deportandis sarcinis, & siquid aliud ad apparatus urbis erat accommodum. Albana deinde multitudini miscuerūt indigenas, quoerunt circa Palanum & Saturniam erāt reliqui, diuiso in duas partes populo. id uisum est ad emulationē conducere, ut operantibus certazim absolueretur opera citius: sed res in maximū malum seditionem euaserit. nā suum quaq; pars ducē colendo, ut idoneū uniuersorū imperio attollebat: ipsi quoq; non iam concordes neq; fraterna mente prædicti, sibi quisq; principati affectabat, & aequalitate contempta tēdebant ad præcellētiām. Ea principatus usurpatio latens aliquandiu, tandem erupit occasione hac. Locus cōdendē urbis nō idem utriq; placebat. Romulo uisum est munire Palanum, præter aliis causis ob loci fortunā, quæ eis incolumente & educationē præbuerat. Remus malibat Remuriam cōdere, quæ nunc quoq; eius seruat uocabulū. Sita est ad Tiberim, trigesimo fermè ab urbe stadio. ex ea cōtentione satis apparet principatus cupiditas. Viceris enim tū cessisset, eū semper aletri cedere opus erat in posterum. Elapsō deinde aliquanto rēporis spacio, manenteq; dissidio cōuenit inter eos ut rētotam aū cōmitterent: amboq; ea de causa Albam profecti sunt. is monuit ut deorū iudicio permitterent, uirius coloniā dici oporeat. Itaq; præstitera die iussit seorsum quemq; ubi cunq; libuisset considerare, peractisq; legitimis sacris obstruare alites,

alites, & utri felicius coneigerie auspicium, cum
 haberi aurorē coloni.e. cōprobato cōfilio digressi
 iuuenes, ad statuā diem ex pacto affucrūt. Ro-
 mulus tēplum obseruandis alīcibus opeauit Pa-
 lantium, ubi animus erat coloniam condere: Re-
 mus uero Quentinū contiguū, aut ut alijs pla-
 cet, Remuriam. adhibiti sunt uerinq; custodes,
 qui nō sinerent pronūtiari aliud auspiciū quām
 obseruatū apparuerit. ut uero suā quisq; sedem
 cepit, paulo post Romulus prae nimia festinatione
 & inuidia (fortasse deus quoq; huc illi impelle-
 bat) priusquā illum uidisset signum. nūtia frat-
 tri ut celeriter ueniat, iam se priorē uidisse ad-
 dicentes alites. dum nūtij quos doli pudebat, non
 admodū properant, interim Remo scx uulures à
 dextris uolātes oblati sunt: quibus cōspectio ga-
 uisus, breui post à fratris nūtij abductus est Pa-
 lantium. mox ubi illum cōseruit, rogabat ecquod
 prior uidisset auspicium. quo h̄erēte nec habēte
 quod respondeat, interim ei duodecim uulures
 uolantes addixerunt. quibus uisis confirmatus,
 ostendens Remo: *Quid, inquit, queris præterita?*
 en ipse uides has alites. ille indignabundus ne-
 gauit se deceptū cessurum ei colonia. Hinc sedi-
 zio priore maior exoritur, ueroq; priorē se esse
 clam cupiēt, quo uero minus cederet, propalam
 defendantē ius suum. predixerat enim annus eius
 fore coloniam, cui priori meliores oblatæ fuissent
 alites. Ceterum cum idem genus ambobus con-
 spectum

spectum esset, tempore alter precepto, alicr maiore numero aiuum, regnū ad sc trahebat. accendie eorum contentionē vulgus, exorsum pugnam non expectatio ducum imperio. ita certatum est acriter multis utrinq; cadentibus. In hoc prælio quidam aiunt Faustulum aliorē iuuenum, dum frustra conatur litem dirimere, incrīmem se cōieciſſe in medios moris desiderio, uno: iq; sui factum compotem. nec defuit qui effigiem lapideā leonis, dedicati pro rostris in loco Romani fori præcipuo, dicant imposta corpori eius, inuenient eū ſepulcro ubi occubuerat. Cæſo autē in hac pugna Remo, victoriam miserabilē Romulū de fratre ac ciuili cede referēs, defunctum in Remuria ſepelit, ubi etiam uiuus uoluerat urbē condere: ipſe uero præ mœrore ac facti pœnitētia cœpit cogitare de infirēdis ſibimetiſi manibus. Tum Lanrentii que recens natos nacta educauerat, eū hand ſecus quam mater amabat, precibus atq; confolando mouit eum ab hoc proposito. collectis deinde Latiniſis qui pugne ſuperfuerunt, ex priſtino colonorū numero redactis ad paulo plures tribus milibus, Palintio ſpeciem urbis addidit. Hæc mihi uerisimillima de Remi morte uideretur narratio, dicitur tamen ciuiā ſiquid diuerſum ſuper hoc eſt proditū. Aiunt quidā cum ceſſiſſe de principatu Romulo: indignatū deinde qdolo circumuentus ſit, post mœnia cōdicta, illudentē operi dixiſſe: hæc facile qui uis hostis ſuperauerit, ſicne

nunc

nunc ego : simulq; transilisse è uestigio. Celerem autē quendam fabricæ murorū præposuū subiecisse: sed eum hostē facile nostrū aliquis arcuerit: moxq; inflicto in caput ruero exanimasse hominem. Hic fuit exitus fraterni disfidij. Ceterū cum iam nullo impediēt fabrica procederet, Romulus indicta die qua placatis dīs auspicaretur administrationē Rcp. preparatiq; omnibus ad sacrificium & epulū necessarijs, ubi ea dies illuxit, ipse primum sacris operatus, deinde ceteris iūsis idē pro uirili facere, aquilarū ante omnes usus est auspicio : mox piaculi causa iūsie per flamas salire populum. Satis dcinde propitia ratus numina, cōuocatis in destinatū locū omnibus, circumscripsit collem figura quadrangula, continentem sulcum aratro ducētibus sub idem iugum iunctis bubus marc atq; fœmina, in quo fundanda erant mœnia : unde Romanis hic mos circumarandi loca durat in condendis urbibus. Hoc peracto, & bubus mactatis ambobus unā cum multis alijs uictimis, operi populum adhibuit: quē diem, si ullū alium, Romana ciuitas nostro quoq; tēpore singulis annis festum celebrat, uocatq; Parilia, cum incunie uere pro partu quadrupedum agricolæ grati pastoresq; sacra faciunt. Virum uero hunc diem iam anicē festum auspicatum condenda urbi duxerint, an propter urbis initia consecrauerint, deosq; pastorales in eo honorandos sanxerint, affirmare certò non possum.

possum. Hæc sunt quæ quænū potui de Romano-
 rū genere summa cura peruestigani, collecta ex
 Græcorum simul & Romanorum uoluminibus.
 Quapropter ualeat qui Romā barbarorū, fugi-
 tiuorū, & lare carcerium refugiu faciunt, quādo
 satis iam constat Græcā hanc esse urbē commu-
 nem omnibus & humanissimā, cogitando quod
 Arboriginum natio Oenorrīca fuerit, hec uero
 Arcadicā: præterea Pelasgos habitasse cū eis
 relictā Thessalia, qui Argis oriundi uenerunt
 in Italīā: Euandrū item cū alia manu Arca-
 dum eò uenisse, Palantiumq; condidisse accepio
 agro ab Arboriginibus: alios rursum è Pelo-
 ponneso uenisse ductu Herculis, & habitasse in
 Saturnia: postremo Troianos profugos cōmixtos
 prioribus eorū locorum incolis: quibus gentibus
 nulla inueniri potest antiquior aut magis Gra-
 canica. quod uero barbari admixti sunt, per
 quos urbs multa uetera instituta dedidicit, id
 multo post accidit: in qua repuatione merito mi-
 rari possis eā non esse omnino barbarā redditā
 post receptos Opicos, Marsos, Sānices, Heruscos,
 Brutios, Umbros, Ligures, & Hispanorū Gal-
 lorūm q; multa milia, aliasq; insuper gentes in-
 numeras, uel ex Italia uel alijs ex locis conue-
 nas, lingua & moribus dissonas: quos in tanta
 sermonis ac rituū varietate, plerosq; ui contra-
 etos in unū, par est multa de prisca illa & deco-
 ra ciuitatis constitucione innouasse in deterius.

i

siquid

si quidē alij nō pauci sed bus fixis inter barba-
ros, brevi omnē Gracitatem exuerunt, nec uocem
nec instituta Græca retinentes, nec deos colentes
eosdem, nec ius seruantes patrium quo maxime
Græcorum natura differe à barbaris, nullū de-
niq; originis sue uestigium. Id uerum esse satis
declarat Schæi ponti accolē à gente cum pri-
mis Græca oriundi, nunc uerò omnium barba-
rorum efferatissimi. Romani autem sermone nec
prorsus barbaro nec absolute Græco uentur,
sed ex uiroq; mixto, accedēte plerunq; ad pro-
prietatem lingue Attolice, ex commercio tot
admixitorum non omnia recte efferentes uoca-
bula. cetero quacunq; sunt Græci gentris indi-
cia, magis quam ulli alij Græcorum coloni reti-
nente, ue qui non nunc primum uitæ rationem ad
amicitiam appositam aggressi sunt, ex quo bo-
na fortuna affluens honestos mores eos docuit:
neq; dum animum adiecerunt ad transmarinum
imperium deuictis Macedonibus & Carthaginien-
sibus: sed ex quo primum in unam ciuita-
rem contracti sunt more Græco uixerunt, nihil
studiosiores uirtuis nunc quam priscis tempo-
ribus. Id cum innumeris argumentis probare
possum uirorumq; gr. uiuum testimonijs, differe
malo in librum quem scripturus sum de corum
republica. nunc ad narrationis seriem reuertor,
à summaria libri presentis repetitione facturus
sequeneis initium.

DIONYSII ALEXAN-
DRI F. HALICARNASSEN.
*antiquitatum sive Originum
 Romanarum, Liber
 secundus.*

Continet res Romuli & Numæ, tem-
 pus autem à septima Olympi. qua vicit
 Daicles Messenius, priacipe Athenarum Charopo.



R B S Roma sita est in occiden-
 tali tractu Italiæ secundū flu-
 men Tiberim, qui circa medium
 fermè littus habet ostiū abestq;
 ab infero mari C X X stadijs. eā
 renuerunt primi post hominū memoriam barbari
 quidā indigenæ dicti Siculi, multorū etiā aliorū
 Italiæ locorū incole, quorū non pauca nec ob-
 scura monumēta manēt usq; ad nostra cōpora,
 et in his aliquot locorū appellatio Siculicū, pri-
 scæ habitationis nestigii. His pulsis Aborigi-
 nes cū locū occupauere posteri Oenotrorum, qui
 oram Tarentū inter C^r Pessum protensam ha-
 buerunt. hi fuerunt quedā dijs sacrata iuuētus,
 patrio more missa à parentibus ad querendas
 sedes quascūq; fore una ostēderit. Oenotris porrò
 fuit genus Arcadicū, ex ea quæ tūc Lycaonia
 nunc Arcadia est, sponie ad parādos meliores
 agros profectum, coloniæ duce filio Lycaonis

i 2 Ocno

Oenoero, à quo genti nomen inditum. Post occupata loca hcc Aboriginibus primò cū cis cohabitauerunt Pelasgi profugi ex Hæmonia uscunc uocabatur, nunc est Thessalia, in qua sedē aliquandiu habuerat. post hos uero Arcades, digressum ab oppido Palantio Euandrū Mercurij & Themidis nymphæ filium duce coloniae securi: qui domiciliū fixerunt circa unū è vii collibus urbis fermè rotius mediū, ab Arcadiæ patriæ denominatum Palantiū. Non multo deinde post appulso in Italiam Hercule, quando exercitū ex Erythra domum reducebat, relictæ copiarū Græcarum pars quædā prope Palantiū substituit, habitatura alterū collem ex his quos nunc urbs complectitur, qui iunc Saturnius ab indigenis, nunc uero Capitolinus à Romanis datus est. horū bona pars Epei fuerū profecti ab Eliide post deuastatā Herculis armis patriam. Decimasexta autē aetate post bellum Troianū Albani uirūq; locū mœnibus & fossa cōplexū habitare cōperūt: ubi ad id tēporis bubulcorū, opilionum, ceterorumq; pastorū stabula fuerāt, solo abunde suppeditatē copiā cum hiberni cum aestiū pabuli, propter rigantes & refrigerantes id fluios. porro Albani genus mixtum erat è Pelasgis & Arcadibus, Epeisq; Elidensibus, ac postremo post Iliū captum Troianis Aeneā Veneris & Anchisa filium comitatis in Italiā. Horū omnium cōmune nomen fuit Lazini.

rini, deductum à Latino cius regionis principe
 obliteratis singularum gentium prisca appellatio-
 nibus. Ab his gentibus urbs est condita post
 Ilium caput anno CCCCXXII, Olympia-
 de septima. deductores coloniae fuere gemini
 fratres regij generis, Remus & Romulus, mater-
 no sanguine oriundi ab Aenea Dardanide: pa-
 terna pro pago incerta est, Romanis Marie sa-
 tos esse persuasum est non tamen ambo permā-
 serunt autores coloniae, exorta de principatu cō-
 erouersia: sed extincto in pugna alesco superestes
 Romulus fuit urbis conditor, eiq; nomen à se im-
 posuit. ceterum numerus colonorum missorum
 magnus à principio ad paruum redactus est, tria
 milia pedium. CCC. equites. Mænibus igitur
 absoluis, perfectisq; ad præsentem necessitatē
 edibus, cum iam tempus moneret de futura for-
 ma reipublicæ dispergere, Romulus de materni au-
 sententia sic pro concione locutus est. Vrbem à
 se cùm publicis cum priuatis edificijs, ut recens
 conditam, satis ornatam esse, cogitandum tamē
 non in hoc sitam summam reipublicæ. neq; enim
 ample profundæq; fossæ munimentum certam
 incolatris spem polliceri inclusis intus secu-
 ris ciuib;: sed ad hoc tantum conducere, ne op-
 pressis repentino incursu hostis cladem aliquā
 inferat: neq; si intestinus tumulus inuadat rem-
 publicam, priuatas aedes præbere tutum cuiquā
 refugium. haec enim ad uitam quiete actran-
 quille

quille degēdam inuenta esse subsidia, que nihil
 uerent quominus uel uicinis insidiemur per in-
 iuriā, uel ipsi expositi simus aliorum insidias:
 nec ullam urbem huiusmodi ornamētis quæfisse
 sibi diuinam felicitatem & amplitudinem,
 aut contrā sine his non posuisse amplam & for-
 tunatam euadere. Aliud esse quod scruct ciui-
 tates, & è paruis magnas faciat: nimurum in
 extēnis belliis armorum potētiā, quæ fore-
 iudine paretur & assiduo studio: in ciuibus ue-
 rò perturbationibus concordiam ciuium. eam
 iustitia temperantiaq; foueri in republica. c.e-
 terum eos qui in re militari exercitati sint,
 suisq; cupiditatibus temperent, egregie ornare
 suas patrias, esseq; ciuitati pro mœnibus inex-
 pugnabilibus, uitaq; sue tutissima parare do-
 micilia. bellicosos certe ac iustos uiros præbere
 uiuendi formam prudenter eam sequentibus:
 cōtrā molles, auaros, & addictos fœdis cupid-
 itatibus, malis quoq; occupari studiis. Se quidem
 à maioribus rerum peritis accepisse, multas ma-
 gnas colonias & in loca delatas fortunata uil-
 statim seditionibus perditas, uel post nō longam
 moram imperio uicinorum subditas, & pro oc-
 cupatio meliore agro conditionem deteriorem
 accepisse, seruas ex liberis reddicas. rursum alias
 non magno numero & in agros non admodum
 bonos prosceltas, liberas primū, deinde aliarum
 etiam dominas permanuisse. & neq; paucis fe-
 licie

licitatis, neq; multis infortunij causam aliam
fuisse, quam formam reipublicae. Quod si una
quepiam esset apud omnes homines uitæ ratio,
quaæ ciuitates felices faceret, eam facile potuisse
eligi, nunc uarias reperiri eius species cum apud
Græcos cum apud barbaros: sed ab expertis lau-
dari tres potissimum, nullā ramen ab omni par-
te sinceram, quod cuiq; fatale quoddam malum
agnatum adhæreat, quo difficilior sit electio.
Hæc locutus iussit eos re per otium considerata
dicere, num uni rectori, an paucis, parcere ma-
lent. Evidem, inquit, quancūq; recipublicæ for-
mam institueritis, ad eam recipiēdam paratus
sum, nec principatu dignum me existimans, nec
detrectans imperata facere. honorum quibus me
dignati estis, primum declarato me duce colo-
nia. deinde urbi nomine nostro imposito, satis ha-
beo. hos enim neq; externum bellum, neq; seditio
domestica, neq; impetus omnia præclara ab oīcs,
neq; casus ullus auferre mihi poterit, sed cum
uiuis cum defunctis in perpetuum his perfruar.
Hæc cum Romulus à materno avo, ut iam dixi,
accepta memorauit apud populum. Illi commu-
nicato inter se consilio responderunt in hunc mo-
dum. Nobis noua recipublicæ forma non opus est,
nec à maioribus probatam &c per manus tra-
ditam mutabimus, non discessuri à priscorū sen-
tentia, quibus non sine insigni prudentia statue-
re ita placuisse credimus: nec nos eius forme ha-

Et tunc pœnitit, cur enim hanc incusemus, cum
 sub regibus cōtigerint nobis bona, quæ apud ho-
 mines habentur præcipua, libertas & imperiū
 in alios. h.e.c est nostra de republica sententia.
 ceterum honorem eum non alijs magis quam tibi
 conuenire persuasum nobis est, cum ob genus re-
 gium ac uirum, cum uero præcipue quod te au-
 tore deducti sumus in hanc coloniam, multamq;
 in te grauitatem atq; sapientiam animaduer-
 simus, non tam uerbis quam operibus. His au-
 ditis Romulus delectari se quidem ait hominū
 iudicio, quo dignus regno sit habens, non tamen
 assumptionem eum honorem ante, quam deus
 auspicio certo comprobauerit. Quod quoniam
 & illis placuit, præstituta die qua de regno
 alicet consuleres, ubi ea illuxit, sub diuum pro-
 gressus est. ibi stans in loco puro, & rite macta-
 tis uictimis, uota fecit Ioui regi et diis alijs quos
 coloniae duces fecerat, ut si ipsorum uoluntate
 rex urbis furvus sit, signum de cœlo felix ostendere-
 rent. Peractis precibus fulgur à sinistris ad
 dexteram emicuit. habent autem Romani talia
 pro addictorijs, siue ex disciplina Hierusca, siue
 ita cdocti à maioribus, hac ratione ut euidem
 arbiteror, quod sedes sit optima capiendis auspi-
 cij quæ orientem spectet, unde sol & luna sur-
 gunt. stelleq; tam fixæ quam erraticæ, & unde
 mundi motus sumit exordiū, cuius circulari uer-
 sionis cuncta que in eo sunt modo super terram
 exist

existunt, modo sub terra latitantes. porrò qui orientem spectant, septentriones à sinistris habent, à dexteris meridiem. honoratus autem est prius quā posterius. sublimis enim ab aquilonari tractu polus accollitur, circa quem mundus uolnatur, ex è quinq; sphære circulis qui vocatur arcticus. hac parte semper est conspicuus. at ab astrali tractu is qui uocatur antarcticus semper in ea parte delicit. uerisimile est autem inter signa quae de cœlo seruantur ea præcellere, quae fūe in parte optima. Ex quoniā ad orientē uergēria portiorem partem obtinente quam occidentalia, cum in his ipsis celiora sunt australibus aquilonaria, merito habetur optima. Ut uero quidā eradunt, iam cum priscis temporibus ante receperam Heruscam disciplinam Romanorum maiores sinistra fulgura iudicabant felicia. Fertur enim Ascanium Aenea filium, quo tempore obſidione premebatur à Tuscorum rege Mezenio, iam desperatis rebus cruentorum postremo cum lamentis inuocasse Iouem deosq; ceteros uel felix erumpendi signum darent cælius, moxq; sereno cœlo micuisse à sinistris fulgura. quod prælium quoniam felicer cœpit, posthac id signum felix apud posteros habitum. At Romulus confirmatus in regno diuinitus, aduocata cōcione ex indicariis auspiciis, rex declaratur consensu omnium, ex morem instituit in posterum, ne quis nisi auspicaso regnum assumeret

i , mag

magistratūm ue iniret: obseruatūm q; est id apud Romanos longo tempore, non solum sub regibus uerum etiam sublata monarchia in consulūm, prætorum, cæterorūm q; magistratūm comitūs. nostra uero tempore imago tanū quædam huius iuris remaneat religiōis gratia. Candidati enim prodeentes dilucido quasdam processus sub diuō per agūt: cum aliquis ex augurūm collegio fulguris signum à sinistris pronuntiat: etiam si nullum sit. at illi uocis omīne contenti ad sumēdum magistratum abeunt, quidam hoc ipsum rati sufficere quod nullum auspiciūm intercesserit prohibitorū, quidam etiam aduersis auspiciūs: interdum non tam assumunt magistratus quam per uim rapiunt, quamobrē mulii terrestres Romanorū exercitus internecione deleti sunt, multæ classes in mari perierunt unā cum ipsis militib; aliaeq; clades ciuitati acciderunt grauissimæ tum in extēnis bellis tum in ciibilibus, sed maxime insignes nostro tempore, quando Licinius Crassus uir etate sua nemini imperatorū secundus expeditionem fecit contra Parthos aduersis fatis & contemptis quecunq; se reuocabant omnibus innumeris. Verum de religiōis neglectu qui nostrum inuasit seculum, longum esset dicere. Cæterum Romulus dīs hominibusq; fauentibus rex declaratus, & bello dicitur fuisse magnus periclorūm q; contemptor & administranda republiça prudenterius.

mus.

mus. cuius nunc domi ac militiae gesta prosequar, quæcunque memorau digniora sunt. ac primùm de dispositione reipublicæ, quam eisdem omnibus reliquis præulerim, ut paci aequac bello idoneam. ea sic si habuit. in tres partes diuisa uniuersa multitudine, singulis præclarum aliquem virum ducem proposuit. deinde unamquaq; rursum in decem partitus, rotidem fortissimos viros eis præfecit. his curias, illas tribus, vocari volevit, sicut vocantur et hodie. Graci his φράτρας sive λόχοι, illas φύλας sive τείτης dicrent: sicut præfectos alteros phylarchos et triptyarchos, quos Romani tribunos: alteros curijs præpositos phratriarchos et lochagos, quos illi curiones nominant. curias rursum in decurias distributæ sunt, et cuique suus præcerat decurio, ut ipsi nominante. Ita digesto per tribus atque curias populo, agro quoq; in triginta forees aequales diuiso, singulas curias sortiri iussit, exempto prius quaneum in ministerium sacrorum ac templorum sufficeret, et quadam parte que esset iuris publici. atq; hec fuit una diuisio tam virorum quam agrorum, in qua rex summam aequalitatem obseruasse vides est. nunc alteram dicturus sum virorum duxat, que ad subditorum curam, honores, atque dignitates pertinet. Illustres genere et viri celebres opibusq; ut cum forebant tempora abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab

obsecrat

obscuris, egenis, & humilibus. Inferioris fortunae homines plebeios vocavit. hi Grecis sunt δημοσίοις: potiores uero patres, siue quod aetate anteirent alios, siue quod haberent liberos, siue propter nobilitatem generis, siue propter haec omnia, exemplo ut videtur ab Atheniensium rep. sumpto, que florebat illo tempore. hi enim bifariam distributa multitudine, patricios appellabant ex illustribus familijs & pollentes opibus, penes quos fuit ciuitatis regimen: ceteros cines rusticos, quibus nullum erat in Repub. suffragium, liceat tandem hi quoq; ad magistratus gerendos admissi sunt. Sanè qui proxime ueritatem de rebus Romanis scribunt, hanc causam afferunt cur illi niri patres nominari sint, & progenies eorum patricij. Qui autem inuidiose loquuntur de hoc negotio, & urbi generis obscuri calumniam impingunt, non ideo dictos patricios aiunt, sed quod hi soli possent patrem ostendere: quasi cetera turba fugitiuorū fuerit, non ualendum proferre patres ingenuos: & argumento uiuntur hoc, quod quoties patricij conuocarentur a regibus, praeceps quenq; suo ac paterno appellabat nomine: plebeios uero ministri quidam cornibus bubulis coquenteis in concione contrahebant. sed neq; per praeconem euocatio nobilitatis patriciorum argumentum est, neq; buc causa sonus obscuritatis plebeiorū indicium. nam illud honoris, hoc celeritatis est. neq; enim posibile

sibile erat nominarim plebem excire breui tempore. Romulus porrò postquam discreuit potiores ab inferioribus, mox legibus latis præscripsit quid utrisq; faciendū. ut patriciū sacra curarent, magistratus gererent, ius redderent, secū remp. administrarent, res urbanas obsercent: plebejū uero ab his negotijs immunes, quippe qui calium imperii esse nec uacares eis prope inopiam, agros colerent, pccora alerent, exercearent quæstuos: i opificia, ne seditiones orirentur sicut in alijs ciuitatibus, dum humiliores proiruduntur cubito à potentioribus, aut egeni ac uiles excellentioribus inuident. Cōmendauit autē patriciū plebeios, optione cuiq; è uulgo data ut quem uellet patronum sibi legeret: mos sānè Græcus & antiquus, quo diu Thessali usi sunt. & Athenienses prisci, sed cum receptus in melius. illi enim superbe utebantur clientibus, opera eis iniungentes parum decora liberis, & si quando iussa non fecissent intentantes uerbera, & abuentes tanquā empiticūs. hos Athenienses Therias uocabant ob ministeria, Thessali uero penestas, exprobrantes eis fortunam ipso uocabulo. Romulus contr. i & appellatione decora cohonest. uit hoc negotium patronatu nominās euclam pauperum & humiliū, & commoda utrisq; addidit officia, excogitata ciuili & per humana copula. constabat autem ius patronatus officiū huiusmodi, iam inde apud Romanos

manos durantibus. Patronos oporebat clientibus respondere de iure, cuius illi rudes essent, & absentium &que ac presentium curam gerere, facientes quicquid pro filiis parentes solent facere, quod ad pecunias & contractus attinet, & lites pro affectis iniuria clientibus suscipere, si quis praeceperat pacta detrimentum acciperet, & sustinere accusatoris imperium: ut cōpendio dicam, quietem eis, qua maxime opus haberent, parare a priuatis publicis ue negotijs. uicissim clienitum erat patronos iunare elocantes filius si his parum esset pecuniae, & ab hoste captiuos redimere, uel ipsos uel eorum filios: priuatarū quoq; litium perditarum estimatioines & multas publicas pecuniarias pro eis soluere idq; sumptu proprio, non quasi saenoris loco, sed ob rescrendam gratiam: publicorum quoq; impendiiorum que magistratum honorumue causa sunt esse participes non secus quam coniunctos genere. Commune autem utrisq; erat, ne fuis esset alteris accusare alios, aut aduersum dicere testimonium ferrue suffragium, aut censi inter inimicos. quodsi quis deprehensus esset aliquid horum facere, tenebatur lege de proditoribus quam sanxit Romulus: coniunctumq; eius criminis cuius licebat, ut Diti sacrum, interficere mos enim erat Romanis, quos uellet impune occidi, eorum corpora deuouere deo cuiuspiam, praecepue dūs inferis: quod fecit Romulus quia propter per mul

per multas etates permanerunt mutua patro-
norum ac cliencum officia, haud secus quam co-
gnatae necessitudines posteris per manus tradi-
ta: ex maxima laus erat nobilium habere clien-
tes quam plurimos, tam hereditariarum clien-
telarum quam partaru uirute propria: ingensq;
certamen erat utrisq; ne uincerentur mutua gra-
zia ex benevolenia, dum clientes nullum patro-
nis negant ministerium, uicissim patroni nullo
corrumphi possunt pretio ut clientes molestari
sinerent. Tanta illis erat in omni uita temperan-
tia, ex felicitate uirute non fortuna metieban-
tur. Nec tantu in ipsa urbe plebs tutu erat pa-
triorum patrocinio, sed ex coloniarum, ex so-
ciarum ac amicarum ciuitatum, ex bello suba-
ctarum queq; suos habebat patronos quoscumq;
uellet e Romanis ciuibus: ex sapientiis sena-
tus cōrouersias ciuitatu ac gentium ad carum
patronos remisit, eorumq; iudicia rata habuit.
ad eoq; ab his initijs ex autoritate Romuli fir-
ma Romanis coaluit cōcordia, ut per D C X X X.
annos nunquam uentum sit ad cadem ex san-
guine, muleis licet ac magnis inter plebē ex ho-
noratos exortis cōrouersis de republica, ut so-
let fieri in omnibus tam paruis quam magnis ci-
uitatibus: sed paretes ex monētes mutuum, ex
partim cōcedentes, parem impetrātes à uolen-
tibus, per expostulariones ciuiles componebant
negotia. ex quo autem C. Graccus tribunacum
plebis

plebis adeptus perturbauit ciuitatis concordiam,
 sine fine occidunt se munū & ex urbe eiciunt,
 nullum nefas non patentes propter uitioriam.
 Verum de his alias fieri magis opportuna men-
 tio. Ceterum Romulus postquam hæc dispositi, con-
 festim decrevit senatū legere, ut essent quibuscū
 administraret rem publicā, cēcumq; uiros secre-
 uit ex ordine patricio, ratione hac. Ex omni-
 bus unum præcipuum ipse declarauit, cui rerū
 urbanarū regimē cōmitteret, quoties ipse foras
 duceret exercitū. præterea tribū unāquāq; iussit
 eres uiros feligere, qui per etatē maxime sape-
 rent, & genere præcelleret. post hos nouē, man-
 dauit singulis curiis ut è patriciis ternos elige-
 rent maxime idoncos: adiectisq; ad illos nouem
 quos tribus legerant, his x c. promotis curiarū
 suffragijs, & omnibus præficto duce quē ipse
 se creuerat, centenarium expleuit senatorū nu-
 merum. hoc cōsistitorum Græco more senatū ap-
 pellare licet, sicq; usq; in præsens tempus Roma-
 ni uocitant: uerum autē propter etatē in id al-
 lectorum, an propter uirem, non possum certò
 dicere. prisci enim uiros etate ac uirente præ-
 stantes senum appellatione honorabant. qui uer-
 rò cōscrentur in hoc concilio, Patres cōscripti
 nominati sunt, & sic uocantur nūc quoq;: quod
 & ipsum moris est Græcanici. certè reges qui
 hæreditarium principatum sumerent, quos'ue
 populus sibi p̄ se præficeret, consilium habebant
 ex opa

ex optimatibus, ut Homerus & antiquissimi
quiq; poëtarum testantur: neq; ut sit nostro se-
culo, veteres illi reges ex animo sui canum sen-
tentia potestatem exercebat. Si natu deinde ex
centum senioribus constitero, uidens quod iuu-
num quoq; sibi opus esset aliqua manu ad eu-
telam corporis, & quorum in rebus urgenteibus
ueceretur ministerijs, C C C. robustissimos ex no-
bilissimis familij delectos circa se habuit, com-
mendaros curiarū suffragijs quicmadmodū se-
natores anteā, denos per singulas curias. His in
uniuersum fuit nomen, sic ut & nunc, celeres: ue-
pleriq; tradunt à celeritate ministerij iuxta ra-
tionē Romani uocabuli. ut uero Valerius An-
nius auctor est à duce suo, cui nomen id fuerit. in-
signem enim habebant prefectū, cui tres ceneu-
riones suberat, & illis rursum aliij minores pre-
fecturas obtinētes: qui per urbem hastati ipsum
affectabantur, & iussi exequabaniur ministre-
ria. in militia uero antesignani erant & protec-
tores, egregiaq; horum opera existebat in pre-
lijs, quod primi iniirent pugnā, & postremi se
reciperent: equites quidem ubi campus esset ad
equestre certamen accommodus, pedites uero in
aspero solo & equis inuio. hunc morē mihi ui-
detur accepisse à Lacedæmonijs, comperto quod
& apud illos generosissimi quiq; iuuenū erant
in regia custodia, quibus in prelio reges ueban-
tur protectoribus, equestri aq; pedestri pugna-
toreis.

k

idoneis.

idoneis. His cōstitutis honores & potestates in singulos distribuit. Regi quidem eximia munia fuerunt hęc. primum ut sacra curaret atq; sacrificia, per eumq; gereretur quicquid ad placādos deos attinet. deinde ut legum ac morum patriorum haberet custodiām, & iuris sine naturalis, sine quod scripta & pacta continet. utq; de iniurijs gravissimas causas ipse decerneret, leuiores permitteret senatoribus, prouidendo interim nequid peccetur in iudicij. utq; senatum cogeret, populum in cōcionem cōuocaret, primus sententiam dicceret, quod pluribus placuissest ratum haberet, Hęc regi attribuit munia, & præterea summum in bello imperium. Senatus uero dignitatē ac potestatem eam addidit, ut is de quibus à rege ad ipsum referatur, de his decernat & ferat calculum, ita ut semper obtineat plurium sententia: & id quoq; à Laconica repub. de sumptum est. Lacedæmoniorū enim reges non erant sui arbitrij ut quicquid uellent sacerente, sed senatus erat potest. us in negotijs ad rem p. pertinencibus. Plebi autem erat hac commisit, magistratus creare, leges sancire, de bello referente rege decernere, ita etiam ut senatus quoq; in his accedat auctoritas. Ferebat autem suffragia nō uniuersus populus, sed per curias, & quicquid uisum fuisset pluribus curijs, id ad senatum referebatur: qui mos nostra etate mutatus est. nō enim senatus plebis scita, sed plib. senatus.

senatus consulta suo assensu comprobatur. utra
 uero consuetudo sit potior, alijs considerandum
 relinquimus. Distributis in hunc modum mun-
 ijs nō solum ciuiles res moderate ac prudenter
 administrabantur, uerum etiam bellicce obse-
 quenter ac celeriter. Quoniam enim ei uisum fuisset
 expeditionem facere, neq; tribunos opus erat
 eligere per tribus, neq; cencuriones per curias,
 neq; magistros equitum, neq; censem ex delecto
 haberi, ex in suum quenq; ordinem redi-
 gi: sed rex tribunis mandata dabat, illi centurio-
 nibus, hi porro decurionibus, at hi singulis sibi
 subditis. ita ad unum editum uel uniuersus exer-
 citus, uel pars eius aliqua, cum armis instructa in
 praefinito loco aderat. His institutis Romulus ci-
 uitatem bello & que ac paci habilem reddidit: ma-
 gnitudini uero eius ac frequentiae hoc modo con-
 suluit. Primū necessitate acm colonis imposuit eis
 candi quicquid esset masculū, ex & filiabus pri-
 mogenitas: nullam autē prolem nccari permisit
 minorē triennio, nisi si quid mutilum aut alioqui
 prodigiosum in ipso partu esset editum. tales enim
 fœtus exponi à parentibus nō uenit, sed indica-
 zos prius quinq; uiris uicinis proximis, si illis
 quoq; exponēdos esse uisum fuerit. contra hanc
 legem cōmittentium, preter alias mulatas, etiam
 dimidium bonorum addixit aerario. deinde co-
 gnito quod multæ per Italiā urbes uel tyran-
 vide premerentur uel paucorum potestia, mult-

k 2 rosq;

20sq; ea de causa solum uertere, hos modo esse
ingenui, nihil amplius in foreunas eoru inquirēs,
aut quo casu excidissent patria, dcreuit exci-
pere et ad se traducere, auerturus simul Roma-
norum uires, et detimento affecturus finitima
oppida. id quo deceneius fueret, religionem nego-
rio prætexuit. Locum enim capitolium inter et
arcem situm, qui nunc Romana lingua inter
duos lucos dicitur, tunc uero ex re habebat uo-
cabulum, ab ueroq; cliuo condensis sepius arbo-
ribus, fano in hoc incertum cui deo sacrao asy-
lum aperuit supplicibus, pollicitus eò confugien-
tibus impunitatem in honorem numinis, et ad
manendum apud se inuitans oblatu iure ciu-
tatis, parteq; agri adempti hostibus. Tum uero
undiq; confluebatur eò domesticorum malorum
etadio: nec libebat demigrare alio, retinente quo-
tidiana principis comitate ac gratia. His ac-
cessit certum insituum Romuli, quod maxime
Greci generis hominibus exerceri decuit, ut o-
mnium longè præstantissimum, et (ut mea scire
opinio) libertatis Romane fundamentū firmissi-
mum, atq; ad futurum imperium momneum nō
minimum, quo uidelicet puberes omnes in bello
captis urbis necari uenuit, aut sub hasta ue-
nundari, sicut nec agros earum relinqui uoluunt
compascuos: sed in partem agri sorte dividendi
colonos Romanos mitti, nonnullas uero admitti
in ius ciuitatis etiam. His ille atq; huiusmodi
alijs

alijs institutis urbem ex parua magnam redditum, id quod res ipsa indicat. Qui enim una cum illo urbem habuare coepcrunt, non multo plures erant bis mille peditibus, & pauciores trecentis equites: quando autem ex mortalium numero sublatus est, peditum reliquit X L V I. millia, & mille firmè equites. Atq; hæc ipsius instituta cum regni successores seruauerunt, cum post illos magistratus annui, addentes & alia quedam, ita ut Romanorum ciuitas nulli genti uel populosissime numero hominū cederet. Quibus si Græcorum mores conferam, non possum laudare Thebanos & Lacedæmonios, Athenienses' ue opinione sapientie celebres: qui ob retinendam nobilitatem generis uel nullos uel rares in ius ciuitatis admiscebant: ut interim ea ceam morem pellendi hospites, nec ipsorum ianæ conuenienteem, & damnosum ciuitam in rebus plerisq; Spartani certe post acceperam ad Leuctra cladem, amissosq; M D C C. viros, nunquam postea potuerunt ciuitatem suam in integrum restituere, sed turpiter amiserunt imperium. itidem Thcbani atq; Athenienses unico prælio uicti ad Charoncam à Macedonibus, multati sunt libertate simul & principatu Græcia. At Romani Hispanicis atq; Italicis bellis impliciti, & Siciliam cum Sardinia sub suam ditionem retrahentes, nec immunes interim à bellis Græcorum ac Macedonum, Car-

k 3 chagine

shagine rursum affectante imperium. Italia nō solum deficiente ad hostem, sed accersente bellum quod Annibal is ductu gestum est, uno eodemq; tempore tot periculis expositi adeo non succubuerunt aduersis in eo bello casibus, ut uires illorum auct. e sint et iam, militum numero sufficienre ad excipiendos impetus omnium, non ut quidam opinantur fortunae indulgentia. nam quod ad hanc quidem accinet, uel una Cannensis clades ciuitatem eorum opprimere poterat, quando c sex milibus equitum CCC LX x. tan tum superfluerunt reliqui, ex LXX x. milium copys paulo plures quam ter mille manscrue incolumes. Hæc sunt que in hoc uiro suspicio, atq; insuper que mox dicturus sum: quod cum animaduertisset felicitatis rerum publicarum esse causas de quibus uulgo conuenit, sed easdem asequi paucis datum est: primu fauorem numinu quo praesente mortalibus omnia cedunt prospere: deinde temperantiam unde cum iustitia, per quus fuit ut minus se ledant murum, magis consentiant, felicitatemq; non turpi uoluptrate sed honestate metiantur: postremo fortitudinem militarem cuius ope cetera quoq; uirtutes subsistunt: non sponte obuenire horum bonorum quodq; ratius est: sic inuilexit rectis legibus honestorumq; studiorum emulatione, piam etemperantem, iustam, belloq; fortem ciuitarem fieri. his itaq; rebus plurimum cure impendit, a deorum culu

cultu auspiciatus ante omnia. proinde templas
& fana arasq; ac delubra, cum statuas effi-
giesq; eorum & insignia, præterea uircs &
dona quibus de nostro genere bene sunt meriti, se-
sta item quaæ cuiq; dcorum dæmonumque cele-
brari concnit, & sacrificia quibus apud homi-
nes coli expeunt, ad hæc ratiōnes induciarum,
celebritatum, intermixtiorum laborum, cete-
raq; huiusmodi omnia, iuxta optimos quoq;
Græcorum ritus, dispositae. carcerum fabulas à
maioribus de ipsis traditas, probra eorum con-
sentes ac crimina, turpes censuit & inutiles,
ac ne probis quidem uiris dignas ncdum dij sū-
peris: repudiatisq; his omnibus, ad bene ac p̄e-
clare de immortalibus sentiendum loquendumq;
ciucs suos induxit, nihil his affungi passus beatae
illuminare parum cōsentaneum. Neq; enim Cæ-
lius ex seclusa suis liberis apud Romanos tra-
ditur, neq; Saturnus proprios natos duorans,
meruēsuc ne appetatur ipsorum insidijs: non
Iupiter Saturnum patrem regno deiectum inclus-
dens carcere Tartari: ac ne bella quidem &
uulnera aut uincula dcorum scruturēsuc apud
heros homines. Nullum eorum festum atrium
aut lugubre agitur, non planctus habet eb rap-
pros deos, ac lamenta mulierum: qualia sacra
Graci faciunt raptam Proserpinā casuq; Bac-
chi referentia, & id genus alia. ac ne corruptis
quidem his temporibus uideas apud eos arripias.

numine aut furorem corybanticum, non bacchanalia coetusue clangularios aut occulta mysteria non uirorum promiscue cum foeminis peruginilia, non his similia prodigia: sed omnia religiosis fune ac dicuntur que ad deos attinent, praeter morem Græcarū atq; barbararum gentium. Et quod maxime miratus sum, quamvis innumeræ nationes in eam urbem conuenerint, quibus necessitas incubat patrios deos domestico rite colere, nulla tamē peregrina sacra sunt recepta publice, ut sit in multis urbibus: sed etiam si qua oraculorum iussu aliunde introducta sunt, suo more coluntur à ciuibus, abdicatis fabularū miraculis, sicut in matris Idæe sacris sit. Pretores enim quotannis Romano rite uictimas ei cædunt & ludos faciunt: sacerdotio nerò eius funguntur Phryges uir & mulier, eamq; uicarii circumferunt more suo circulatorio, pectora plangentes ad canem tibiarum tympanorumq; sonitum: ingenuus autem Romanus nemo est Mitriacus, nec oberrat ad Phrygios modulos induitus synthesim, neq; ex decreto senatus iniciatur magna matris orgys. Tanta religio est erga ritus exterios, & omnis fastus carens decreto suspectus est. Nemo tamen credat me ignorare fabulas quasdam Græcas esse perules hominibus, quæ uel opera naturæ per allegoriam indicant, uel ad consolationem humatorum casuum excogitate sunt, uel perturbations

tiones ac terrores insanasq; opiniones ex animis
eximunt, uel ad aliam quampiam utilitatem
sunt confusa. equidem noui ista & que ac quiuis
alius, teneor eamen quadam religione, & Ro-
manam magis probo theologiam, reputas quod
in Græcorum fabulis pauca bona insunt, neo
multis prosunt nisi qui scopum earum intelligunt,
que quidem sapientia paucis contigit. Ceterum
uulgaris turba & rudis philosophie tales ser-
mones in decorem pariem accipit, & duplex
hinc capit incommodum, aut deos conueniens
tanquam multis inuolutos inforeunis, aut à nul-
la iniquitate turpitudine abstinent, cum ui-
deat deos quoq; his obnoxios. uerum hæc specu-
latiuam philosophiam ex professo tractantibus
consideranda relinquimus: de constituta uero
per Romulum Repub. etiam illa memorau digna
sunt: primum quod multos addixit diuino cul-
eni. in nulla ceree alia urbe recens condita ostendere posses tot sacerdotes ac sacrificos. nam pœ-
ter gentilia sacerdotia, qui publice pro ciuitate
sacra tribuum & curiatim facerent, L x. illo
regnante designati sunt, ut Terentius Tarro in
Antiquitatibus auctor est, uir etate sua doctissi-
mus. deinde quod cum alijs temere plerunq; ac
inconsiderate sacerdotes eligant, quidam licita-
toribus proponentes hunc honorem, quidam com-
mittentes sortibus, ipse neq; uenalia uoluit esse
sacerdotia, neq; sorti subditæ: sed lege sanxit.

k s ue

ut & singulis curijs legcrenere bini annum egressi
quinquagesimum, qui uirtute ac genere præcel-
lrente ceteros, censumq; sufficienrem haberent,
& integro essenti corpore. his nō ad cereum sem-
pus, sed in omnem uitam cum honorē concessit,
immunibus propter & aīc à militia, & proprie
privilegium exemptis ab urbanis negotijs. Quo-
niā autē quādam sacra per mulieres fieri opor-
tebat, quādam per pueros pairimos maritosq;
ut his quoq; quānum posset consulere, uoluit
uxores cum suis maritis fungi sacerdoio, &
siqua sacra viros obire ueraret mos patrius, ea
relinqui fœminis, in eiusq; ministerij pareē de-
bitam uenire illorum etiam liberos. quod si qui
prole carerent, eis licere optare ex quaq; tribu
puerū puellamq; clegantissimos, alterum mini-
straturum sacris donec pubesceret, alteram tan-
tisper dum pura esset à nuptijs, hoc quoq;, credo,
qui uatus à Græcorū legibus. nam hæ sacrī iſ-
dem operantur, quibus apud Græcos quas illi
uocant Canephoros: idq; faciunt ornatae capita
corollis, qualibus Ephesiae Diana delubra in
Gracia. Quo autem apud Heruscos, & supe-
riore etiam tempore apud Pelasgos in mysterijs cu-
retum & magnorū dcorum ministeria fuerant
penes Cadolos quos uocant, eadem apud Roma-
nos sacerdores penes Camillos fuerunt. Preterea
uarem unum ex quaq; tribu sacris intresse sta-
uit, quem nos īpsoσηπον, ipsi minimum quid-
dans

dam ex appellatione pr̄sca scruentes nominant
aruspicem. De sacerdotibus autē corumq; mi-
nistris legē eulie, eligi eos à suis curijs, quam ele-
ctionem ita di mūn ratam haberi, si cōprobata
fuisse ab auguribus. Deorum cultu sic consti-
tuto, rursum sacra, ut iam dixi, sua cuiq; curia
paritus est, assignatis in singulas dīs & dāmo-
nibus quos perpetuo colerent: sumptusq; in hāc
attribuit ex arario publico. quae q̄morics cele-
brarentur aderant curiae suis uicibus: epulumq;
diebus festis præbebatur curialibus in aula cuiq;
curiae propria: & præter has sacratum est com-
mune quoddā omnibus curijs cœnaculum, qua-
lia Gracis pryeanea sunt. aule quoq; ipse no-
minabantur curiae, quod nomen etiam hodie re-
inent. Hoc institutum mihi uideetur de sumptuſſe
& Lacedæmonijs phiditia sua tum ex more fre-
quentatiibus, quem Lycurgus à Cretensibus mu-
tuatus uideetur magno sue ciuitatis commodo.
nam hoc pacto ciues pacis tēpore ad frugalem
uicem & moderatū uictum instituit: in militia
uerò pudorem eis ingessit, ne quis manipularcm
suum descrereret, eorundem sacroru ac libaminum
participem. Nec in his solum ribus laudāda est
Romuli sapientia, uerum ciam quòd lige sanxie
sacrificia dorum debere eſſe frugalia, quorum
pleraq; ad nostram etatem permanent, tameſi
non omnia prisca ritum obtinente. ipſe certe
spectauit in sacris ædibus cœnas dīs appositas
in men-

in mensis ligneis antiqui operis, pulicemq; in canistris & quadrulis fictilibus, far item & liba fructuumq; quorundam primitias, & huiusmodi caeca exilia paratuq; facilia, omni morosa curiositate carentia: iidem libari uidi non argenteis aureis ue poculis, sed culignis & ampullis et staceis, mulcium delectatus hominum in ritu patrio constata, nihil ex antiquis sacris in hunc nostrum luxum demutatum. Sunt praeterea qua Numa Pompilius Romuli successor memoratu digna instituit, interpres rerum diuinarum excellenteissimus. de quibus dicitur postea, sicut & Tullus Hostilius rex certius, ac deinceps alijs: sed seminaria & initia religionum probatissima debener Romulo. Quin & alia praeclara instituta, per quae Romani felicitatem suam retinuerunt tot seculis, ad illam referenda uidentur, ut autorem legum honestarum & utilium, sine scripto plerarumq;, quarundam etiam scriptarum, quas omnes percensere non opus est: precipuas eantum & admiratione dignissimas, ex quibus aperte coniugere licet de eius uiri in serendis legibus prudentia, quam severus fuerit, & infensus uitius, heroicarumq; uirtutum emulus, paucis indicabimus, illud profaci: omnes eos qui Reipublicae formis constituerunt uel Gracis uel barbaris, uideri animaduertisse recte in genere: quamlibet ciuitate in qua constet ex multis domibus, tantisper frui tranquillitatem, dum priuati homi

homines uiuendi rationem exactam teneant: ediuerso conflictari cum uarijs tempestatibus, si ciues singuli non bene se habeant. proinde oportere eum qui mente sit praeditus ad res administrandas idoneas, siue is legislator sit siue rex, leges ferre quae iustas ac temperatas reddant uitias ciuium. quibus autem studijs legibus tales inuadere possint, non & que omnes intellectisse uideri: sed nonnullos mulcet, immo in eorum ut ira dicam aberrasse in his quae in primis ad legislatoris curam pertinent. mox enim de nuptijs agentees ex coniunctu cum foeminis, unde incipiendum est, quemadmodum ex natura uitas nostras auspiciatur à coniunctione sexuum: alijs sumpto exemplo à bestijs, uagos & promiscuos permiserunt concubitus, quasi hoc pacto uitam liberaliuri à furoribus amatorij, cædibusq; mutuis è zelotypia prouenientibus, alijsq; malis plurimis. que uel priuatas familijs uel ciuitates totas propter mulieres solent inuadere: alijs beluinam hanc ex agrestem uenerem profligantes è ciuitate, uirū copulauerunt mulieri unicæ de conseruando uero coniugio, & de uxorum pudicitia neq; magnum quid neq; paruum prescripserunt legibus, libenter abstinentes à negotio difficultimo. alijs neq; licentiam indulserunt rebus uenereis, ut quidam barbari, neq; uxores incustoditas reliquerunt, ut Zacedamonij: sed multas leges imposuerunt conseruatrices earum modest

modestie: nec defuerunt qui magistratus constituerent, penes quos esse cura honestatis mulierum: non tamen per eos satis prospectum est huic negotio, sed leuius quam ut cohiberi possit natura pronior ad nequitiam. Si Romulus neque marito contra uxorem actione concessa stupraram aut domo profugam, neque nuptae contra virorum male tractationis aut destitucionis iniuste, neque de doce reddenda recipienda ullis laris legibus, aut alijs id genus negotijs, unica tantum efficaci ad haec omnia ut res ipsa ostendit, constitutione rededit uxores ad deceniem modestiam. ea fuit talis: mulierem nupram, que iuxta sacras leges conuenisset cum viro, ei participem esse possessionum & sacrorum omnium. nominabane autem prisci Romani sacras nuprias vocabulo suo farracia: quia conjuges uescerentur eodem farre, quod nos Greci zeam dicimus. & quemadmodum nostri homines antiquissimam hordeaceam frugem rati, hordeo quod molam salsam uocant, hostias initiant: ita Romani quodvis sacrificium igne adolendum respurgunt farre, quippe qui hoc genus antiquissimum existimat & honoratissimum. manet enim is mos hodieque, nec quicquam est additum ad frugaliatem pristinam. Haec sane inter virum & uxorem communio primi & sacri quondam habiti cibi, atque fortunae quamvis optime, à communii farre nomen inuenit, uinculum efficiens insolubile:

bile : nec ulla res eale coniugium dirimere poterat. Ita lex hæc mulieres nupias , non habentes quò se uertant alio , cogebat unius mariti se attempare moribus : uiros item sic habere mulieres, ut rem necessariam, nulloq; diuellendam tem pore. *Vxor enim pudica* & marito semper obseques aequæ ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona succedebat heres sicut parentis filia : ex aſſe quidem si is liberis carens ac interitus decederet : quod si prole haberet, ex aqua cum liberis. Si autem aliquid peccasse poenam luebat ex mariti leſi arbitrio. de huiusmodi criminibus cognati cum ipso cognoscebat, in quibus erat uolata pudicitia, & quod apud Graecos uidetur leuissimum , si deprehensa esset uinum bibisse mulicr. nam uirunq; damnauit Romulus, ut errorum muliebrium maximum, ratus è stupro nasci insolentiam , stuprum è uinolentia : longoq; tempore crimen uirunq; apud Romanos iram increbatur implacabilem , comprobantibus ligis equitatem tot ſculis. Constat enim per D X X. annos Romæ nullum accidisse diuoreium. Septima demum ſupra centesimam & trigesimam Olympiade , M. Pomponio , C. Papyrio C O S S. primus dicitur uxorem repudiasse Sp. Caruilius, uir non obscurus , coactus à censoribus iurare , liberorum cauſa ſe coniugem dimittere : erat enim ſterilis : qui tamen ob hoc factum, quamvis neceſſarium, in perpetuum exofus

exosus fuit populo. Atq; hę sunt leges in quibus ferendis Romulus honestatis mulierum rationem habuit. quę autem ad reuerentiam et aequitatem liberorū attinent, ut colant parentes perficiendo iussa illorū omnia, plus habent gravitatis, et nostrorum hominum leges longe superant. Nam qui formas uiuendi Gracis condiderūt ciutaribus, certum quoddam tempus admodum breve prescriverunt quo liberi patribus essent subditi, quidam ad annum puberitatis tertium, quidam tantisper dum illi c. el bes manserint, nonnulli donec publice inter viros ascripti fuerint, quemadmodum ē Solonis, Pittaci, Charondaq; legibus acceperant, quorum magna celebratur sapientia: poenas etiam in contumaces filios statuerunt non graues, permetentes patribus eos exhaeredare domōue pellere, praeterea nihil: quę non sufficiunt ad compescendam iuuenturis uasaniā moresq; præfractos, neq; contemptores honestatis leui brachio possunt ad modestiam redigi. quapropter apud Gracos sepe indecora multa in parentes committunt liberi. Romanorum autem legislator omnem ut ita dicam potestatem patri dedit in filium, idq; rato uite tempore, siue in carcerem eum mittere, siue flagris cädere, siue uinculum ablegare ad rustica opera, siue necare libeat, etiam si filius tractet Rempub. etiam si magistratus gerat maximos, etiam si liberalitas laudem publice sit promer

promeritus. certe iuxta hanc legem uiri illustres
 pro rostris sauente plebe concionares in scaenis
 inuidiam, frumentosq; auris popularibus, deera-
 eti è suggesto per parentes abducti sunt, poenam
 daturi ex ipsorum sententia: quos dum per fo-
 rum ducerentur, nemo adstantium eripere po-
 terat, non consul, non tribunus, non ipsa turba
 cui cum adulabatur, licet omnem potestatem
 sua minorem existimans. et aeo nunc quo uiri
 fortes necati sine à patribus, nimio uireuis ar-
 dore prouecti ad patrandum aliquid præter
 ipsorum mandatum: sicut de Manlio Torquato
 alijsq; multis traditur, de quibus suo dicimus
 tempore. Nec contentus hanc potestatem pa-
 rentibus dedisse legislator Romanus, permisit
 etiam uendere filium, nil deterritus crudelitatis
 specie, quod res grauior uideri posset quam pro
 affectu domestico. quodq; maxime quis miretur
 in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus,
 quasi durum & tyrannicū, hoc quoq; patri con-
 cessit, licere illi terna filij uenditione pecuniam
 querere, maiorem largitus potestatem patri in
 filium, quā hero in mancipium. seruus enim se-
 mel uenditus, deinde libertatem adeptus, in po-
 sterum sui iuris est. filius uero à pare uenditus, si
 liber fieret, rursum sub patris potestatem redige-
 batur. iterū quoq; uenundatus & liberatus, ser-
 uus ne antè patris reddibatur. post tertiam de-
 mutationem uenditionē eximebasur è patris potestate.
I
banc

hanc legem primi illi reges obseruabant, incertum scripte amne an sine scriptio proditā, habentes pro omnium firmissima. post sublatam uero monarchiam, cū primū uisum est Romanis patrios mores legesq; omnes unā cū asciticis in foro proponere uniuersis ciuibus, ne ius publicum mutaretur cum potestate magistratum, decemuiri qui à populo acceperant potestatē colligendarum legū & conscribendarū, hanc quoq; reculerunt inter caseras: exstatq; in quarta ex his quas uocant duodecim tabulas, in foro publicas illo tempore. quod autem nō decemuiri, trecentesimo post anno scribendis ligibus creati, primi Romanis hanc legem introduxerint, sed iamdudum receptam non ausi sunt tollere, praeer alias multas coniecturas maxima est ē legibus Nam & Pompilij successoris Romali, ubi scriptū habetur sic: Si pater filio concesserit uxori duccere, futuram sacrorum ac honorū iuxta leges participantem, patri post hac nullum ius cōflio uendendi filium, quod ille non scripsisset, nisi ante ius fuisset patri uendendi filios. sed de his haetenus. nunc libet aliam eius ordinationem summarim percurrere, qua plebeiorum hominum consuluie. Considerans enim ciuiles coetus ad uite sobrietatem, & maiorem equitatis quam lucri habendam rationem, perdurandumq; in laboribus, & uiriutem rebus omnibus preferendam, non tam facile uerborum doctrina duci, quod

quòd pleriq; sine interactabiles, quàm operum
consuetudine ad uirtutem cōfreniū, cogiq; hos
quàm persuaderi citius, ni cohicantur facile
relapsuros ad ingenium, sellularias quidcm ac
sordidias & turpibus cupiditatibus subseruien-
tes artes, ut corporibus atq; animis tractantū
nori.us, seruis & exteris exercendas tradidit:
longoq; tempore pudori fucrune Romanis opera
talia, omnibus ingenuis pertinaciter abstincti-
bus. duo uero rātum illis reliquit studia, rei mi-
litaris ac rusticæ, quippe qui uidet hæc uita
genera uentri & illicie ueneri minus obnoxia,
lucraq; sectari non ex iniurijs mutuis, sed ex ho-
stium manubijs. ratus autem uerunq; absq; al-
tero imperfctum esse ac querulum, non alijs co-
lendas erras aterribuit, alijs diripiendas abigen-
dasq; res hostium, ut mos fuit apud Lacedamo-
nios: sed ysdem tam bellica quam rusticæ iniun-
xit munia: in pæc omnes assuefaciens ruri de-
gentes incumbere operi, nisi si quando mercatu-
opus haberent: cum uero in urbem conuenientes
uersari in foro, nona quaq; dic assignata nun-
dinis: tempore autē belli militare docens, & cer-
eātim lucris simul instare ac laboribus. uictori-
bus enim equaliter diuidibat agrum ademptū
hostibus, pariterq; mancipia & pecunias, quo
libenterius expeditiones susciperet. De iniurijs au-
tem quibus inter se alijs alios afficerent, sine di-
latione decernebat, partim per se ipse, partim

l 2 per

per alios : poenasq; infligbat pro modo crimini-
num. cumq; cerneret homines timore maxime
cohiberi à maleficijs , multa in eum usum para-
uit , tribunal in loco fori conspicuo , satellitij
ccc militum terribilem faciem, uirgas ac secu-
res praelatas à duodecim lictoribus , qui flagra
meritos uerberabant in foro, grauium uero cri-
minum damnatos capite plecebant in conspe-
ctu omniū. Hac fuit ratio iniuste Romulo rei-
publica: ex his enim de reliquis coniecturam li-
cet sumere. Res porrò uiri bello contra diuersos
populos geste, haec fermè eraduntur à scriptori-
bus. cum multæ ac ualidæ gentes Romanis essent
finitimæ, amica nulla, uolens eas conciliare sibi
per connubia , qui mos contrahendæ societatis
antiquis habebatur firmissimus: congransq;
alias ciuitates aspernaturas nouos cōuenias, nec
opibus potentes, nec rebus gestis nobiles, nullam
damen ex aduerso contentionem fore, si uim ex-
cusaret necessitas: ex consensu Numitoris au-
sui cepit consilium, raptus non paucis simul uir-
ginibus connubium querere. que sententia post-
quam placuit, pri nūm Conso dco consiliorum
occultorum præsidi nouit, si conatus succederet,
solemne festum ac sacrificium: deinde re cum se-
maru communicata, illis quoq; comprobantibus,
indixit celebritatem festumq; Neptuno diem, di-
uisis circum finitimas urbes qui inuitarent ad
conuentum et cercamina, que tunc instarent
curat

cum uirorum cum equorum uaria. Facto dein-
 de ad eam celebritatem confluxu plurimorum
 hospitum cum uxoribus simul & liberis, pera-
 Elisq; sacris Neptuni & certaminibus, extre-
 ma ludorum die cum iam soluenda esset celebri-
 tas mandat iuuenibus, dato signo rapiane uir-
 gines quæ spectatum uenerant, quam cuiq; fors
 obulerit, seruentq; castas illam noctem, postri-
 die uero ad se adducant. cum iuuenes ceterue-
 sim diuisi, ubi quod conuenerat signum elatum
 uiderunt, discurrunt ad rapicendas uirgines, ma-
 gno tumultu ac uociferatione hospitum, maius
 aliquod malum suspicantium. Sequenti uero lu-
 ce adductarum uirginum mœstitia deiectos ani-
 mos Romulus consolatus est, rapinam eam non
 ad iniuriam spectare sed ad coniugium dictans,
 docensq; morem hunc Græcorum esse antiquissimum,
 & qui maximum decus affrat experitiis ad nuptias mulieribus. proinde darent ani-
 mos maritis, quibus fors dedisset corpora. Post
 hæc comperto puellarum sexcentarum octua-
 ginta trium numero delegit totidem uiros cali-
 bes, quibus eas in matrimonium dedit riuu cu-
 iusq; pario, ignis & aque societatem inter con-
 iuges pœtus, qui mos durat usq; nostra tem-
 ra. Hac facta quidam scribunt anno primo re-
 gni Romuli, Cn. Gellius quarum fuisse eum au-
 tor est, quod est uerisimilius. Noua enim colo-
 nia deductorem pondum constituta republica

l 3 ianc

tantum facinus esse aggressum, non uideatur rationi consentaneum. rapine quoq; causam aliquum
 mulierum inopiam fuisse tradunt: sunt qui belli
 occasionem sic quæsiam existiment, qui autem
 maxime probabilia scribunt, ad quorū ipse ac-
 cedo sententiam, diuīt hac necessitudine quæsi-
 tam societatem finitimarum urbium. Ceterum
 festum quod eum consecravit Romulus, etiam no-
 stra aīate romani agitant nomine Consualium,
 in quo ara subterranea, sua prope circum ma-
 ximum, refossa terra sacrificijs honoratur ex li-
 bamibus, ex equorum ac quadrigarum com-
 mictuīt certanīa. Deus autem in cuius ho-
 norē ista fiue, Consus à Romanis uocatur,
 quem quidam nostra lingua interpretātur Ne-
 peuniam οειοίχθονα, ideoq; aram ei sacratam
 subterraneā, quod hic deus terram habeat. Ego
 uero ex aliam rationē festi Neptuno dicati au-
 dire memini, sicut ex cursus eorum: aram ue-
 ro subterraneam postea posuit genio cuidam
 cuius nomen proferriri nefas sit, occulitorum consi-
 lorum scruatori ac presidi. Neptuno enim oc-
 culatam aram nusquam terrarum sacratā esse
 nec apud Græcos nec apud barbaros. quid au-
 tem sic uerius pronuntiare non est facile. Ut ue-
 ro de rapto ac nuptijs uirginum fama per fini-
 timas urbes diuulgata est, alias indignatio,
 alias non malo animo id esse factum reputatio
 subiit. res tandem erupit in bellum multiplex,
 prag

prægrauante Sabino inter alia: quorum omnium
felix fuit finis sicut iam anè uates prædixerat.
laboris quidem ac periculorum fore plurimum,
sed late exitus. Prime autem ei bellum intulerunt
Cænina, Antemna, & Crustumium, prætexen-
tes ultiōnem raparum uirginū, sed re uera mo-
leste ferentes crescentem paulatim rem Romanā
in immensum, nec conniuendum rate dum acco-
larum omnium malo uires colligeret. itaq; con-
uenerunt harum legationes ad Sabinos, postu-
lantes geri bellum ductu illorum & auspicijs,
eo quod gens esset opulenta & præualida, primi-
cipacumq; inter uicinos obtinebat, nec minus alijs
affecta iniuria. nam illorum plurime uirgines
raptae fuerant. Sed cum nihil proficerent, resi-
stenteibus legatis Romuli, & gentis fauorem uer-
bis factisq; ambientibus, Sabinisq; consilia belli
procrastinantibus continua, pericla morarum
decreuerunt suis opibus bellum cum Romanis ge-
rere, satis uirium sibi rate in unum collatis triū
ciuitatum copijs ad unam non magnam urbem
expugnādam Sed quominus in unis castris uise-
sint ut decruerant, Cæninium fecit festinatio,
qui autores inferendi belli fuere præcipui. his
irruptione facta Romanum agrum populanci-
bus occurrens cum exercitu Romulus, ex impro-
viso hostem aggreditur imparatum, castris uix-
dum permunitis ui potitur: refagientiumq; etergo
hærens, priusquam oppidani cladem suorum ca-

l 4 gnof

cognosceret nactus incustodita mœnia portasq;
 patenses, urbem primo capie imperio: regē ipsum
 cum ualido globo iuuenum obuium manu sua
 conficit ac spoliat. Cenina hoc modo capta ar-
 mis ademptis, imperatisq; obsidibus, in An-
 ecnates mouit: ex horum quoq; copias palan-
 ees ac prædis etiam cum intentas, nec opinantes
 adoratus, sicut priores fudit fugauitq; ex eodem
 modo usus uictoria domum reduxit exercitum.
 spolia hostibus in prælio deiracta præferens, uo-
 tiuasq; manubiarum primicias, ex diis destina-
 ras uictimas. ipse pompa extremitus cludebat
 induitus purpuram, ex coronatus laurea qua-
 drigisq; inuenitus quo augustiorem se faceret.
 reliquæ peditum equitumq; copiæ ornatae ac in-
 structæ incedebant canentes deos patrios, ex du-
 cem uenerantes incondito carmine, effusa obuiā
 ciuitatee graculabunda cum uxoribus ex liberis
 ueroq; uie latere, summaq; comitare excipiente
 uictorem exercitum. ut uero in urbem ueturum est,
 præsto erat cratera uino plena, ex mensa instru-
 etæ cibis uarijs ante illustrium uirorum ædes
 propositæ ad fruendum quibuslibet. atque hac
 fuit uictorialis ac sacra pompa quam Romani
 triumphum nominant, iunc primum instituta
 Romulo: nostra uero hac tempestate magno
 luxu agitur ex fastu quodam tragicò, non tam
 ad uirtutis opinionem quam ad ostentationem
 diuinarum, repudiata omni frugalitate prisli-
 na.

na. Traducta pompa & re diuina perfecta, Romulus in Capitoline uertice ioui Fereerio templi spacium designauit non magnum: adhuc enim seruatur uetus eius uestigium uix quindecim pedum longitudine: quo inferre opima de Cæninenſium rege spolia. Fereerium autem Iouem siue quis noſtrum τρωαῦ χορ αὐτ συνλεφόρευ ut quibusdam placet uocauerit, siue quod complexus uniuersam naturam ac motū superior feratur ὑπόρθρετην, nequaquam à uero aberrauerit. Post redditas dijs uotiuas uictimas spoliorūq; ac prædae primicias, rex ante omnia reuulit ad ſinatum de capis urbibus quid statuendum censeant, ipſeq; primus qua cum optima uidebatur ſententiam protulit: cumq; qui aderant probarent principis consilium, ut eum ſimul & magnificum, nec in praefens modo, ſed in posterum quoq; utile, perpeiuam inde ſibi parauit opinionem prudentia. Nam coneractis in unum quoquoe rapte fuerant Aeneanatū & Cæninenſium generis, ut uidit prouolutas ſibi ad genua, lamentantes deflentesq; forenam patrie, desinere ac filere iussas ſic affatus eſt. Quāuis paires uestri & fratribus totaq; ciuitates extrema mereantur omnia, ut qui amicitiam noſtram aspernati bellum maluerunt nec honestum nec necessarium, nos tamen multa mouente ad consulendum de illis moderatius, respectu indignationis deorum quibus iniuisa eſt omnis

l s sup

superbia, & metus hominum inuidiae, & quod
 misericordiam credamus non parum conferre
 miserijs mortalium, quam & ipsi uellemus in
 nostra necessitate imperatam ab alijs: uobis
 quoq; de quibus hactenus nulla maritoru quer-
 rela existit, hunc honorem habendum censemus
 & gratiam. Itaq; hoc crux cum eos impune fer-
 re sinimus, non libere are non agris alijs ue bonis
 uestris ciues multamus. qui uolent, his manere
 illuc permittimus: qui malent huc transferre pe-
 nates, eutò id poterunt, pollicemurq; fore ut nun-
 quam eos paeniteat mutari domiciliij. Ne autem
 posthac in idē relabantur peccati, amicitiamq;
 nostram ulli de causa deserant, remedium erit
 opinor efficacissimum, si fecerimus eas Romanas
 colonias, & eò colonos hinc miscerimus quantū
 sat erit. Ita igitur bono animo, & maritos iam
 duplii honore ac caritate complectimini, per
 quos tam parentibus uestris quam fratribus &
 patrijs liberas manet ac incolumentas. His au-
 ditis latē mulieres manebitis præ gaudio la-
 crymis è foro abeuntes. Romulus ueroq; trecentos
 misit colonos, quibus agrorum tertia pars sorte
 obiigit: ipsos Ceninenses atq; Antennates,
 quoique uoluerunt, ad habitandum Romanam
 sumā cum familijs transtulit, nec agris multatos
 nec pecunijs: eosq; mox in tribus & curias ad-
 scripsit, nō pauciores tribus milibus, ita ut cum
 primum pedum Romanorum censeretur in
 uniu

uniuersum sex milia. Erant Cenina & An-
temna urbes à Grecis oriundae non ignobiles.
eas enim sicutis ademptas tenebant Aborigi-
nes, Ocnororum pars prosectorum ex Arca-
dia, ut anè dictum est. post hoc autem bellum
colonie Romanae factæ sunt. His consecutis rex
contra Crustuminos paratores hostes educit
exercitum. eos acie uictos, expugnatisq; mœni-
bus, quamvis repugnassent foriter, nihilo ira-
etauit durius: sed hanc quoque urbem, sicut
priorē, Romanorum fecit coloniam. erat Cru-
stumism ab Albanis mulcis seculis anè quam
Roma conditum. Volante per urbes fama bel-
licæ Romuli fortitudinis, ac erga uictos clemen-
tiae, & multi uiri fortes cum ualida manus do-
mesticorum commigrarunt ad regem, à quo
rum uno Cælio nomine mons quidam intra ur-
bem Cælius hodieq; dicitur: & populi integræ
committebant se eius fidei, exemplo à Me-
dullinis orto, Romaq; colonias assumperunt.
hos successus agre cerebante Sabini, reuidentes
culpam alius in alium, quod imperij Romani
non obstatissent principijs, iamq; cum egregijs
uiribus aucto habituri essent negotiorum. qua-
propter uisum est priorem negligentiam ualida
exercitu immisso corrigere: moxq; indictio Cu-
res, id gentis caput erat, concilio, communis suf-
fragio bellum decernunt, ductu & auspicijs re-
gis T. Tatij: arque ita soluo conuenientiam suam
quis

quisq; domū reuersi, oppidatim bellum parabār.
 uere in eunte magnis copijs Romam pceituri. In-
 terea Romulus contra hostem bellicosum quam
 diligentissime se præmuniens, palatinos muros
 altiores faciens prouidebat eustela ciuium, Ca-
 piolimum quoq; ac Aventinum (ut nunc uo-
 cane) colles fossa et uallo firmo complexus, no-
 eturnum pastoribus et agricolis receperaculū,
 viriq; imposito idoneo praesidio, quod cum alijs
 quoq; locis opponenit factum est. auxilium erit
 ualidum adduxit è Solonio Heerusca urbe Zu-
 cumo uir strenuus et bello clarus, nuper receperus
 in amicitiam: et ab Albanis aut iussu uene-
 runt multi tam milites quam operarij machi-
 narumq; opifices. nec deerat frumenti, armorū,
 et huiusmodi rerum copia. Ita paratis ad cer-
 tamen uerisq;, primo uere Sabinis priusquam
 exercitum educerent. placuit legatos ad hostem
 ante omnia mittere qui rapeas fœminas repe-
 ranti, raptoresq; depositant ad suppliciū, ut æquū
 postulantes et repulsam passi uiderentur nec es-
 sarium bellum suscipere: caduceatoresq; in hoc
 missi sunt. Romulus contrà censebat sine das mu-
 tieres. quādoquidem id non inuiae facerent, cū
 maritis degere. quod si qua alia re opus ha-
 beant, acciperent tanquam ab amicis, nec bello
 se lacererent. hostes uero his cōditionibus con-
 ceptis eduxerunt copias, uigintiquinq; millia
 pedium, equites penè mille. Romania non multo
 minor

minor fuit exercitus, uiginti millia peditum,
octingenti equites: castraq; duobus locis ante ur-
bem munierat, altera in Esquilino colle, ubi erat
ipse Romulus, altera in Quirinali nondum id no-
men sortito, quibus praerat Hetruscus Lucumo.
At Sabinorum rex Tatius postquam cogno-
uit apparatus hostium, noctu excitas copias dis-
cebat sine damno agrestium, et ante solis oreū
medio Quirinalem inter et Capitolium campo
castra posuit: cumq; uidetur omnia teneri firmis
hostium præsidüs, sibi uero nullum tutum locum
relicuum, herebat inops consilijs, ratus fore ut fru-
stra tempus ibi rereret. sed animi perplexo for-
tuna inopinata uiam expedit, munitione opti-
ma in eius potestatem redacta in hunc modum.
Oberrantes pedem Capitoliū Sabinos specula-
bundo s siqua is collis ui furto'ue occupari pos-
set, è sublimi contemplabatur uirgo quedam,
uiri nobilis præsidio præfecti filia, Tarpeia no-
mine. hanc, ut Fabius et Cincius produnt, cu-
pido cepit anulorum et armillarum quis illi
gestabant in sinistris brachijs: gaudebant enim
tunc Sabini, non minus quam Hetrusci, molli uictu
ac cultu, et ornamentiis aureis: uel, ut L. Piso
uir censorius scribit, uolbat præclaro facinore
nudatos scutis hostes ciuibus suis obijcere.
Virius autem uerior sit opinio, ex procedente
narratione licetur coniecturam sumere. Ergo
ancilla per occultum posticulum emissā, petit à
regis.

rege Sabinorum ut sine arbitris in colloquium suum ueniat auditurus de serijs negotijs & necessarijs. cumq; Tatius spe prodictionis arripuisse oblatam occasionem, uirgo quam poruit latenter occurrens in conditum locum progresso, ait patrem suum noctu ex arce propter necessitatem quandam proficuum penes se claves portarum assidue andas reliquisse: paratamq; se munimentum noctu uenientibus tradere, mercede prodictionis accepta quicquid Sabini gestarene sinistris brachijs. quod ubi probatum est Tatio, pactorum fide cum sacramento data uicissim & accepta, locoq; Sabini praefinito munitione, & nocturna uenienti hora, qua putabat remissiores excubias, clam in arcem reuocatur. Hactenus inter scriptores Romanos conuenie, in sequentibus discrepant. Piso censorius, cuius supra memini, nuntium narrat à Tarpeia noctu ex arce missum, Romulo indicaturum quid puerilla cum Sabini pacta sit, & quod à deceptis conditionum ambiguo petitura sit arma quibus se protegerent. proinde mitteret noctu in arcem manū aliam, hostes ex armatos cū suo duce oppressuram facile. eum nuntium transfugisse ad regē Sabinorū, & deculisse Tarpeiae cōsilia. Fabius autē & Cincius nihil talc, sed aiunt seruasse puerillam quod de prodictione pacta est. ac rursum quae sequitur uno cōsensu traduntur ab auctoribus. niunt enim adueniente rege Sabinorum

norum cū exercitus robore iuxta promissa Tarpeia aperiam hosti præfinitā portulam, simulq; ab ea loci custodes exciros, ut quanto cyus se per auersam portam proriperent ignotam hostibus, qui iam arcem occupatam teneant. quibus elapsis Sabinos per apertam portam ingressos arcē desertam occupasse: ac mox Tarpeia, ut quæ fidem paceti pro parte sua soluisse, mercedem obvulisse sacramento debitā. Hic rursum Piso quidem ait, Sabiniis paratis aureas armillas puerile tradere, Tarpeiam non ornamenta sed scuta postulasse ab eis. Tatio uero simul doli causa indignationem, simul non uiolandæ religionis cogitationē obvertam. tandem ei uisum, tradenda quidem arma puellæ ut postulauerat, sed ita ne acceptis uti posset. ac mox rotis uiribus iecisse scutum in uirginem, cæcrosq; iussos idem facere. ita petitam undiq; Tarpeiam uicem multitudine infectorum sibi scutorum consecutam esse ac obrutam. Fabius autem dolum uiolati paceti ad Sabinos retulit. pro auro enim quod Tarpeia debebant ex pacto, indignatos mercedis magnitudinem scuta in eam coiecssisse, quasi hac se dauros iurauerint. Sed quod necem eius secutū est, Pisonis sententiæ ueritatē astruit. nam et sepulcri honore dignata est ubi cecidit in colle urbis sacratissimo, et solennes ei Romani reddunt inferius, ut Piso in literas retulit: quorum neutrū consecuiuram suisse credimus uel à proditis uel ab in

ab intersectoribus, si occubuisse patriæ proditrix: immo si quæ superfuissent ossium eius reliquæ, refosse tandem ac disiectæ fuissent, ut hoc exemplum alios à tali facinore deterreret in posterum. Sed de his quisq; ut uoleat iudicicer. Cæterum Tatius & Sabini arce munitissima & Romanorum apparatus bona parte sine labore potiti iam in euo bellum trahebant. itaq; collatis castris multæ per occasionem alteruerius partis uelitationes fiebant, magis uirtutis experientio quam quod in totius belli euentum asserrent momenti aliquid. bis deinde in acie cruentò sed æquo mare certatum est, quando pertensis morarum utrisq; placuit totis uiribus decernere: productiq; à peritisimis ducibus in mediæ castrorū planiciem exercitatissimi milites mira edebant facinora, aleernis facientes & excipientes impetum. interimstantes in munitionibus sublimes spectatores ancipitis certaminis & nunc huc nunc illuc inclinantis uictoriæ, rem firtiter gerentibus suis militari acclamatione accendebat animos: fessos uero & cedentes gemitu ac precibus reuocantes in prælium, non sinabant uirtutem prorsus abydere: atq; ita utriq; supra uires durabant in periculis. tandem exacto die per pugnam dubiam, superuenienteibusq; tenebris, utriq; in sua castra non inuiti se receperunt. Postero die sepulis cadaveribus, curauit sancijs, integrorum copijs supplenis, quo-niam

niam libuit instaurare prælum, codem quo pri-
die loco congresi usq; ad noctem pugnauerunt,
Romanis in utroq; cornu egregie uincenribus.
præerat autem in dextro ipse Romulus, in sini-
stro Hetruscus Lucumo. medium Sabinorum
aciem unus sustentabat Metius Curtius, qui so-
lus in causa fuit ne uincenribus cedrente, robu-
stus vir. manuq; promptus, & ob periculorum
contempnum laudatissimus. hic medium aciem
curare iussus reiecit sibi appositos. cumq; uelle
etiam cornua Sabinorum laborantia iam pe-
demq; referentia restituere in integrum, cohor-
taus suos instabat hosti fugienti & perenti por-
tas turbatis ordibus, ita ut Romulum coactio
semiperfectam uictoriā relinquere, contra ui-
etricem hostium parem auerteret. sic Sabini
hac parte levatis tanto aduersario, rursum pu-
gna aquata est, & in Curtianos auersus totus
impetus. quem Sabini excipientes acriter resi-
terunt aliquandiu: dein ex aduerso confluentis
bus impares, sensim pedem referebant in castra,
extremum agmen tutante Metio, ne fuga or-
dines confunderet. is enim resistebat inuenitenei se
Romulo. unde inter ipsos duces egregium certa-
men commissum est. sed cum iam ex anguis re-
lisq; confixus Curtius paulatim retrocederet, in
paludem cœnosam detatus est: quam cum nec
deuitare cinctus hostibus posset, nec iraçere
pre aqua in limo stagnante, armatus in eam

m

seſe

fūse coniccit. Romulus superuacuum ratus per
 paludem persequit periurum in uoragine, in
 alios sabinos uertit impetum. ille uero agre tan
 dem ē palude cum armis eluctatus est et intra
 uallum reductus. Locus is iam terra congesta
 replicus est, adhuc tamen ex illo casu uocatur
 Lacus Curtius, Romani furi meditulum fide
 occupans. Romulus uero cateros persequens usq;
 Capitolium, et sperans se iam posse arcem ca
 pere, procer alia vulnera saxo ē superiore loco
 in caput graniter ielus semimoreuus à proxi
 mis relatus est intra moenia. ibi Romani nō com
 parente duce terriei in dextro cornu terga uer
 sunt. sinistrum aliquandiu restitit, Lucumone
 clarissimo duce pugnam ciente tam uoce quam
 manu, donec et ipse inuestus in medios Sabi
 nos per laevis eriectus cecidit. eum uero uniuers
 sis fugientibus. Sabinos audaciis persequentes
 usq; moenia, iamq; portis proximos, repressit
 crumpens cum Romulo globus iuenum, quos
 rex ad custodiam Urbis reliquerat. iam enim
 se recollecterat ex uulnere. quo succurrente quan
 tum poterat, confestim mutata est fortuna par
 tium. qui enim modo fugiebant, ut ducem suum
 ex insperato uiderunt, receptis è recenti mele
 animis, ordinibusq; instruratis, sine mora ma
 nus conseruerunt cum instantibus: et qui in
 clusi moenibus nullum remedium pueabant
 quin uia capta urbe nonirene in perestarem ho
 stium

sum, ad iam repentinam & inopinatam mutationem de salute sua cogitare cœperunt. erat autem hosti proclavis recipi us in castra, è superiore loco per viam ciuitam refugienti, multiq; in ea suga desiderati sunt. Hunc habuit ille dies cuenterum dubij cereaminis, quod post inopinatos partium casus uergente denum sole dirempetur est. Sequentibus uero diebus Sabini consultabant, uerum uastato quancum possent hostili agro reducenda esse domum copiae: an perseverandum in bello accitis recensibus, donec preclarum ei finem imponcrent. Durum enim erat uel abire infecto negotio, uel manere non succedente ut sperauerant. Quod si descendere in colloquium, qui solus restare uidebatur honestus belli exitus, id uero sibi & que ac Romanis existimabant conducibile. Romani quoq; non minus, immo magis etiam quam Sabini, consiliorum erant inopes, incerti quid facerent. nam neq; retinere mulieres placebat neque reddere: quod alerum uidetur nihil aliud quam confessio uictos se esse & ad quaslibet conditiones accipiendas oī noxios: alerum muleas miseria eos inspectare cogere, agrorum uastationem & iniurias fortissime quotidanos interitus. quod si priores mentionem fecissent amicitie, nihil equum à Sabinis sperabant, ea maxime de causa, quod qui se posteriores existimant, non iam moderatis conditionibus aduersarios demereristu-

deant. quām iniquis premere. Inter has cogitationes partium, dum neutris uel pugnæ initium uel pacis mentionem facere audentibus tempus erit, Romanorum uxores Sabini generis propter quas bellum exortum fuerat, cœtu facto absq; uiris arbitris inter se collocata, decreuerunt utroq; invitare ad fœderā, suāsu Hersiliae non obscuro inter Sabinos loco natæ fœmine. hanc quidam ciuitate iam nuptam inter ceteras puellis raptam pro uirgine: grauiores autores tradunt eam sua sponte māsisse in urbe cum filia rapta, ut que unica illi fuerit. quod consilium postquam uniuersarum communi sententia comprobatiū est, regium senatū adeunt: & post acceptā dicendi copiā orationē prolixā cū patribus conscriptis agunt, ut sibi bona ipsorum uenia cognatos suos adire liceat, affirmantes se certā spem concepisse cōciliandæ inter duas gentes amicitiae. His auditis in concilio rex & ceteri uehementer gauiſi sunt, censentes solum hunc supercessisse perplexis rebus exitū: factumq; est senatus consilium, ut quotquot Sabine habeant prolem, his domi penes maritos relictis pueris liceat legationem ad suos populares suscipere. quod si que matres sint plurim, haec partem eorum aliquam secum ducant, & dene operan ut duo populi coēante in amicitiam post hec excuti lugubri habiju, quedam etiam ducentes secū infantulos. ut uero in castra Sabinorū
ucneum

uentum est, cum lamentis accidētes omnibus ad genua, magnam miserationem mouerunt inspectantibus, nemine sibi temperante à lachrymis. moxq; admissas in concilium iubente rege causam adueniēs dicere, autor huius consilij legationisq; princeps Hersilia longa & ad mouendos affectus composita deprecatione ad pacem uiris sui respectu impetrādam usq; est, quandoquidē ips& bellī suscipiendi causa fuissent: cuius condicōnes, quod uirisq; bonum sit & commōdum, ex communi ducum statuerentur arbitrio. oratione finita prociderunt uniuers& cum pueris ad regis genua, nec surrexerunt nisi subleuare à suis, aqua omnia quantum in se esset pollicentib⁹. ac mox cum iussisse eis excedere, consultatione inter se habita, decreuerunt de reconciliatione agere: interpositisq; primū inducūs, paulò post fœdus inter reges ictum est, & iure iurando firmatum, his pacis legibus: ut in urbe regnarent pari potestate honoreq; Romulus ac Tatius, & ut ea deductum à conditore servaret uocabulum, ciues uero in uniuersum à Tatij patria Quirites denominarentur. Sabinis ius ciuitatis Romane ut daretur quicunq; id cuperent, utq; hi communicatis utrinq; sacris recipierentur in tribus & curiis. Sic ante aras icto fœdere circa medium sacram uiam permixti se inuicem consalutauerunt. Dimissis deinde cum suis copijs ducibus careris, Tatius rex cum

m 5 tribus

eribus illustrissimis uiris Rome habitaturus
substicte: hi posteritatem honoratam post se re-
liquerunt, Volesus Valerius, Tallus cognomine
Tyrannus, et Metius Curtius qui paludē ar-
matus euaserat, cum quibus cognati et clientes
manserunt non pauciores indigenis. iamq; ordi-
natis rebus usum est regibus, quando plebeia
multitudo non parum creuisset, dupicare patri-
ciorum numerum, allectis in eum ordinem è no-
uorum incolarum numero illustrissimis familys,
et ex his quoq; patricijs centum selecti suffra-
gio curiarum ascripsi sunt ad uecerem senato-
rum numerum. id quod uno consensu omnes Ro-
manæ historiæ conditores produnt, pauci tantu-
de numero ascriptorum uariant, non c. sed l. in
senatum suisse allectos. De honoribus item, quos
muli eribus reges concesserunt ob nauatam in eis
reconciliandis operam, non inter omnes Roma-
nos scriptores concuerit. Sunt enim qui scribant
eas et donis muliis magnisq; remuneratas à re-
gibus, et triginta quas diximus curias acce-
pisse illarum nomina, quod totidem in legatione
fuerint. Sed Terentius Varro hac parte differ-
et à reliquis, afficens, iampridem curijs nomi-
na imposuisse Romulum, cum primùm distribue-
ret multitudinem, partim à ducibus, partim à ue-
teribus patrijs: nec in legatione profectas tri-
ginta, sed depeis tribus x x x. supra quingentas:
nec pueri uerisimile, reges nulla ratione tot mu-
lierum

tierum habita, paucis earum uoluisse hunc ho-
 norē concedere. uerū hāc nec silencio præterire,
 nec prolixius memorare, libuit. De Curibus au-
 tem, ex qua urbe Tatius cum suis uenerat, quan-
 do huc nos deduxit narrationis sc̄ries, sic acce-
 pimus. In Recino agro, quo tempore Aborigi-
 nes eum tenebant, uirgo quedam ind. ḡna claro
 genere prognata choros ducebat in templo Enya-
 lū. hunc Sabini. sicut eos securi Romani, Quiri-
 num nominante, nondum satis certi Marsne is-
 sit an quis alius honore Marii similis. nam qui-
 dam uni dco bellorum præsidi nomine uirunq; tri-
 buunt, aliū duorum hāc putant esse numinum.
 In huius dei templo saltans puella repente diui-
 no furore correpta choream deseruit, & in sa-
 crarium se cursu proripuit. deinde à loci genio
 compressa, ut uulgo uisum est, filium candidum no-
 mine Medium. Fidium cognomine. is uirilem
 etatem ingressus & forma supra hominem fuit.
 & in remulcari longe præcellensissimus est ha-
 bitus. cūmq; capiūt esset condendae urbis cupi-
 dine, collecta magna manu ex agris finitimis.
 breui Cures repleuit habitatoribus, uocatas ue-
 quidam purane à genio cuius dicibatur filius:
 aut à hasta. sicut malunt alijs. cures enim Sabi-
 ni hastas nominant. Ista Tarentius Varro scri-
 ptum reliquit. Zenodorus Trozenius historia-
 rum scriptor narrat indigenas Vmbros primum
 in Recino habitasse. & inde Ielasgorū armis

exactos uenisse in terram quam nunc habitanter:
mutatoq; cum sedibus gentis nomine Sabinos
pro Vmbris appellatos. ac Porcius Cato nomen
Sabinis impositum ait à Sabino filio Sabi eius
quem colunt illius regionis homines. & cum sibi
cum à quibusdam vocari diu Fidium. primum
autem eorum sedem fuisse uicum quendam Te-
strinam nomine, unde expeditione facta Sabinos
Reatinum agrum adortos iunc habitare. Ab o-
riginibus, urbem nobilissimam ex eis cepisse Cu-
silias: ac mox sparsis latius colonijs, inter alias
multas, sed immunitas, etiam urbem Cures ab
eis conditam. regionem autem illos occupasse à
supero mari distantem circiter CCCLXXX stadij-
dys, ab infero uero CCC. & XL, insuper: in lon-
gitudine patere paulo minus mille stadijs. Quin
& aliam opinionem in Sabinorum historijs do-
mesticis comperimus, Lacedemonios eò deduc-
xisse coloniam, quo tempore Lycurgus curor sui
nepotis Eunomi Spartanis leges condidit: qua-
rum severitatem pertesos quosdam, secessione à
ceteris facta, urbem deseruisse in perpetuum.
deinde enauigato longo maris tractu, qualis-
cunq; terra desiderio fecisse uotum, quocunq; ier-
rarum primum appellarent, id posthac fore sibi
domicilium. cumq; delati essent ad Pometinos
campos Italiæ, agrum quo primum uenerat ap-
pellasse Feroniam, memores quod eos huc illuc
per mare ferri contigerat: semplum quoq; con-
strux

struxisse diue Feronie cui uota fecerunt, quam
 nunc una litera mutata uocat Faroniam. ex his
 quosdam habitasse inter Sabinos, et idco moris
 eorum accedere ad disciplinā Laconicam, pr.e-
 cipue quantum ad belli studia, frugalitatem, et
 uictus duritatem attinet. Hęc de Sabinorum ori-
 gine. Ceterum Romulus atq; Tatus cum suis et
 urbem confestim auxcrune additis alijs duobus
 collibus, Quirinali Cælioq; : et diuisis habita-
 tionibus seorsum degebant proprijs et separatis
 in regionibus, Romulo tenete Palatum eiq; con-
 tiguum niōiem Cælium, Tatio uero Capitolium
 quod primum occupauerat, et Quirinalem col-
 lem. idem planiciem Capuolio subiectā, excisa
 sylua, et stagno quod proprie loci cauitatē erat
 aquarū ē uicinis montibus manantium recepta-
 culum, terra cōgesta replete, in huius quod nunc
 est fori usum uerterunt: ubi magna hominū fre-
 quentia negotiabantur circa Vulcani templum
 paulum supra forum eminens. exstructis quoq;
 templis aras consecraverūt dīs quibus in pugna
 uouerant, Romulus Ioui Siatori, apud portam
 Mugoniam ducentem ē uia sacra in palatum.
 quod exercitū ipsius fugientem deus post preces
 stare fecisset et uici uiribus, Tatus uero soli et
 Luna, Saturno et Rhea, præterea Vesta et Vul-
 cano, Diana et Quirino, alijsq; dīs quos nomi-
 nare Gracis non est facile. in omnibus etiam cu-
 rīs mensas Iunoni Curitidi posuit, que ibi sita

m s fune

fune nostro quoq; tēpore. Ita per quinquennium concordes regnauerunt, in quod spatiū incidebat contra Camerinos expeditio ḡsta communibus auspicijs. nam cum agrum eorū infestarent, et sapientis res reperientibus cōsumaciter pernegarent ius suum, ausos corredi fūsosq; ac fugarios, oppido etiam vi capto armis ademptis multa auerunt et agri parte tertia. quem illi cum iterum incursarēt, egressi obuiam die tertia deuictorum acie bona omnia concesserūt suis militibus. ipsos quoevere uellent Romæ habitare permiserunt, orant autē sc̄mē quatuor milia, quos in curias distribuerūt, et urbem eorū fecerunt Romanam coloniam. hanc olim Albani mulio ante quām Romanam condiderant: temporibus autem priscis Aboriginū fuit domicilium cum primis nobile. Sexto demum anno ad solum Romulum urbis principatus rediit, Tatius per insidias extincto, que illi ab opimatis Lavinienſum tali de causa structa sunt. Tatij amicorū quidam cum manu laeronum excursione in agrum Lavinensem facta, res eorum depopulati, pecorum quoq; greges abegerant: ipsos dominos pro pugnare conatos parvum occidabant, parvum sauciauerant. cumq; ad quos hæc iniuria pertinebat missis in hoc legatis iure ageret, Romulus censuit eius auxores dedendos his ad suppliciū. Tatius uero pro amicis contendens, indignum dictat ab iniicio ad poenam duci aliquos, idq; ciues ab exercitu postulauit.

postulans ut ipsi querelas suas Romae apud indices deponerent. sic legati indignabundi re infecta dimisi sunt. eos Sabinorum quidam subsecuti, repereos in via ubi nox et sepor oppresserat, stratos in ipsis cubilibus aliquot saeum in modum confodunt, dirctis ceteram sarcinis, reliqui maturius exciti suam in urbem refugiuntur. Post haec frequentes legationes tam è Lavinio quam ex alijs urbibus accusabane uiolatores iuris gentium, bellum denuntiantes si abiree impune eaneum facinus. Tum Romulus eam legatorum iniuriam grauem, ut erat, et expiatione celeri habere opus existimans, ut proculata a leges sanctissima, uidensq; rem non esse cura Tatio, nihil cunctatus comprehensos noxios et uinctos legatis abducendo tradidit. Tarium uero simul ira, quasi hac deditione lasum à regni socio, simul abducendorum miscratio subiit, quod etiam cognatorum eius unus obnoxius essec ei piaculo: moxq; milie stipatus accurrens fontes eripuit. nec ita multo post, uel sicut quidam produnt, cum Romulo profectus Lavinium sacrorum causa, que reges oportebat diis patribus pro salute urbis sacre, coortis in eum causorum ligatorum amicis ac cognatis, ante aram secessitarum et uerum ictibus confactus est: uel si Licinio credimus, nique cum Romulo neque sacrorum causa cum uenisset, sed solus suasuero laesis ut iras remitterent, indignatione plebis ob

ob non deditos ex sententia Romuli ac senatus
noxiis, & necatos cognatorū imperii, non am-
plius ualens instantem uindictam effugere, lapi-
dibus est obrueus. Hic finis Tatij fuit, post trien-
ne bellum exacto quinto anno cōmuniſ cum Ro-
mulo imperij. Sepultus est Romæ honorato fune-
re, quo annisq; manibus cius publicè instauran-
eur inferia. Romulus autem denuo ſolus princi-
patum adeptus, primò ut ſe purum ſceleris in le-
gatos cōmiſi oſtendcret, igni & aqua interdi-
xit omnibus noxijs, qui post Tatij cædem Roma
profugerant: deinde cōiuratos Lauinicensibus ad
ſuum tribunal ſiſtentibus abſoluie, quòd uide-
renteſ factum id iure eueri, uim eſſe pro ui red-
ditam. His peractis exercitum contra Fidenas
duxit, urbem x l. ſtadij à Roma diſſicam, ma-
gnam tunc & populosam. Cum enim à Cruthu-
minis Romam fame laboranteſ comeatus deue-
beretur nauigij ſluuialibus, ea Fidenates ag-
gressi diripuerūt, cæſis etiam uectoribus qui re-
pugnare auſi fuerāt, resq; reperientibus iure con-
tempio negauerant. quibus iniurijs cōmorus Ro-
mulus in agrū eorū cum ualido irrupit exercitu,
ingētiq; preda potius parabat ſuos domum re-
ducere: ſed Fidinatibus obuiam progreſſis ma-
nus cum eis conſeruit: cōmiſſoq; acri prælio, mul-
tis uerinq; deſideratis uictoria penes Romanos
fuit. rex ergo hæcns fugientium, uelut agmine
uno peneſtanit intra mœnia. Capram primo im-
periu

per urbem, suppicio de paucis sumptis, imposi-
 toq; ccc. virorum praesidio, parte agri mul-
 etauit: quo suis milibus diuiso, hanc quoq; Ro-
 manorū fecit coloniam. eam Albani olim con-
 siderant quo Nomentum simul & Crustumium
 tempore, tribus fratribus colonias deducētibus,
 quorum natu maximus Fidenarum fuit condi-
 tor. Post hæc Camerinos bello repetiū, qui colo-
 nos Romanos secum habitantes per insidias op-
 presserant, grauante urbe pestilentia. freii enim
 difficili Romanorū tempore, & pueras ea lue
 funditus corum genus interierunt, alios occide-
 runt, alios eiecerunt ex oppido. Id scelus ulterius
 Romulus mœnibus eorū iterum expugnatis du-
 tores defectionis affecit suppicio: prædaq; con-
 cessa militi, agri dimidio præter iam ante di-
 stributam partem multatis praesidium sive ualidum
 imposuit ad tollendum rerum nouarū stu-
 dium, atq; ita reduxit copias. De hoc hoste se-
 cundum triumphū egit, & ex manubüs Vulca-
 no dedicauit quadrigas areas, simulq; suam effi-
 giem cum Græco rerū à se gestarum elogio. Ter-
 rium bellum gesuit cum Vijs Fidenscorum tunc
 urbe potentissima, distante centesimo stadio. est
 autem Achenis non minor, fundata in undiq;
 prærupto scopulo. Belli prætextus Viëibus fuic
 clades Fidenarium: misusq; legatis postulabat
 ut Romani praesidium inde abduceret, & agrum
 ademptū restituerent ueteribus dominis. quo non
 impeir

imperato ualidum educunt exercitū, ex castro prope Fidenas occulto locū muniunt. non lacuie rāmen eorum aduenius Romulum, sed assumpsa copiarum parte fortissima Fidenis hostem expectabat: expeditoq; utrinq; ad certamen milite in equum locum signa cōtulerant: ex commissō acri prælio nox diremit incertos uictorie. Ac tunc quidem sic pugnatū est. non multo post Romanī aciem instaurant, in qua cōsilio ducis adiūti superiores facti sunt. qui equites ex pedites recens ab urbe submissos in propinquō hostium castris monte noctu in insidijs collocauerat. nam hi cum aliquandiu spectassēne aquatā in plano pugnam mox ut signum quod conuenerat accepserunt à Romulo, cum magno clamore procurrentes inuasirunt terga Vtientium, ex integrā iam frēssos in fugam uicerunt facile. pauci tamen eorum ceciderunt in prælio: maior pars in flūm Tiberim Fidenas prælibentem præcipitari, frustrata spē natatus necari sunt: quippe qui labore pugnare delūssi armis insuper impedirentur ex vulneribus. quidam etiam imperiti nandi, nec p̄metu cōsiderantes periculū, gurgitibus absorpei sunt. quod si mature post certam bellī forenā resipuissēne Utientes, nequam sibi majorim cladem accersuissēne. nunc sperantes renouatio circumstāne aboliuuros se acceptā ignominiam, si maiore paratu hostem invaderent, imparem fūcūrum simul domiſtis co-
pys.

pūs, simul auxiliū ex Heiruria sociarū urbium,
 iterū bellum Romanis inuulerunt: rursumq; apud
 Fidem magno proelio uicti multos amiserunt in
 acie, plures nūni ducuerunt in potestatē hostium.
 castra etiam expugnata sunt plena pecunyā ar-
 misq; & mancipiūs: nūnes quoq; fluuiales cum
 commeatu interceptae, quibus capiutorum turba
 secundo flumine Romanū deuencta est. Hic tertius
 triūphus actus est à Romulo, longe quam priores
 magnificencior. Non multo post legatis Utien-
 tium ueniam per eūbus has pacis leges Romulūs
 prescripsit multe nomine. ut agrum Tiberi con-
 tinuum, qui vocatur septem pagi, Romanis tra-
 derent, utq; salinis abstinerent que sunt circa
 fluminis hostia: & ad tollendam renouandū
 belli suspicionem quinquaginta obfides adduce-
 rent. quis cum illi & quo animo accepissent, in
 columnam inscripsit conditiones icti cum eis fec-
 derus. captiuos qui reuerti ad suos uoluerunt, di-
 misse absq; præcio: malentes in urbe manere, qua
 maior pars fuit, iure ciuitatis donatos distri-
 buit per curias, assignato eis agro fore dividendo eis Tiberim. Hec Romulū regnante bella ge-
 stæ sunt memorabilia. quod autem nullam propin-
 quarum gentium subegerit, in cuiusque fuisse uide-
 tur immacurus ipsius ducis obitus de quo multa
 & uaria prodit & sunt scriptoribus. Qui fabulo-
 sus res ciues irranti, aiunt apud milites concio-
 nantem, repente serenitatem in atram cœperat acce-
 murata

murata, evanuisse ex illorum oculis: creduntq; à
 patre suo Marce rapiū esse hominē. aliū, quibus
 libentius crediderim, dicunt imperfectū à suis ci-
 uibus. cuius facinoris causam afferūt, quod p̄-
 recer consuetum inconsule o populo dimisisset obsi-
 des acceptos à Venientibus, quodq; non amplius
 pari comitiae dignaretur ueteres ciues atq; ad-
 scriptiios, sed illos maiore haberet in prelio,
 posteriores uero despiceret. inuisa erat & cru-
 delitas eius in delinquentium supplicijs. Roma-
 norum enim quosdam latrocinij conuictos à fini-
 simis, nec obscuros uiros nec paucos sua unius
 sententia damnatos iussit de rupe dari præcipi-
 tes. sed maxime offendebat arrogantia, quod le-
 gitimum regnum in tyrannidis speciem uerteret.
 his de causis aiunt patritios conspirasse in eius
 perniciem. necatum auctem in curia: & ne ca-
 dauer compareret, frustatim corpus discepsum
 à senatoribus, clarumq; sub togis, & clam terra
 obrutum. Aliū cum concionem haberet, extin-
 etum dicunt à nouis ciuibus: ausos autem eam
 cedem oborto subitaneo nimbo & caligine,
 quando turba diffugiente à satellito quoq; de-
 stiruerit sic: & diem huius casus proper fugam
 illam populi, hodieq; fugam turbæ nocari. certè
 qui animas illustrium hominū opinantur cœlum
 descendere, de hoc uiro ut id credant faciunt
 prodigia cœlestia qua circa oreum eius pariter
 uisa sunt atq; obitum. nam & cum matri eius
 infer

inferretur uis incertū ab homine an deo, deliquiū
solis factum, terrisq; interdiu tenebras noctur-
nis similes incubuisse aiunt: quod etiam necis
ipsius tempore accidit. Hic finis Romuli, qui pri-
mus in urbe à se cōdita regnū tenuit, decessuq;
sine liberis post exactum annum regni erigesi-
mum septimum, etatis uero quintum supra quin
quagesimum iuuenis enim admodum rex factus
est, natus annos octodecim, ut cōsentiant qui res
ciua prodiderunt memoriae. Sequenti anno nemo
Romæ regnauit, ad nouum interregnum magi-
stratum delecta administratione recipublice, in
modum hunc. Duxcenti patres conscripsi ex qui-
bus senatum rege Romulo constitutum diximus,
distributi in decurias. decem uiris sorte commit-
tebant urbis imperium. hi non simul, sed unus
post alium quinis diebus lictores habebant cæ-
teraq; insignia regia, que ceu per manus trade-
bantur a primo deinceps usq; ad ultimum. cum
quinqueduanus ille magistratus migrabat ad
sequentem decuriam, & inde rursum ad aliam.
Visum est deinde populo abrogare decemvirale
imperium, offenso crebris mutationibus potesta-
rum, quod & dispar ingenium, nec uoluntas esse
cadem in omnibus. Tum patres aduocata con-
cione iusserunt tribus & curias de ordinanda
republica dispicere, siue regibus siue magistra-
ribus annuis mallent eius curam credere. Non
tamen plebs optionē sibi vindicauit. sed reiccit.

eam in senatum, libenter admissura utracing;
 probaretur illius praejudicio. patres uno omnes
 consensu regem petebant, sed de regnaturo con-
 uenire inter eos haud poterat, alij unum aliquem
 è ueteri patrum numero regnare debere cōsente-
 bus, ilij regnum dcferēdum potius ad quēpiam
 ex adscriptis postea, quos nouos appellabant.
 Tandem post longam contentionem partiū con-
 uenit utrinq; in has conditiones, ut uel ue-
 teres senatores regē designarent, modo non ē suo
 corpore, sed alium quem putarent maxime ido-
 nūm, uel noui idem faceret. acceperunt electio-
 nem ueteres, et habita inter se longa delibera-
 tione decreuerunt in hanc sententiam: quando-
 quidem ipsi iuxta conditiones excluderetur re-
 gno, non esse id committendum ulli ex insidiato-
 ribus: sed querendum ex externum: aliquem neutri
 factiōni obnoxium, quo maxime modo tolleretur
 omnis māeria seditionis ē comitijs regijs. Id cō-
 filium ubi placuit elegerunt Numam Pompi-
 lium Pomponis uiri apud Sabinos illustris fi-
 lium, fermè quadragenarium, que aetas est pru-
 dētissima, et dignitate formæ planè regia prae-
 dictum: cuius rum sapientia fama erat inclita
 non solū apud Quirites, uerum etiam apud gen-
 tes finitimas. In hunc ubi consenserunt, concione
 aduocata interrex ait decreuisse patres regi ue-
 ante committendam rem publicam: siq; de com-
 muni sententia regem eligere Numam Pompi-
 lium:

lium: moxq; ligatos è paeritorum ordine misit,
 qui hominem ad regnum incandum adducerent,
 anno tertio sextæ decimæ Olympiadis, qua stadiū
 uicit Pythagoras Lacedæmonius. Hactenus ni-
 hil possum cōtradicere his quæ de hoc uiro pro-
 dunt historici: sed in his quæ subiunguntur ambi-
 guus hæreο. nam multi scribunt cum suis Py-
 thagoræ discipulum, & quo tempore ad regnum
 Romanum uocatus est, apud Crotonem egisse phi-
 losophie dancem operam, id quod ratio tempo-
 rum non patitur: quando non paucis annis, sed
 totis quatuor etatibus Pythagoras fuit Numa
 posterior, sicut constat ex monumentis uete-
 rum. nam hic circa medium si xvi decimæ Olympiæ
 Romæ regno positus est Pythagoras uero
 post quinquagesimam diuinam Olympiadem do-
 cuit in Italia. Quin & ualidius argumentum
 habeo, non conuenire cum s̄pputatione tempo-
 rum quæ de huius disciplina tradunt scriptores:
 quia nondum erat Crotoniensium urbs quando
 Numa Romam ad regnum accitus est. integrum
 enim quadriennio post assump̄tu à Numa prin-
 cipatum Mycelus eam condidit, x vii. Olympiæ
 anno tertio. unde sat is appareat cum nec
 posuisse affectari Pythagoram qui quatuor post
 etatibus exactis floruit: neque Crotonē digere
 cum ad regnum uocaretur, quæ nondum condi-
 ta fuerat. Sed si licet meam opinionem proscrī-
 re, uidetur mihi qui hoc scripsissent occasio-

nem

nem sumpsiſſe duabus ex rebus cōfisiſis, Pythagoræ habitatione in terra Italia, & sapientia
 Numæ celebrata uno ore omnium: atque ita
 contexuiſſe hæc, & cum feciſſe Pythagoræ di-
 ſcipulum, non considerantes ut ego nunc, an eod-
 em illi uixerint tempore: niſi forte quis anti-
 quiorem hoc S.imo proferat alium Pythago-
 ram doctorem sapientiæ, à quo ſuam Numa
 muenatus ſit: quod neſcio quomodo demonstra-
 ri poſſit, cum in nulla quod equidem ſciam uel
 Romana uel Græca reperiatur historia. Sed de
 his haec tenus. Ceterum Numa legatis ad regnū
 ſe uocantibus non ſtatiuſ ſenſus recuſauit
 aliquandiu: tandem fratribus una cum patre
 depreccantibus ne tantum honorem ulro obla-
 tum reijceret, ſuſcepit potestatem regiam. quo
 Romam renuniatuſ mirum in ciuitate exciūm
 eft hominis nondum uifi deſiderium, omnibus
 certo argumento ſapienciam eius colligentibus.
 quando regnum in quo cæteri ſummam felici-
 tatis ponerent, ut rem uilem & aspernandam
 contempſerie. qua proprieſ populariter itum eft
 uenienti obuiam, deductusq; eft in urbem cum
 honorificeniffimis acclamationibus gratulan-
 eium. comitüs deinde curiatis declaratus rex,
 accedente quoque patrum ſuffragio, denique
 auſpicüs diuinius miſis inauguruatus regnum
 adeptus eft. Hunc uirum neq; an Romani ullam
 expeditionem feciſſe, ſed pietati ac iuſticie
 uac

uacantem pacato uniuerso regni tempore ciui-
 etatem ornasse institutis optimis: & mira qua-
 dam de illo prædicante, ad deum monita refe-
 rentes eius sapientiam. fabulantur enim con-
 gressum sepius cum Egeria nymphâ, cuius è
 præceptis hauserit regiam prudentiam. alijs non
 nympham, sed unam Musarum palam ad cum
 uenitasse perhibet. cum enim priisci illi Quirites
 parum creduli pro figmentis haberent quæ au-
 dirent de diis, uoluisse eis manifisto signo sacre
 fidem suæ cum numinibus consuetudinis, ipsaq;
 iubente uocasse domum præcipuos ciuium: osten-
 saq; uili supellestile atq; apparatu qui non ca-
 peret frequens conuiuium, tunc dimissos inui-
 tasse ad coenam sub uesperam. quibus ad con-
 dictam horam reuersis ostendisse leclisteria
 splendida, mensasq; refereas multis egregijs po-
 culis: ac mox discumbere iussis copulū præbuuisse
 instructum omnigenis ferculis, qualia nemo fa-
 cile pararet quantumuis longo tempore. Roma-
 nos uero attoritos tam uario spectaculo, con-
 stanter posthac opinatos deam quampiam cum
 illo familiariter degere. At qui fabulis locum
 non relinquunt in historia, Numam hæc de Ege-
 ria dicunt finxisse, ut hac religione deuineti, le-
 ges ab ipso uelue ex autoritate deorum latas li-
 bentiis admitterent: idq; exemplo Græcorū fa-
 elum, Minois Cretensis & Lycurgi Lacedæmo-
 niū: quorum alter Iouis colloquia simulauit in

n 3 Dicta

Dicta monie, ubi cum à Curetibus educatū insulini prædicat, ex cuius antro leges ille retulit quasi à Ioue acceptas: alter, uidelicet Lycurgus, profectus Delphos, ex Apollinis præscriptio se leges tulisse uideti noluit. merū ista fabulosa, maxime quæ ad deos pertinente. quoniam longo sermone habent opus, nunc missa faciam, dicturus potius quanta bona Romanos ex huius regis principatu percipisse in ipsorum monumentis reperio, si prius præmonuero quām perturbatam rem publicam administrandam suscepit. Post Romuli obitum cum per integrum annum penes senatum esset potestas publica, ipsi inter se patres dissidere cœperunt et contendere: dum veteres coloni Alba profecti deducente ipso Romulo, tam in sententijs autoritatem, quam in gerendis honoribus prærogativam sibi usurpant, et obsequium à nouellis postulante: nihil concedentibus qui posterius in patrum ordinem adscripti sunt, et par honorum ius vindicatis, præcipue uero Sabinis, qui ex sedere icto cum Tatcio communicatam ex quo ciuitatem cum antiquis urbis habitoribus iactabant. Senatus dissidente clientelas quoq; mali huius conegit corripuit: ad hæc non parua plebis pars nuper in ciuitatem receperat, quia nulli etiam cum bellum Romuli ductu gesserat, ideo negl. Eta neque agros habebat neq; ulla cōmoda. hæc egena et sine lare iniquo animo disiores ferebat, ad res non

nouandas procliuior. His procellis iactata rem publica Numa excipiebat, primum egenam illam turbam refouit diuisis agris quos Romulus ex hostico quesuerat, atque etiam bona parte agri publici. deinde patricium ordinem pacauit relictis penes urbis conditores suis honoribus, nouellis colonis alios pro his attribuens. Instaurata ordinum concordia, ut de comuni consilio prouideatur reipublicae, et Quirinalem collem complectus ampliatis moenibus, cum deum alijs institutis animum adiccat, duarum rerum in primis ratione habita, quas existimare magnopere pertinere ad felicitatem ciuium. Pictorem ante omnia docuit homines, quod omnia bona deo darent, daratque conseruarent morealibus: deinde iusticiam, per quam concessis diuinitus comodis fruilegas. quorum uirunq; quibus legibus ac instruenda fundauerit et auxerit, prolixum opinor esset scribere, et parum necessarium, praesertim in Greca historia: aringam tamen quedam capitam, unde satis apparebit illius uiri proposuum, et a diuini cultus forma faciam initium. Ergo quicquid legum atque rituum a Romulo traditum accepit, in honorem auctoris immotum reliquit ut opimum: quod si quid animaduerit ab illo prætermissum, id de suo addidit, conditis multis sacellis nequem deum in honore tuum sinceret. multis etiam sumpliis et aris, ac tributoque suo cuique numeri falso, et assignatis qui sacra curarent se-

ccerdotibus, laitisq; legibus de deorum cultu, præ-
 rifiationibus, expiationibus. cæterisq; sacris ac
 ceremonijs, adiò ut hac parte longe à ergo relin-
 queret quamvis ciuitatem siue Græcā siue bar-
 baram quantumvis pietatis nomine celebrem.
 Ipsum quoq; Romulum ut augustiorem hominem,
 templo honorauit & sacrificio, quod alternis
 annis in Quirinali colle instauratur. nam cum
 adhuc non satis constaret, à dijs ne raptus esset,
 an interceptus insidijs hominum, prodix in forū
 Iulius oriundus ab Ascanio, bonus colonus &
 incalpatæ uite uir. & in quem nulla corrupcio-
 le suspicio cadere : dixitq; sibi rure domum
 redeuntem uenientem ab urbe obuium factū Ro-
 mulum, sc̄q; his uerbis affatsum: nuntia me no-
 mine Romanis Iuli, in deorum cœtum me duci à
 meo genio qui nascens contigie. iam enim mor-
 tale ænum expleuimus. Quirinus sum qui te al-
 loquor. Porro Numa omnia que ad religiones
 ac ceremonias pertinent octo libris iuxta toti-
 dem sacerdotum genera complexus est. pri-
 mus sacra tripliæ curionum continebat,
 quorum erat publice pro suis curialibus rem di-
 uinam facere. secundus spectabat ad stephani-
 phoros ut nos Græci vocamus, ut ipsi Romani,
 flamines, dictos à capitis gestamine. quo ha-
 dieq; ueuenire : id enim corona speciem referens
 flama nominant. Tertia sacra peragebant tri-
 buni celerum, quos equites ac pedices regum str-
 pas

patores fuisse diximus. nam ex hi solēnia quædam habebant sacrificia. Quartus ordo erat de cœlo signa obseruantium, eaq; publica à priuatis discernentium. hi ab una suæ artis specie Romanis dicuntur augures, nostris hominibus oīwōvōlōi, totius diuinatoriae peritissimi, siue quid è celestibus signis, siue terrestribus coniiciendū sit. Quinto loco erant uirgines ignis sacri custodes, quas illi à sua dea Vestales nominant, cui rex hic primus templum sacravit ex cultrices uirgines. de his ut aliquid dicamus præsens argumentū postulat. multis enim Romanae historiae scriptoribus uisa est hic disquirenda rei ueritas. quidā enim Romulum huius templi conditorem existimat, absurdū rati si uir rerū diuinarū peritus non ante omnia publicū urbis larē sacrauit, præscriptim educatus Albæ, ubi uetus eius dea sacrariū fuerat, ex penes ipsius matrē sacerdotiū. cumq; duo sint sacrorum genera. publica ex genitilitia, necesse aiunt utroy; nomine illa nō neglecta esse Romulo. Nihil enim publico lare magis necessarium, ex ipse nulla sacra habuit magis familiaria, quippe oriūdus à maioribus per quos illa transportata fuerant ab Ilio, atq; etiā natus ex huius diua sacrificia. Sed isti qui hoc templū malunt Romuli esse quā Numæ adificium, quod ad rempublicā attinet recte existimant oportuisse priuam aliquem focū esse communem omnium ciuium, nec hoc ignorasse con-

n 5 dit

diorem urbis pro sua sapientia: ceterum quod priuatim ad huius templi apparatus spectat et ad sacras deae uirgines, uidetur multi parum intelligere. Neq; enim locum in quo sacerignis asseruatur, huic deae dicauit Romulus argumento certissimo, quando quidē situs est extra quadratā Romam quā ille munīt: publici autē laris focū omnes solent in præcipua parte urbis locare, nemo extra mœnia. neq; uirgines deae sacerdotes instituit, memor fortasse materni dederoris, que inter illius ministeria virginitatem amiserat: haudquaquam idoneus fiscurus ulior iuxta leges patrias si quam uiolasse pudorem deprehendisset, ne sibimet refricaret probrū domesticū. quapropter nullū fecit publicum vestre templū, nec uirgines sacerdotes opianis ut illam colerent: sed per singulas curias focū dicauit ubi curiales rem diuinā facerent: eisq; sacris curiōnes ipsos præposuit, iuxta morem qui adhuc servatur in antiquissimis Græcorū urbibus. in his enim prytanea quæ uocantur sacra sunt, et ad summum magistratum cura corum pertinet. at Numa regno poritus relictis suo loco focus curiarim positis, unum insuper omnibus communem esse uoluit medio capitolium inter et palarium spacio, cum iam hos colles idem murorum ambitus cingeret, quā inter uerunque siue eras forum templi sedes, cuius custodiā Latio more assignauit uirginibus. nec satius constat.

constat quid sit quod intra sacram adem ser-
natur, cur'ue commissum sui cur.e uirginū. qui-
dam enim negant quicquam messe nisi ignem
illum omnibus conspicuum : uirginibus autem
merito potius quā uiris creditum, quod quem-
admodum uirgo incorrupta, ita ignis inconta-
minatus sit: atq; ita castissimo numini gratam
esse rem apud mortales iū idem purissimum. cæ-
terum ignem dicatum vestre, quod ea sit terra
sit a in mundi meditullio, unde sublimes illi ignes
desumani fomitem. alij tradunt preter ignē oc-
cultæ quedam sacra in deo fano esse deposita,
solis edituis cognita & uirginibus: adduntq;
argumentum nō leue ex eius incendio quod ac-
cidit quando primū Romani cum Paenit. bello
conflictabantur propter Siciliam. tunc enim uir-
ginibus metu diffugientibus, editiorum unus L.
Cecilius Metellus uir consularis, is qui deuictus
in Sicilia Cartaginensibus in celebri illo
triumpho c x x x. elephantos traduxerat, post-
habito publice utilitati priuato periculo irru-
pit in ardens penetrare, sacraq; à uirginibus
deserta è flammis eripuit: quamobrem honores
maximos à ciuitate grata est promeritus, sicut
ex elogio patet, quod ascriptum est eius statua
in Capitulio. ex hac confessa re nectunt conie-
ctur. es proprias. quidam dicunt hic scribari par-
tem sc̄rorum s̄ mothracie, que quondam ex
hac insula Wardanus in urbem à se conditam
depore

deportauerat:eaq; capta Aeneas Troia profugus secum attulit in Italiam. alij Minervae aliensis effigiem esse ueram & notam Aeneas per uno rerum ealium, cum alteram ad huius similitudinem formataam Achini furto sustulerint: cuius facti crebra mentio reperitur apud poetas & que ac historicos. ego sane à multis accepti custodiri à virginibus non solum igne sed & sacra quedam uulgo incognita: ea tamen nec ipse scrutari ausim curiosius, nec alijs fas puto. Virgines autem quæ deæ sacris operabantur, quatuor erant ab initio, & ius opandi eas penes reges esse Numa uoluit: postea tamē proper sacrificiorum mulierudinē ad scenarium numerum auctæ in eo hodieq; permanente degentes in deæ fano, à cuius aditu nemo arceretur interdiu, sed pernoctare intus fas est uiro nemini. has necesse est per XX. annos manere puras à nuphijs, sacrario seruientes & legitimis ceremonijs. ac primo decennio rationem sacrorum eas oportebat discere, sequenti exerceere, postremo docere alias. post exactum uero annum trigesimum nihil uerabat eas positis coronis reliquisq; insignijs sacerdotij cui uellet nubere: feceruntq; id paucæ aliquot, sed parum leto uitæ exitu & ominoso apud careras, ita ut libenter posthac uirgines eum exigerent in deæ coniubernio. ac eum demum in defunctæ locum alia sublegebarunt à possessibus. honores autē eis exhibentur à ciuitate multis

multi & eximū, propter quos nec liberorum nec
 nupiarū rangū tur desiderio. pœnæ quoq; si qua
 delinquat graues sunt propositæ, quas pontifi-
 ces ab illis exigunt flagris cædentes deprehēs. is
 in leuiore criminē, stuprat. uero miserabili lon-
 geq; fœdiſſimo eradentes supplicio. uiue enim fu-
 nebri pompa efferūtur, amicis ac cognatis cum
 lacrymis lecticam prosequenteribus: delataq; ad
 collinam portam extra muros in subterranea
 cella sepeliuntur, nec monumento dignatæ nec
 parentatione alijs ue solennibus defunctorū ho-
 noribus. admissum autē circa sacra piaculum
 tum alijs prodigijs deprehenditur, tum maxime
 si ignis extinguitur, quod formidolosissimum Ro-
 manis habetur, ut pernicicem ciuitati minitans.
 quacunq; tandem causa acciderit: & post mul-
 tam procurationem alium ignē in templum in-
 ferunt, sicut suo loco dicitur aptius illud cū pri-
 mis est memorabile, quemadmodum de a peri-
 clitancibus falso criminē uirginibus opem at-
 rulerit: proditum enim est & creditum à Roma-
 nis, et amet si uideatur incredibile. cerec qui se de-
 diderunt tollenti diuinam prouidentiam philo-
 sophie. si tamen ea philosophia dicenda est, irri-
 dentes quicquid de præsentia deorum uel Græci
 narrante uel barbari, has quoq; historias naso
 suspendent ut cōmenta arrogantium hominū,
 non putantes deorum ulli curae esse res mortaliū.
 ac qui deos non liberant respectu hominum, sed
 existā

existimant tam malis infensos quā bonis propriis
cios. propter magnam rerum cognitionē nō gra-
uabuntur credere uisa sepe negotiūs hominum
adesse numina. Ergo cum olim defecisset ignis
negligentius assruante Aemilia, quæ alieri è
uirginibus nouicūs & adhuc rudimenta culus
disceneibus eam curam commiserat, sicut ad-
modum ciuitatem turbatā, inquisitionemq; ha-
bitam à pontificibus ne forte parum caste sa-
crum focum sacerdos tractauerit. Tum uero
Aemiliam insontem quidem sed inopem in ra-
li casu consiliū, sacerdotibus cœcrisq; uirgini-
bus inspectantibus ad aram manus iendeneam
dixisse: Vesta Romanae urbis custos, si tua sacra
sancte ac pure per x x x. sermè annos obij, ca-
slo animo & illibato corpore, ades mihi nunc
& fer op̄, néue despicias tuam sacerdotē mā-
serrimo peritoram exitio, quod si quid incolum
admisimus, m̄co supplicio tollatur ciuitatis piacu-
lum. his dictis abscisam carbasinæ stolæ quā
erat indua lacinia inieciſe foculo: ad eis pre-
ces è frigido cinere ac ne scintillam quidem re-
sinente flammā emicantē corripuisse carbasum,
ita ut nec procuratione ulla nec instaurato
alias igne ciuitati opus fuerit. sed mirabilius
etiam est quod dicam & similis fabula. Si uen-
tum in sacrificium uirginum nomine Tuciam ac-
cusatam à quodam, non quod ignem extingui
passa sit, sed quod probribilibus argumentis su-
specta

specta esse uiolae & pudicitiae, testimonij etiam
 licet falsis codicē accedētibus. itaq; iussam p̄ro se
 dicere, promisisse re non uerbis cuaſuram se eam
 calumniam: ſimulq; inuocata dea ut ſibi digna-
 retur eſſe dux uia, petiūſſe Tiberim ſacerdotum
 permitti & proſequente uniueroſo populo. cumq;
 accediffiſſet flum̄, cōtra uulgarū illud adagium
 auſam haurire aquā cribro uacuo, eamq; uſq;
 in forū perlata effudiſſe ad pedes pontificū. ad-
 dunt accusatōrē eius poſthac mulū diuq; per-
 quifiū nec uiuū uſquā cōparuiſſe nec moreuū.
 Hæc de auxilio dea paucā c̄ multis dixiſſe ſuffi-
 ciet. Cœcrū ſexta pars legū ad religiones p̄cre-
 nentium tractabat iura corū quos Romani uo-
 cant ſalios ab ipſo Numa iuſtitutos & ſelectos
 XI. pr̄cipuos ordinis patricij, qui ſacra in pa-
 latio celebrante, palatinorū cognomine. nā ago-
 nales ſiue ut quidā appellare malunt collini. Se-
 lū habent in collino tumulo ſacrarium, poſt Nu-
 mam iuſtituti à rege Hoſtilio, ſicut bello Sabi-
 no uouerat. torum id ſaliorum genus ſalatores
 quidā ſunt & laudatores dcorū belli pr̄fidum.
 Festū autē corū incidit in panathenæa noſtra
 m̄csemq; Martiī, agiturq; publice ad dies ali-
 quot: per quos ſora urbe choreas ducūt uſq; in
 forū & Capitolium. al: aq; locā iam priuata quā
 publica, eritis balteis cincti ſuper pectus tunicas,
 & indui aſtrictis fibulis praetextis quas uocāt
 trabeas: que Romanorum uelis eſt propria &
 honor

honorata cū primis. gestant etiā capicibus quos
 nocant apices, fastigatos in altum pileos: Græ-
 ci appellant cyrbasias. accinguntur autē singu-
 li gladio, dextra tenentes lanceam aut uirgam,
 aut tale quid aliud: sinistra uero ancile Thra-
 ciae cætra simile. id scutū est oblongū. & angu-
 stius: qualia dicuntur esse apud Græcos gestu-
 na eorū qui sacris curetū initiati sunt. Et quan-
 tum ego intelligo salios in Græcu sermonē cure-
 tes licet uertere, quasi lusorib[us] etate appellato-
 res nostris hominibus, Romanis uero à continuo
 tripudio: unde etiam saltatores in uniuersum
 nominant eos qui delectantur chorcarū generi-
 bus. quā meam coniecturā tanti apud se quisq;
 ualere sinat quanti uult. gesticulatur enim mi-
 litariter ad tibiæ modulos. nunc simul. nunc per
 uices, interim canentes pæana quendam patriū.
 saltationem autem armatā que collisis ad scu-
 ta gladiis crebros cier strepitus, siquid creden-
 dum est antiquis scriptoribus, primi curetes in-
 uenient tradiderunt posteris: de quibus uulga-
 tor est fabula quā ut hic repetenda sit. Inter
 hæc scuta que uel salij gestant, uel ministri
 ipsorum contis suspensa circumferunt, cum sine
 ualide multa, unum dicunt delapsum cœlicus. hoc
 repertum esse in Nume regia illatum eò à ne-
 mine: ac ne uisam quidem ad id temporis ta-
 lem formam in Italia: quibus coniecturis à diis
 demissum Romanis persuasum fuisse. quod cum

Numa

Numa velle per urbem festis diebus transferri
 à præstantissimis iuuenum, & annuis honorari
 sacrificijs ueritum insidias inimicorum ex sur-
 ra, scruti fabricasse multa illi similia, usum ope-
 ra ex consilio Mamuri, ut ignotum esset insi-
 diatoribus propter indiscretam cœlestis simili-
 tudinem. Est autem uernacula ex solennis Ro-
 manis salutatio curetica, ut licet intelligere cum
 ex alijs rebus mulieris, tum maximè è circensibus
 atq; theatralibus pompis ac spectaculis. in his
 enim omnibus pubescentes pueri prætextati ga-
 leatiq; ex accincti gladijs parmasq; tenentes
 incedunt ordine: præceduntq; pōpam dicti ludio-
 nes à Lydis ut creditur in uictoribus huius ludi-
 cri, referentes mea sententia quandam saliorum
 imaginem. nam curetas non eque imitantur ue-
 salij, nec caneu nec tripudij, solebant autē in-
 genui ciues esse patrimi matrimi q; nunc uero
 admittuntur nullo cōditionis discrimine. de qui-
 bus quid opus est plura scribere? Seprima legum
 sacrarū pars dicata erit collegio fezialiū, quos
 Gracci & pñvodiñas dicerent. hi sunt selecti è præ-
 stantissimis familij, fungunturq; per omnē uitā
 eo sacerdotio, primo Numa huius sacri magi-
 stratus autore. Virum autē ab Equiculis exem-
 plum mutuatus sit, ut quidam existimat, an ab
 Ardeatibus, nihil compertum habeo. hoc tan-
 tum possum affirmare, quod ante Numam re-
 gem collegium fezialium Romæ non fuit. Id ille
 o insti

instituit cum imminere uidetur bellum cum
 Fidenatisibus, nisi res ex agris Romanorum ra-
 piatis sine bello mallene reddere, quod tandem eis
 facere necesse fuit. Sed quoniam Graeci carens
 magistratu scialium, de potestate illius dicen-
 dum est, ue quibus hactenus ignota fuit Roma-
 norum pietas, mirari desinat semper eis felices
 contigisse bellorum exitus: quippe qui nunquam
 arma nisi iustis de causis sumperirent, quod illis
 praecepue deorum fauorem conciliauit in rebus
 dubijs. longum autem esset recensere omnia fe-
 cialium officia, sed in summa sunt haec: dare
 operam ne Romani ulli foederatae ciuitati iniu-
 stum bellum inferant. quod si qua prior contra
 foederis conditiones aliquid commiscerit, legatos
 agere et uerbis primò suum ius repetere. quod
 si deditur facere postulara, cum uero bellum
 indicere. Idem si qui illatam sibi contra foedua
 querantur iniuriam, causam corum cognosce-
 re, et comperto crimine fontes comprehenso-
 lasis dedere. indicare item de legatorum iniu-
 rys, et dare operam ut scruentur conditiones
 foederum: pacem etiam conficeret, aut si parum
 legitime facta uideatur irritam reddere. pre-
 zerea si quid imperatores contra insurandum
 peccauerint cognoscere atq; expiarc, sicut dice-
 mus quoties incidet occasio. certerum quando
 apud aliquam ciuitatem caducatorum fungun-
 tur munere, hos rite corum à majoribus acce-
 pitus.

pimus. unus quispiam illorum electus à collegio,
 nescie augustoire suisq; insignis uerendus ad in-
 festorum hominum agrum profectus, cum pri-
 mum fines eorum attigit, Iouem cæcrosq; deos
 innuocans testatur à Romanis se uenire, iusq;
 suum petere. dcinde iuratus ire se ad iniustam
 ciuitatem, & siquid menteiretur sc̄i q; suosq; ci-
 ues execratus, intra fines ingreditur, & quem
 primum obuium naclus est cum testatur, siue is
 urbanus siue rusticus, & repetitis eisdem
 precibus atq; execrationibus, ad urbem pergit.
 quam prius quam ingrediatur, uel port. e custo-
 dem, uel primum quenq; in porta obuium simi-
 liter testatus ad forum procedit: ibi q; stans ma-
 gistratibus aduentus sui causam indicat, sem-
 per insurandum & imprecations adjuvien-
 sum si damnatos autores iniuriae deditosq; acce-
 perit, abducens eos amicus ipse ab amicis di-
 scedit. quod si tempus ad deliberaendum peterene,
 post decem dies recuerdebatur, idq; aliquando
 terio. elapsis autem triginta diebus si non impe-
 traret ius suum, obtestatus superos atq; inferos
 discedebat, hoc tantum profatus super ea re per
 orium deliberaetur Romanum populum. deinde
 assumptis ceteris facitalibus senatui renuntia-
 bat omnia se rite exsecutum, & si ueline bel-
 lum decernere, licere id illis per deos. alioqui si-
 quid horū omissum esset, neq; senatui fas erat
 decernere bellum neq; populo. Haec sunt que

o 3 produn

produntur de fecialibus. Vtima Nume institutorum pars continebat sacra maximi apud Romanos sacerdotij, ex cuius potestas est amplissima. hi ab uno suorum operum, uidelicet sarcinando ponte subilio. uocantur pontifices, summa auctoritate praediti. nam de omnibus causis ad sacra pertinentibus iudicant, tam inter magistratus sacrificios, quam inter priuatos homines: nouisq; leges de sacris arbitriauit suo condunt, sicubi destinanteur scriptis legibus: ex magistratus, penes quos ceremonie sunt ac sacrificia, sacerdotesq; omnes examinant: ministros quoq; sacrorum in officio continent, nequid praeter solennes ritus faciant. à profano eti. im ex imperio uulgo consuluntur de cultu deorum ac genitorum, alijsq; religionibus. quod siquem animaduertant prescripta sua contemnere, eum multant pro delicti magnitudine. ipsi nullius potestati sunt obnoxii, nec tenentur ad reddendam rationem uel senatu uel populo. id genus sacerdotes siue sacri doctores siue sacrarum legum consulti, siue sacrorum custodes recte dicendi sunt, ego hierophantas nostris appellari dixerim. in defuncti locum alius sole subrogari, non populi suffragüs, sed qui collegio maxime uideatur idoneus ex omni ciuium numero: nec nisi inauguratus ad sacerdotium admittitur. Atq; ita Numa de rebus diuinis leges instituit distinctas iuxta sacrorum genera, ne alia minor

nutiora commemorem, quibus omnibus ciues ad
 pietatem longe quā antea proniores sunt reddi-
 ri. Quae uero ad frugalitatem ac sobrietatem uiae
 faciunt, iustitia et studium sine qua non est sta-
 bilis concordia ciuium, multa sanè et egregia,
 parem comprehendit scriptis legibus, parem in
 mores ueritati longo usu et assuetudine. de quibus
 omnibus quia prolixum esse et dicere, duum tantum
 præcipua commemorasse sat erit, ex quibus fa-
 cilis conjectura sit de ceteris. ut enim concreti pro-
 prijs aliena non concupiscerent caue legi decre-
 minandis praedys. cum enim unumquenq; iussi-
 set agrum suum circumscribere, ac in finibus sta-
 tuere lapides. hos sacros esse Ioui Terminus ilii uo-
 luit: iussitq; ut quot annis statu die res diuina eo
 loco in paganorum coetu fieret, sacrae cum pri-
 mis nobili festo in honorum dorum qui termini-
 nis tutelares præsident. Id Romani uocant ter-
 minalia, sicut lapides ipsos terminos, quos no-
 stri uariante una litera sermonas. quos si quis
 transferre ausus fuisset aut tollere, lege terminali
 caput eius his dys deuouit, interfectori
 ipsius tanquam sacrilegi impunitate promissa
 et puritate a scelere. nec de priuatorum tantum
 agris hoc ius sanxit, uerum etiam de publicis,
 hos quoq; certis complexus simibus, ut Rom. inū
 agrum a vicinarum urbium agris terminalis
 dys discernerent, et priuatū a publico: qui mos
 ex illo seculo reliquus Romanis religiose ser-

uatur etiam nostro tempore. nam deos putant
 terminos, eisq; sacra faciunt, non hostias cæ-
 dentes, quod nefas sic cruentari hos lapides, sed
 liba cerealia frugumq; offerentes primitias.
 Dibuerant autem etiam rem ipsam seruare ob-
 quam consecrati sunt termini, & contenti pro-
 prijs possessionibus alienas nec ui nec dolo appre-
 tere. nunc non recte ncq; more maiorum a suis
 alii disternunt, non lige sed cupiditate
 possessiones finiente, quod iniquum & indeco-
 rum est. Verum haec alijs considerandi relinquim-
 us. certe Numa his legibus ad frugalitatem
 ac temperantiam ciuitatem instituit. Cæterum
 quod ad ius pectorū attinet, excogitauit quid-
 dam non animaduersum ante à quoquam co-
 rum qui præfuerunt ordinandis posterioribus Re-
 bus publicis. uidens enim contractus coram testi-
 bus factos manere iniuriosos consiorum uere-
 cundia, raroq; in his admitti iniuriam: qui ue-
 rò sine testibus fiant, quorum maior est nume-
 rus, eos constare sola fide contrahentium, quo
 magis eam commendaret omnium affectibus,
 diuinos illi honores deculit. Iustitiam enim &
 Thcmin & Nemesis atq; Erinnys satis cul-
 tus consecutas putauit à maioribus. fidem au-
 tem qua nulla res apud moreales maior au-
 sanctior, nondum dignam uenerationem conse-
 cutam uel apud ciuitates uel apud priuatos ho-
 mines. hæc cogitans primus publice templum
 sacr

sacrauit fidei, assignatis ex arario uictimis quemadmodum düs ceteris. recepta enim semel in ciuitatem firmitudo fidei, apud singulos etiam cines erat ualitura plurimum. adiò ueneranda ea res habetur & inviolabilis, ut sua cuiq; fides pro testimonio debeat esse proq; iure iurando sanctissimo. & quorū alter cum altero contractum fecisset sine testibus, si qua exorta esset controuersia, eam dirimēbat fides alterius litigantium. quin & magistratus & iudices in dubijs causis plerunq; ex alicuius partis fide ac sacramento suam interponibant sententiam. huiusmodi necessarijs ad temperaniam & iustitiam praeceptis Numa pulchriorem in Republica induxit ordinem, quam in priuata domo posset aliquis optimus pater familiās. quod autem nunc dicturus sum, curam ciuitatis in rebus commodis & necessarijs acuit. cum enim considerarce mulcum ad conseruandam frugalitatem & aequitatem facere necessariam rerum copiam, uniuersum agrum in pagos diuisit, & suum cuique magistrum, qui cum obiret atque curaret proposuit. hi erubro perlustrantes omnia, tam bonorum quam ignauorum colonorum adnotata ad regem describante nomina. ille industrios agricultores collaudatos summa comitate prosequebatur: contra segnes obiurgatione atque etiam multa castigatos accendebat ad colendos agros strenuer. quo fa-

o 4 Etum

Etum est ut uacantes à forensibus simul & militaris negotijs, & ignauie otium ue mulctant
 iimentes, suis manibus operarentur, opes quas
 nullus præberet, ut iustissimas preferentes incer-
 sis ac periculis militiae commodis. atq; hoc pa-
 cto nec subditi grauabantur iniquo imperio, &
 exemplum præbebatur tam finitimus quam po-
 steris: & propter optime constitutam Rempub.
 nec foris bello nec domi seditione laboratum est.
 tanum enim aberat ut ullum bellum imminere
 à finitimis, ut etiam si aliqua inter ipsos exis-
 teret contentio, non alium sibi quam Numam &
 Romanos arbitrum quererent: quem equidem
 inter celerrimos felicitatis opinione uiros an-
 numerare non dubitauerim. aderat enim ei &
 genus regium & rege digna species, & non in-
 utilium disciplinarum studium, sed ad pietatem
 ceterasq; uirtutes conferentium. ad huc regnum
 Romanorum iuuenis adeptus est, accitus ab
 ipsis ob celebre nomen in omni uirorum genere,
 habuitq; subditos toto uite sue tempore obse-
 quencissimos: integris sensibus exeremam etiam
 rem attigit, facillima morte absumpsus, nimis
 rum confactus senio, & eodem propitia fortuna
 senore usus donec rebus humanis exemptus est.
 Excessit annum uite octogesimum, regnauit
 quadraginta & tres insuper. liberos supersti-
 tes reliquie mares quatuor, ut pleriq; sunt au-
 tores, unam fœminam: uel ut Cn. Gellius narrat.
solam

solam filiam: ex qua natus est Ancus Marcius, qui certia post illum loca Romae regnum tenuit. defunctum luctu publico & insigni monumento honorauit populus, quod suum est trans Tiberim in Janiculo. Haec sunt quæ de hoc rege accepimus à maioribus.

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSEN.
*antiquitatum siue Originion
 Romanarum, Liber
 Tertius.*

Continet res Tullii Hostilii, Anci Marci, L. Tarquinii Prisci, tempus autem annorum xciiii.



E F V N C T O Numa Pomplio, reuersaq; ad patres administratione recipublicæ, post aliquoe incerreges suffragio populi creatos, regnum uniuersæ ciuitatis consensu delatū suscepit Tullus Hostilius, ortus ut fercur oppido Medullia: quod ab Albanis olim conditum, Romulus deditione caput fecerat Romanorum coloniam. nam inde annus eius Hostilius in urbem migraverat, ubi uxorem Sabinam duxit Hersiliæ filiam, que auctor fuit popularibus suis foeminis, ut bello Sabino ad patres pro maricis legatione fungerentur: quo facto

o s præc

præcipuam laudem tulerit conciliata & inter partes
 amicitia. Is uir multus Romuli ductu editis egre-
 gius facinoribus, à Sabinis in prælio casus est, re-
 lecto unico filio superstitio: sepulcruq; est non
 longe à regia in maxime conspicua fori parte,
 cum inscriptione elogii restaturi ipsius uirtutem
 apud posteros. ex hoc unico filio iam aduleo, ex
 nobili matrona, prognatus est Tullus Hostilius,
 uir industrius, qui tum rex legitimo populi sus-
 fragio declaratus est, dijs etiam approbantibus
 per secunda auspicia. Annus quo regnum iniit
 fuit alter septimæ supra uigesimam Olympiadis,
 qua stadium uicit Eurybaies Atheniensis,
 principe Zenostrato. hic rex à facto longe ma-
 gnificentissimo principatum auspicatus, deuin-
 xit sibi uniuersam operariam & egenam ple-
 beculam. Superiores reges agrum habuerunt ma-
 gnum & uberem, ex cuius redditibus sacra dijs
 faciebant, & domi uictus abant splendide, pri-
 mun Romulus qui eum iure beli parauerat, de-
 inde Numa Pompilius qui per successionē fruen-
 dum acceperat: habebaturq; non publicus, sed
 propria regū sors & possessio. Eam Tullus per-
 misit diuidi uiritim inter Romanos inopes, pro-
 fessus patrimoniu sibi sufficere in sacrificia sum-
 piusq; domesticos. Hac liberalitate resocii egeni
 ciues imposteriorum non opus habuerunt alijs lo-
 care operam. necui autem decesserit domicilium,
 promotis mœnibus cælium collem urbi adiunxit:
ubi

ubi quoquo Romanorum lare caruerat, adeps
 iam agros edificabant, recte quoque eodem in loco
 habitanter. haec sunt illius viri memorabilia ad
 pacatum Recipub. statum pertinente. In militia
 uero plurima gesisse proditur, que nunc percep-
 sebo a bello Albano exorsus. eius autem inter
 cognatas ciuitates dissidij causa fuit Cluilius
 Albanorum dictator: qui aegre screns Roma-
 norum successus et impotens inuidia, malignitas;
 et arroganti præditus ingenio, decrevit bellum
 excitare inter duos populos. cumque nullam ra-
 tionem uidere qua suis persuadere posset ut co-
 pias contra Romanos duci sinerent, quippe qui
 nullam causam haberet uel instantem uel necessa-
 riam, tale quiddam comminiscitur. Albanos
 quosdam inopes et sroces permisit e Romana
 agro prædas agere impunitate pollicieus: osten-
 tatoque; certo lucro sine restitutio[n]is periculo, re-
 pleuit finitimam regionem latrocinij. nec se felicit
 cum opinio, ut res ipsa docuit. Sciebat enim Ro-
 manos impatiens armis repulsuros rapitorum
 iniuriam: sibiique occasionem fore criminandi eos
 apud populum quasi bellum priores inferrent: et
 cum pluriique inuidarent felicitati suorum colono-
 rum, libenter admissuros calumniam, bellumque;
 decretueros: id quod contigit. Nam cum alieni
 aliorum bona diriperent prædasque abigerent,
 et tam Romanus exercitus Albanum agrum
 ingressus milios latronum partim occidisset,
 partim

parim capriuos abduxisset, aduocata in concio-
 nem plebe Cluilius acriter uerbis in Romanos in-
 uectus, ex ostentatis saucüs, productisq; capri-
 uorum atq; casorum necessariüs, multa etiam re
 atrociora de suo admeneieus, effecit ut legatio
 decerneretur, que autores iniuriae deposceret ad
 supplicium: quod si aequitatem Romani sperne-
 rent, bellū eis indiceret. Ut uero legati in urbem
 peruenierūt, suspicatus Tullus eos res rape. is pœ-
 nasq; raporum repetitum uenisse, maluit eos in
 hoc præuenire, in ipsisq; restorquere causam belli
 ex violati quod cum colonis suis habebant fœ-
 deris. eius leges præscriptæ fuerant regnante Ro-
 mulo, ex inccrateras, neutri populo fas esse bel-
 lum inferre alteri. quod si alecruter crimen ali-
 quod actionemue haberet, lessos debere in eam
 ciuitatem ius petcre, à qua profecta sic iniuria.
 id si non impetraverint, cum uero bellum inferen-
 dum ut necessarium, soluo iam foedere. quapro-
 prius ueritus ne Romani prius repetentibus res
 Albanis negarent, seq; ita obnoxios eis face-
 rene, mandauit præcipuis amicis ut legatos co-
 mitter in hospitium receptos apud se detinarent
 conuiuüs: ipse occupatum si arduis quibusdam
 negotiis simul ins admittere hos distulit. infe-
 quente nocte nobilissimum quenq; , instructum
 quid facto sic opus, Albam res repetitum misit
 cum fecialibus: qui peracto ante solis oreum iti-
 nere, mane pleno iam foro Cluilium inueniunt:
 ex que

Et questi de illatis sibi per Albanos iniurijis,
 conditionibus foederis stari postulant. ille quod
 priores Albani Romam legationem ad res re-
 petendas misissent, et ne responso quidem digni
 essent habiti, abire iubet Romanos ut uiolatores
 foederis, simulque bellum indicet. cum legationis
 princeps discessurus hoc unum interrogauit, fa-
 cere turne eos uiolare foedus, qui primi legatis
 res repenteibus nihil aequum piimum coegerint.
 id faciente Cluilio, Ergo, inquit, restor illos ipsos
 deos quibus olim inter nos foedus ictum est testi-
 bus, priores Romanos ius pertentes repulso pio
 bello uos persequi posse, per uosque stare quomu-
 nus iure agatur, ut res ipsa indicat. priores enim
 res negasti reperenteibus et priores nobis bel-
 lum indixisti. quare breui nos armis injuriam
 ulturos expectabis. His ex legatorum relatione
 cognitis Tullus cum dum legatos accitos iu-
 bet causam aduentus exponere. Quibus Cluili
 mandata renuntiantibus, bellumque minantibus
 si non possent ius suum coequi. Evidem prior,
 inquit, id quod uos nunc feci: et quoniam per
 uos non statut foederis conditionibus, lique a
 nobis prius id uiolarum ac coemptui habitem.
 quamobrem iustum Albanis denuntio bellum
 et necessarium, non solum domesticis copiis id
 gesturus, uerum etiam accersitis subditorum au-
 xilijs. His de causis post factos uirinq; appara-
 tus maximos, et coactus tam proprias quam
 socia

sociales copias, castra collata sunt quadragesimo
 fermè ab urbe stadio. ea metati sunt Alba-
 ni ad fossam Cluiliam, quæ nunc quoq; nomen
 autoris recinet: Romani oportuno loco urbē inter
 ex castra hostium. ut uero mutua consideratione
 fatus apparuit neutrām partem uel numero uel
 armis uel apparatu cetero aleari cedere, primus
 ille imperius aliquancum refixit quo utriq; ad
 certamen ferrebanur, quasi mox profligandis ac
 ne conspectum quidem suum laturis hostibus:
 intentiq; municndis castris de propulsanda ui-
 magis quam de inferenda cogitabat. iamq; pru-
 dentiores subpoenaebat temerarū ducum consilij,
 fremente multitudine duci frustra bellum, nec ul-
 lum committi prælium memorabile: muruis etan-
 sum uelitationibus terri tēpus ex concursionibus
 surmalium. Et incensor belli Cluilius agre fe-
 rens ignavum orium, uolbat productio in aciem
 exercitu hostem ad pugnam prouocare: quam si
 detrectaret, castra ipsa oppugnare totis viribus.
 Omnibus igitur necessarijs præparatis uel ad
 decernendum acie, uel si opus esset ad oppugnan-
 dum uallum ex aggerem, cum noctu in prætorio
 cubasset seruante se consueto satellitio, mane re-
 peretus est moreuus, nullis in corpore existantibus
 cædis aut ueneni strangulationis' ue, aut cuius-
 cunq; tandem uiolentæ necis uestigij. Qui casus
 cum omnibus admirandus, ut erat, uidetur:
 Ex non cōparente causa, quod ne morbo quidem
 genit

centatus fuisset: quidam ad diuinam prouidenciam referre soliti foreunas hominum, superum indignatione extinctum iactabant: ut qui uerem patriam contra suos colonos incitasset ad bellum iniustum ac impium. alij qui belli iura metiebantur proprijs commodis, putantes sibi egregiam prædam exemplam è manibus humaniis dolis & inuidiae imputabant eorum negotiorum, causantes aliquem ex ipsis amulis comparasse uenenum deprehensu difficile, eoque usum in hominis perniciem. alij rursum aiebant eum præmœrore & inopia consilij sibi necem consciuisse, quando omnes conatus difficiles uideret ac irratos, nihilque succedere ex sententia, contra quam' principio belli putauerat. qui uero ab odio & que ac gratia ducis liberi integrum habebant iudicium, his nec deorum ira, nec emulorum dolus, nec ipsius desperatio nidebatur extinxisse hominem, sed satum & naturæ necessitas, uelue expleta portione debita, quam cuique nascentis sua sors destinat. Ita Cluilius priusquam aliquid strenue gesisset, tali fine absumpius est. In eius locum dictator ab exercitu creatus est Merinus Sufetius, uir nec in pace fidius, nec bello administrando idoneus, & si quis Albanorum aliis turbandæ duarum ciuitatum quietis iam dudum cupidus, eaque præcipue de causa successor datus Cluilio. Is imperio poritus perspecta præsenzis negotijs difficultate mutauit consilium, bellum

bellumq; cunctando trahebat, quod uidet rei suo-
 rum remissiores animos, et exta sacrificanti
 parum felicem exitum praelij portenderent. tan-
 dem uisum est missio caduceatore hostium prouo-
 care ad redintegranda secum fœdera, maxime
 quod utriusq; nisi mature conciliarentur, graue
 imminaret periculum. id erat huiusmodi. Neien-
 zium atque Fidenziam ualide ciuitates tem-
 poribus Romuli cum Romanis bello de princi-
 patu et potentia contendebant, uicti q; multis
 suorum desideratis, et parte agri mulierati, co-
 acti fuerant imperata facere, sicut supradili-
 genter docuimus. Numa Pompilio deinde re-
 gnante secura in pace degentes uiris simul et
 fortunis aucti sunt: quam ob felicitatem elatio-
 res ad liberaatem aspirabant detrectantes Ro-
 manorum imperium. Sed eius disfectionis propo-
 sitem hactenus dissimulatum Albano demum
 bello se prodidit. ut enim cognoverunt Romanos
 totis copijs projectos ad decernendum cum Al-
 banis prælio, rati se nactos egregiam rei geren-
 da occasionem, potentissimi quiq; coniuraue-
 runt, ut quoiquot arma tractare possent occul-
 sis itineribus Fidenas conuenirent, ita tamen ne
 plures simul inerarent, quo magis laterent insi-
 dia: ibi obseruarent tempus dum Romanorum
 simul et Albanorum exercitus relicitis castris
 prodirent in aciem: quod cognituri erant e spe-
 cularoribus per montes dispositis. ab his signo
 dato

dato ut uniuersi armati propere contenderebant ad
 castra, duarū autem ad summū trium horarū inter-
 nere inde dissimilata. cum uero supercuninctes prælio
 iam peracto ut credi par erat, omnes haberent
 pro hostibus, et uictores siue hos siue illos ag-
 gressi ferro cōficerent. in hac eum coniuratum fuit
 à ciuitatū principibus. quod si ferocius Albani
 Romanos præ se cōtempnos inuasissent decreuerit
 de summa rerum uno prælio, nihil uerabat quin
 succendentibus insidijs uerique deleretur exercitus.
 nunc uero insperata belli mora, et tempus ap-
 paratus longius, irritum fecit hoc cōsilium. qui-
 dam enim cōniuratibus, siue proprijs prospicien-
 tes cōmodis, siue principum suorum inuidentes co-
 naribus, seu uerici ne index alius existeret, ut sic
 in multorū capitum et lenteis coniurationibus,
 siue quod nollent exsequi eam impie conceptum
 facinus, dolum prodiderūt hostibus. quo cognito
 Sufetius maiore studio adnixus est negotiū com-
 ponere inter partes, quando ne integrū quidem
 sibi esset aliter facere. per idem tempus etiam Ro-
 manus rex de coniuratione ab amicis Fidena-
 ribus factus certior, nec ipse horeanti ad pacem
 Sufetio se difficilem præbuit. itaque congresi ad
 colloquium medio inter castra campo uerique; cū
 suis consiliariis uiris prudentibus, primum ex mo-
 re se salutauerunt non aliter quam cognati et
 soci. deinde pacis est facta mentio: de qua prior
 Albanus sic orsus est uerba facere. Necessariū
 p mihi

mihi uidetur ante omnia causam proferre; cur poscendae pacis à me factum sit initium, cum nec armis à uobis sim superatus, nec exclusus commerciibus: ne foricè putetis me proprijs diffisum uiribus, uestræ ut invictæ potentiæ formidine honestum bellum finem querere. quod quidem si credereis, grauiores esse eis aduersarij, nec ullæ conditiones &qua ac tolerabiles nobis sperandæ esfene quasi à iam uictoribus. ne igitur falsam quampiam causam mee pronioris ad pacem uoluntatis suspicemini, uera accipite. Ego quam primum dictator à meis ciuibus creatus cum magistratum iuij, cogitare coepi quidnam concordiam nostrorum populorum conturbauerit. cùmque animaducremsem leues quasdam & friuolæ occasionses nec ad dirimendam iam cognitorum amicitiam satis idoneas non probabantur mihi nec Albanorum nec uestrum consilium. sed muleo magis displicuit uerorumque insania, postquam negotium aggressus deprehendi non esse unam omnium sententiam. uidi enim nec in priuatis nec in publicis cœribus Albanos uno consensu bellum expetere. cumq; ut in difficultate negotio non satisfacerent humana consilia, ad deorum signa recurrens dum in uictimam exiis scrutor eorum mentem de futuro prælio, nihil letum inueniens moestus hærebam & animis dubius. quapropter inhibita pugnandi libidine, procrastinando bellum duxi,
exp

expectans à uobis mentionem sartienda amicitia: quod utique uos Tulle priores decebat faccre colonos nostros, & hac parte nobis cedere, uestris maioribus. quem enim honorem parentibus liberi, eundem & coloni debent suis conditoribus. Sed interim dum contendimus utrius partis sit prouocare ad amicitiam, externa nos necessitas cui uix humano consilio resisti potest conciliat: quam quia nondum forte intelligitis, uel sine respectu decori studendum reconciliationi arbitror. Graues enim contra nostrum uirosq; machinationes struuntur & dolos inevitabilis, oppresurus nos haud aliter quam incendium aut diluuium, eius impū consilij sunt autores coniurati potentiores ciues Venientium & Fidenatum. rationem autem insidiarum, & quomodo mihi comperta sint occulta illorū consilia, iam audietis. His dictis litteras ab hospitibus suis Fidenis allatas legēdas protulit, simulq; hominem qui eas attulerat exhibuit. cuius post litteras ampliore coiurationis indicio ex ipsius ore cognito, attonitus tamq; inopinato periculo omnibus, corū fremitu colibito suscitius rursus pergit dicere: Audistis Quirites cur haecenus cū Etatisim uobiscum manus conserere, cuius prior uos ad amicitiam prouocare uoluerim. nunc uestrum est dispicere, uerum pueris satius ob rapias buculas & ouiculas conflictari perpetuo. bello cum uestris con-

ditoribus & patribus, in quo uobis siue uictis
 percundum sit siue uictoribus: an posito cum co-
 gnatis hominibus dissidio, nobiscum contra co-
 munes inimicos armæ sumere: qui non contenti
 defecisse in uestram perniciem etiam conspira-
 uerunt, neq; læsi à uobis, neque in posterum ali-
 quam timemus iniuriam: idq; non aperie, sicut
 publicum belli ius postulat, sed clam ne præui-
 deri & proinde caueri possint insidiæ. Sed quo-
 niam positis inimicis persequendos esse totis
 uiribus impios homines nemo nisi insanus dubi-
 tauerit, non liber uos pluribus horeari ad id,
 quod faciendum ultro cernitis. quo autem pa-
 éto ex utriusque ciuitatis commodo finiri bel-
 lum hoc possit, quia id fortasse iamdudum co-
 gnoscere aueris, conabor ostendere. Ego censco
 reconciliationem inter cognatos & amicos fieri
 optimam & honestissimam, quando extincta
 ira obliuioni bona fide traduntur uniuersæ tam
 illatæ utrinque quam acceptæ iniuriæ. aliquan-
 to autem minus honestam, quando liberatis à
 culpa populis, hi soli iure agere inter se cogun-
 tur, ad quos iniuria pertinet. Harum rationum
 alteram mihi uidetur eligendam nobis esse que
 sit decentior & magnanimitatis uiris dignior, com-
 muniq; decreto abolendam omnem præterito-
 rum malorum memoriam. Quod si tibi Tullo
 non placet, sed maiis iure finiri utrinque lafo-
 rum querimonias, parati sunt Albani hoc
 quoq;

quoq; facere, tanum ut prius publica in statum pristinum restituatur amicitia. quod si quem alium praeter hos habes honestiorem iustiorum reconciliationis modum, quanto oxyus eum protuleris, tanto maior et ibi habebitur gratia. Post hunc dicendi uices Romanus excipit: Nobis quoq; suscitii nihil molestius possit accidere quam cede ac sanguine cum cognatis decernendi necessitas, dijs etiam praesidibus bellorum quoties per extra consulteretur praelium non addicentibus nisi lacereremur. nec nos latet occulta scientium atq; Fidenatum in utrosque nostrum coniuratio, nunc nuper hospitum indicio quos illic habemus prodita: ac proinde tum nobis cauemus nequid ab illis detrimenti accipiamus, cum illorum parati sumus ulcisci insidiis: nec minus quam tu bellum hoc sine pugna finire cupimus. priores aueem nos pacem petere non decet, quandoquidem a nobis non est ortum belli initium, sed infestantibus restitimus. quod si arma deposueritis libenter uestram adhortationem accipiemus, neq; circa pacis conditiones morosi crimus: sed ut magnanimos viros deceat, omnem Albanis publicam iniuriam condonabimus, si publica dicenda est cuius auctor fuit imperator uester Cluilius, qui iam dijs meritas penas dedit illatae utrisq; nostrum iniuria. Tollerantur igitur omnes criminationes tam priuatae quam publicae, abolaturq; omnis earum memoria,

moria, quādō tibi quoq; suseti sic uisum est. Sid non tam considerādum ist de farienda in p̄sens amicitia, quānī ne relinquatur in poste-
rum ulla renouandi belli matcria. nam pacis
causa non induciarum conuicimus. Quo-
modo firma fūra sit, & q̄ id utrisq; facien-
dum ut ea perpetuo fruamur, quoniam à te su-
seti p̄termissum est, conabor ipse apponere: ni-
mirum si Albani designant Romanorum inui-
dere successibus, qui sibi coniugissent pro magnis
laboribus ac periculis. siquidem ne minimo qui-
dem à nobis affecti incommode, ideo solum exosos
habetis, quia foreunt uti uidemur uobis magis
prospera, itē si Romani desinant Albanos tan-
quam insidiatores habere suspectos, & cauere
sibi canquam ab hostibus. nemo enim exosus
firmus esse potest in amicitia. Quomodo igitur
arrunq; posset fieri? non si id inscribatur fœderi,
non sacramento ueriusq; partis interposuo: in-
firma sunt enim hæc uincula: sed si alieni alie-
rorum foreunas habeamus pro communibus.
unicum enim est suseti humani doloris ex alie-
nis commodis remedium, si non amplius aliena
bona purent quibus iugident. Quod ut fiat, au-
tor sum Romanus ut Albanos omnium bonoru
que nunc habituriue sunt posthac par-
ticipes faciant: Albani uero grata que dātur
accipiant, & aut populariter commigrent in
nostram urbem, aut saltem maior pars ac po-
sior,

rior. neq; enim decet Sabinos quidē Hetruscōsq;
proprijs sedibus relictis apud nos degere: uos ne-
rō genere coniunctissimos aspernari idem face-
re: quod si candem nobiscum urbem incolere, ma-
gnam licet breuiq; maiorem futuram, graua-
minis tenete uos amore laris patrīj, saltem illud
facite: senatum unum designate qui utriq; ciui-
tati consulat, & principatum alteruiri pra-
stanciori reddite quo magis possit benemereri
de altera. hæc est mea sententia de constabilien-
do inter nos fœdere: alioquin si duas urbes pāri-
ter excellentes incolamus ut nunc, nulla speran-
da est concordia. His auditis suscitius tempus
ad deliberandum postulauit: & cum paulisper
cum suis secessisset, consultauit an esset acci-
pienda conditio: cognitaq; uoluntate omnium re-
uersus ad consistoriū sic locutus est: Nobis Tulle
non placet patriam relinquere, neq; patria sa-
cra maiorumq; lares deserere, locumq; que per
quingētos fermè annos maiores nostri tenuerūt,
presertim cum nullum bellum cō cogat, aliisque
fatalis calamitas. unum autem senatum cōsti-
tui, & uni ciuitati deferri principatum non di-
splicet. ascribatur & hoc, si ita uidetur, fœderis
cōditionibus, tollaturq; omnis belli materia. ciuo-
iam cōuenirei haētenus, reliquum crux certamē
utrisq; principatum sue ciuitati conātibus asse-
rere, multaq; uerba ulro citroq; super ea re sunt
habita, neutra concedente alteri. Albanus sic

uindicabat ius suum. Nobis Tulle debetur principatus Itali.e: qui à Græcis oriundi nulli in hac terra ḡeti secūdi sumus magnitudine. quod si nō aliarum ḡetium, ceteræ Latinorum penes nos erit imperium iure opimo, nimirum quod natura apud omnes ex &quo ḡetes ualere uoluit, ut generis autores præfint suæ soboli. præ omnibus autem colonijs, de quibus nō est quod queramur hactenus. uicstræ principatus ad nos attinet, ut qua non muleo ante deducta sit a rate ab hinc terra, nec dum longo temporis tractu euaneſcere genere. quod si natura patitur ut rerum uicibus uersis posthabetur nouis uetera, aut stirps suis progenitoribus, cum ferendum erit ut cōdizores subiçiamur colonorum nostrorū imperio, sed non antea. atq; hoc unum est principatus ius, quod uobis non libenter cessuri præcedimus: nunc alerum accipite. diceatur enim non in ueſtrum opprobrium, sed quia necessitas postulat. Albanorum genus quale fuit olim urbe recens condita, nunc quoque tale permanet, nec ulla hominum natio præter Græcos & Latinos ius ciuitatis apud nos adcepit a conspicitur. uos uero uicti rempublicam Etruscis atque Sabinis in eam receperis, alijsq; muleis erronibus barbaris, ut iam parua pars superficie germani nostri generis, multipliciter superanteibus exteris & adsciticüs. itaque si uobis principatum cefſrimus, germanis præerunt supposicij, Græcan

canicis barbari , indigenis aduenicū. non enim
 potestis dicere , quòd aduenarum turba exclusa
 ab administratione reipublicæ , ipsi indigenæ
 retinueritis ciuitatis gubernacula , imò etiam
 reges creastis peregrinos , & senatus maior
 pars constat ex aduenis : quarum rerum nihil
 dicitis contigisse uobis uolentibus. quis enim
 potior sponte ferat deterioris imperium ? scul-
 sum igitur fuerit , quæ non potestis negare uos
 pari coactos , & postulare à nobis uolentibus.
 Postremo Albana respublica eodem in statu
 permansie etatibus iam octodecim ex quo pri-
 mum est instituta , nec quiquam interim est cur-
 batum circa ritus patrios. uestra cōtra nondum
 satis ordinata est , ut pote nō pridem condita &
 confusa ex multis nationibus , opus habēs longo
 tempore uariaq; forenta ad componendam &
 sedandam tumultuariam istam multitudinem.
 nemo autem negauerit quin bene compoſita per-
 turbatis , quæ periculum sui fecerunt contrarijs.
 sana languidis præponēda sint : quod uos inuer-
 scre conantes non recte facitis. Ad hæc Tullus
 ita respondit. Quid ad naturæ ius maiorumq;
 uirtutem attinet , susciū uosq; uiri Albani , ni-
 hil inter nos & uos interest : nam eisdem utriq;
 gloriāmur generis principibus , nec est cur hæc
 in re aletri præferamur aleteris. quod uero colo-
 nias suis conditoribus iure naturæ subiici con-
 tenditis , nec uerum nec æquum nobis uiderur.

P S mulae

multæ enim gentes sunt, in quibus ueteres patriæ
 colonis suis subiçtiuncur, adeò non imperant:
 cuius rei magnum & illustre exemplum est
 Spartana ciuitas, non solum cæteris Grecis, ne-
 rum etiam Doricibus imperans, unde ducit
 originem. & quid opus est de alijs dicere? nos ipsi
 qui nostram urbem condidistis, coloni estis La-
 uiniensium. quod si naturæ lege imperium est in
 colonias suis conditoribus, an nō hac parte La-
 uiniensium quam uirorunq; nostrum erit causa
 potior? Hæc ad primam rationem uestram. quā-
 cumuis honesta uideatur, respondisse sufficiat.
 quia uero etiam uitiarum utriusq; ciuitatis col-
 lationem facere conaris superi, asserens Alba-
 nis eundem perpetuo mancre tenorem probi ge-
 neris, nos contraria uitiatos admixtu extermi san-
 guinis, coq; indignum adulterinos imperare ger-
 manis & inquilinos indigenis, disce quantū hic
 quoq; tua te fallat opinio. nos enim adeò non pu-
 det communicasse ciuitatem quibuslibet, ut cum
 primis gloriosum id existimemus facinus. nec
 nostrum id exemplum est, sed Athenienses imi-
 tamur Græcorum hac quoq; de causa clarissi-
 mos. nec est cur nos rei tam uelutile uel pigrat uel
 pœnitent. apud nos enim magistratus ac hono-
 res deferuntur non diuissimis, non his qui longio-
 rem maiorum indigenarum possunt ostendere
 seriem, sed dignissimis. nulla enim alia re quam
 uirtute hominis nobilitatem constare ducimus.
 rclsq

reliqua turba ciuitati robur ac uires adiicie
 ad exequenda potiorum consilia. hæc humani-
 tas ciuitatem nostram magnam ex parua red-
 didit, & finitimus uerendam ex contemptibili:
 huic instituto quod tu suscepisti accusas debemus,
 quod ceterorum Latinorum nemo de principatu
 nobiscum contumeliam endit. in armorum enim uia sita est
 urbium potentia, que nulla est absq; numerosis
 copijs. quæ uero paruae sunt & infrequentes
 atq; ideo debiles, nec alias nec scipias possunt
 regere. in summa ei demum licebit reprehendere
 aliena instituta, suaq; extollere, cui facile
 sit ostendere quod his sua res publica facta sit
 auctior & felicior: alias conteri que reprehenduntur
 his neglegentis prolapsus in dictius nostra
 autem diuersa est conditio, quando uictoria ciui-
 tas à sublimiore fastigio & amplioribus opibus
 ad minorem modum redacta est: nos ab exiguis
 orsi principijs non longo tempore maximam in-
 ter finieimas Romam tali administratione feci-
 mus. qualem tu improbas. seditiones uero quas
 nobis suscepisti obycis, ad salutem reipublicæ con-
 ducunt non perniciem. contenditur enim utri
 plus ei profint, maiores an iuniores, dome-
 stici an aduenae. Et ut rem in pauca uerba
 conserbam, imperaturis duo quedam adesse de-
 bent, in bello uires, in consilijs prudētia, quorum
 numero destituimur: idq; non uane dictum est his
 est experientia. certe tantum roboris ac ampli-
 tudin

ruidinis intra terriam ab urbe condita et atem
 non potuisse nobis accrescere absq; eximia pru-
 denzia et fortitudine. argumento sunt multæ
 Latini non unius ciuitatis, nostræ coloniæ, que à
 uobis ad nos deficiens maluerunt Romanorum
 quam Albancrum imperata facere : quippe
 qui uerunq; ualeamus, et amicos beneficys. et
 hostes incommodis afficere, cum uobis ad neuerrū
 satis sit uirium. Possem suscipi et alia multa
 pro nobis affirre, sed desinam uerba perdere
 apud aduersarios eoq; minus equos iudices.
 Num opinor modum optimum qui solus nostræ
 licet dirimat, quo antehac multi usi sunt tam
 Graci quam barbari post longam contentionem
 de principatu aut de finibus. hoc indicatio finem
 dicendi faciam. equidem censeo certamē id bel-
 liq; fortunam committendam utrinq; parti
 exercitus minime contractæ in exiguum uiro-
 rum numerum, quo utriuscunq; urbis ciues supe-
 riores fuerint, ei tradatur imperium in alteram.
 qua enim uerbis componi non possunt, optimum
 fuerit armis decernere. His uliro citroq; dictis
 pro causa partium, tandem itum est in Romani
 sententiam. cum enim tam Albani quam Ro-
 mani proceres celerem belli finem cuperent, pla-
 cuit eam contentionem armorum arbitrio diri-
 mi. restabat inter duces disceptatio de numero
 eorum qui pugnam capessent. Tullus ut nu-
 mero parceretur, unum cum uno committi uo-
 lebas

lebat Albanorum præstantissimum cum Romanorum fortissimo, patriam suam in hoc operā offerens, Albanumq; ducem ad emulationem prouocans: quod pulchrum esset imperatoribus pugnare pro principatu ac potentia, nec uincere tantum, sed etiam uiro forti herbam porrigerere: recensibatq; multa regum atq; ducum exempla, qui caput pro republica periculis obiectauerint, indignū rati si his uirtute inferiores uidetur, quos antecellerent honoribus. Albanus assentiebatur decernendum quām paucissimorum corporum periculo, nec tamen singulari certamine, dicens reges si sibi me querant potestiam honeste ac necessario tale certamen suscipere: quoties uero ciuitates ipse de principatu contendant periculosam esse huiusmodi aleam, nec satis decoram uel uictis uel uictoribus. præstare ut terni utrinq; lectissimè uiri depugnet in conspectu exercituum. hunc enim numerum ad contiouersias finiendas idoneum maxime, ut qui principium, medium, & finem in se conineat. in hanc conditionem posteaquam conuentum est, soluto concilio in sua quisq; castræ digressi sunt. Vierq; deinde dux aduocatis in concionem suis copys exposuit quid actum sit in colloquio. Et quæ ratio finiendi belli placuerit. cumq; id probaretur magno consensu utriusq; exercitus principium, mirifice ambiabitur hec opera à centurionibus ac milicibus certatim se offerentiibus, &

bus, & ad hanc palmam non uerbis modo ue-
 rum factis etiam aspirantibus, ita ut difficilem
 ducibus delectum facerent. ut enim quisq; erat
 aut maiorum claritate illustris, aut corporis
 robore conspicuus. aut manu promptus, aut ali-
 quo facinore audaci notabilis, primum se postu-
 labat accenseri trium selectorū numero. Tandem
 ambitiosa ista iumentutis in utrisq; castris stu-
 dia dux Albanus compescuit, animaduertens
 diuinitus iundudum prospectum harum ciui-
 tatium futuro certamini, datosq; illis propu-
 gnatorcs non obscuris ortos fanulis & bella-
 tores egrcgios, ad hæc præter eximiam formæ
 speciem non uulgari & rara natiuitate admir-
 abiles. Sequinius enim Albanus uno tempo-
 re gemellas filias, alteram cuius suo Curiatio Ro-
 mano alterā elocauerat Floratio. hæ simul am-
 bæ grauidæ factæ primo partu prolem mascu-
 lam ediderunt trigeminam: quam parentes ut
 felicem eam domui quam patriæ totam educa-
 uerunt donec adolesceret. deus autem his formæ
 ut iam ante dixi & robur animosq; haudqua-
 quam à majorū uirtute degeneres addidit. His
 uiris Sufetius committendum de patriæ prin-
 cipatu crenamen ratius, Romanum regem in col-
 loquium accitum sic alloquitur. Videlur mihi
 Tulle deus aliquis cum cæteris in rebus multis
 curam nostrarum ciuitatum agere, cum uero
 quod ad presens crenamen attinet manifestum
fauorem

fauorem ostendere. inuictos enim qui pro rei summa decernant, egregios bello iuuenes, genere nemini secundos, insignes specie, quodq; præcipuum est uno patre eademq; matre genitos, & quod miraculum auget eadem die in lncem editos, uestrros Horatios, nostros Curiatios, præclarum nimirum est deorum beneficium. Quin igitur amplectimur hanc tantam numinis prouidenciam, & inuitamus ad depugnandum de principatu suis quisq; trigeminos? quos pugnantes præter alia, hac quoq; sequetur haud cœmnen da cōmoditas, quod deficiente propugnator germanus non deerit magis quam qui uis Romanus Albanus' ne aliis, sedabiturq; hac prerogativa iuuenturis nostræ alioqui repulsam nō latrare concenio. Coniūcio enim ut apud nos ita apud eos esse qui uirtutē ostentare cupiant: eos docebimus diuinam quadam fortuna esse præuentos, que dimicatores pro suis ciuitatibus comparauerit: atq; ita quietem illis persuadebimus. putabunt enim sibi non uirtute prælatos trigeminos, si d quadam sorte naturæ certamen tempestantis ad equilibrium. collaudata ab utriusq; partis optimatibus Sufeti sententia, paulum cum Etatus Tullus, cetera, inquit, Sufeti recte mihi uideris animaduertisse. mirifica enim est hac & nulla memoria hominum uisa similitudo generis, quā nostro seculo fortuna in ambabus ciuitatibus protulit. unum tē latere uidetur, quod minus

minus alacres ad pugnam reddet iuuenes, si il-
lis credatur hoc negocium. Horatiorū nostrorum
mater Curiatorū est matreterā, & in ambarū
enueriti sunt iuuenes sinibus, interceditq; inter
ipsos mutua quedam tanquam fraterna pietas.
uidendū igitur ne iniquum sit hos armatos inter
se cōmittere, & irritare in cādem muniam, cum
cognati sint & sub eisdem aliti nurricibus, ne
fore ē domesticum scelus in nos redunder qui eos
huc cōpulerimus. Ad hāc suspirius. Nec me la-
teet Tulle hāc cognatio, nec iuitos cogendos cen-
sco ad cereandū cū cōsobrinis iuuenibus. itaq; cū
primū mihi in mentem uenit hoc cōsilium, acci-
tis Curiatīs nostris pertentauit illorum animos
num abhorrerent à certamine. cumq; uiderem
eos meā orationem mira quadam & incredi-
bili alacritate admittere, cum demum ausus
sum proferre ecumq; cōmunicare meā senten-
tiam. idem ut & ipse facias suadeo, & accer-
sis uestris trigeminis explores quae sit uoluntas
iuuenum. qui si ultero subire pro patria periculu
consenserint, accipiendum est grato animo. alio-
qui ergiuersantes nō cogendos arbitror: quāuis
cadē de illis quae de nostris auguror, quando-
quidē audio cū paucis generosos esse & bello
strenuos. nam & ad nos eorū uiri uis fama per-
uenit. quo fit ut credam pro patria libenter se
obiecturos periculis. nō aspernarius hanc admo-
nitionem Tullus, inducūs factus in dēcē dies, per
quos

quos uoluntate trigeminorum cognita certius respondere posset, in urbem reuenerit. sequentibus diebus cōsultatione cū optimatibus suis habita, cum plerisq; uidetur accipienda monita suscepit, euocatos trigeminos fratres sic alloquitur. Scire uos uelim Horatiū, in proximo colloquio me à suscepio monitum, diuina prouidentia factum ueciuitas utraq; ternos propugnatores habeat, uiros quibus nec fortiores nec magis idoneos inuenire liccat, uos Romæ, Albæ Curriatios. quapropter primum se perscrutari, uellet ne consobrini uestrī corpora sua cōmodare patriæ. cumq; illi non recusassent de summa rerum decernere, ausum se super hoc mihi uerba facere, postulando ut perecentarem uestrōs animos ecquid uelitis pro republica patriæ congregātum Curriatū, an malitis hoc decus alij eo aspirantibus cedere. respondi benigne, me qui sciam uos forti pectore præditos manuq; strenuos, nullis libentius commissurū discrimen reipublicæ. sed quia uereretur ne uos remoraretur cognatio qua iuncti estis Albanis trigeminis, deliberandi spatiū petiū factis decem dierū inducūs. mos huc reuersus senatu coacto retuli super hoc negotio. plurium sententia fuit, si sponde suscipereis certamen uobis tam conueniens tamq; honorificum, quod ego paratus eram solus pro omnibus decernere, laudandos uos habendamq; gratiam. quod siqua uos cognationis

q

religio

religio teneat, non esse urgendos amplius. cum
 igitur hoc sit S.C. qui neq; moleste feret si hoc
 facere grauemini, et magnam gratiam habi-
 turus est si cognationi pr. et ueritatis patriam, ue-
 strum est delibetare quid factu censeatis optimū.
 Iis auditis iuuenes fecerunt, et post breuem
 collocutionem reuersis unus pro omnibus ita lo-
 curus est. Si liberi et in nostra potestate esse-
 mus Tulle, sine mora certiorum te faceremus,
 quid existimemus de inendo cum consobrinis
 certamin. nūc quoniam superest pater, sinc quo-
 nihil nobis dicere facere ne permittimus, roga-
 mus ut paulisper expectes responsum de patris
 consilio. annuncie rege et laudante pictarem
 iuuenum, ad patrem abeunt. qui postquam co-
 gnouit quid proposuisset Sufetius, quid Tullo
 perconsanti respondissent iuuenes, rogatus sen-
 tenciam. Pie, inquit, facitis filij, quod patris ar-
 bitrari uiuentes, nihil absq; mea uoluntate
 agitis: sed iam tempus est ut uosmeipsi decla-
 reis, uestrā in tali negotio prudentiam. Fin-
 gite igitur iam me defunctum facto, et dicite
 quid statueretis destituti meo cōsilio. Tum unus
 eorum: Susciperemus mi pater certamen pro
 principatu patris, parati ferre quicquid fortu-
 ne uisum fuerit. mori enim malleus quam ui-
 uere, degeneres a te ceterisq; nostris maioribus.
 cognationis autem respectum non tam ipsi abū-
 ciens, quam à consobrinis neglectam scrimus
equa

æquo animo. Si Curiarijs honestus est cognatione
potior, nec Horatij uirtutem posthabebant pro-
pinquitati generis. Ibi pater cognita cori men-
te gauisus sublatis ad cœlum manibus gratias
agebat düs immortalibus. quod tam egregios
sibi dedissent liberos. complexus deinde et exo-
scularus singulos, audire, inquit, meam quoque
sententiam optimi filij. ite, et tam pulchrum
hoc piutq; responsum Tullo referte. illi leti pa-
rensis horatii regem adeunis, certamenq; susci-
piunt. Rex in senatu collaudatis iuuenibus per-
legatos Albanis denuntiat, accipere condicio-
nem Romanos, et prodicuros Horarios qui li-
tem de principatu armis dirimant. Nunc quia
præsens argumeneum descriptionem eius pugnae
postulat, narrationemq; casuum qui subsecuti
sunt tragicis similium, diligenter quantum po-
tero conabor percensere singula. Vbi tempus
exsequendi pacta aduenit, uniuersus Romano-
rum exercitus prodix: prodicunt et depugna-
turi iuuenes, comprecari prius deos patrios, de-
ducente rege et rato populo prosequente faustis
omnibus, ac floribus conßergente corum capi-
ta. iamq; et Albanorum copie prodierant.
rum positis castris non longe ab inuicem, me-
dius campus in Romanorum et Albanorum
agri finibus destinatus pugnae est, ubi etiam
antea castra metari fuerant. ac primum ma-
tariis uictimis super ardentes focos iuratum est

utrinq;; quanq; ciuitatem eam fortunam boni
 consuluram, quam trigeminorum pugna attu-
 lerit, fœdusq; scrutaturam sine dolo malo tam
 ipsam quam omnes ipsius postulos. post rem di-
 uinam peractam positis armis processerunt ex-
 tra uallum utrinq; spectatores futuri certami-
 nis, relicto ad id trium firmè stadiorum spatio
 medio. paulo post Albanus imperator produ-
 xit Curiatios, Romanus rex Floratios, præter
 egregiam armaturam ornatos sicut qui morti
 destinati sunt. ut uero cōgressi sunt proprius gla-
 dios tradiderunt armigeris, ipsi ruebant in com-
 plexus mutuos flentes suauissimisq; se salutan-
 tes appellationibus, ut nemini non cierent lacry-
 mas, uulgo tam suam quam ducum immanita-
 tem incusantibus, quod cum potuissent per alia
 corpora pugnam eam decernere, impio duello
 commisissent inter se consanguincos. postquam
 satis indulsum est salutationibus, sumptis gla-
 dijs retro se receperunt: moxq; infestis mucroni-
 bus cōcurrerunt uelut due acies. hactenus quies-
 et silentium fuerat in utroq; exercitu. tum uc-
 ero frequentes acclamations exortæ sunt, nunc
 his nunc illis suos adhortantibus, et per repe-
 titos gemitus in uota deos uocantibus: quaquam
 alici uociferationes inter certamina solent fie-
 ri, dum non ea solum que in conspectu geribant
 tur obuersareneur animo, sed magis erecti pen-
 derent intentiūq; in pugnæ exitum. nam et lon-
 gior

gior prospectus fallebat oculos spectantium, & crebri dimicantium assulcus ac recessus mutuus dubiam faciebant spem uictoriae. Sic & quo marte diu certatum est: quod robore animisq; pares, armatura quoq; muniti essent eximia, nec ulla corporis pars non satis regcretur, que ita celerare posset exitum. quo factum est ut multos ex ueroque exercitu oblitos qui se deccrene affectuum paulatim pugnae libido incesseret, mallensq; pro spectatoribus certatores fieri. tandem Albanorum maximus cum aducrario consirtis manibus diu conflictatus, non irrito ictu per inguen cum traiçit: qui iam ante granatus alijs uulneribus, letali hoc postremo ictus deficienribus membris procubuit. exclamane uirinq; spectatores, Romani ut uicti, Albani ut uictoriae compores: quod impares tribus uideretur duo superstites. interim succenturiatus prolapso Romanus Albanum re bene gestas exultante aggressus, muleis ultero citroq; illaris ictibus, non fallente dexera iugulo infigit gladium: mutatoq; breui cum forena pugna affectu spectantium, Romanis ex pristino mætore se recolligentibus, Albanis iam minus gaudentibus, alius rursum aduersus casus illos terruit, his animum reddidit. Cæso enim Alano, germanus qui proximam illi stationem renuerat uictorem adortus est: acciditq; ut continuatis ictibus eodem tempore uierq; alterum

q 3 grauicer

grauietur uulnerauerit, *Albanus Romanum*
in capite, & punctum in p̄cordijs: ille depul-
so aduersarij scuto, poplitem ei succiderit. is læ-
tali plaga conseptus in uestigio cecidit: alter
poplise debilis utcunque se sustentabat clypeo,
una cum suo fratre excepturus Romanum qui
sapererat reliquias. imminebat alter eius ergo,
alter pectori. ille ueritus ne à diobus circumuen-
eus succumberet, integer consiliū pugnam se-
gregat, simulatione fugae facilius deuicturus
singulos, quod alter fratrum insc̄qui hand na-
lereb̄ præ uulnere: fugiensq; quantum poterat,
uoti compos factus est. hæreb̄t enim ergo
Albanorum alter nullo impeditus graui uul-
*nere, relictō longe imbecilli altero. ibi *Alba-**
nis clamore suos accendenteibus, iubilantebusq;
& cantum non coronas ut re bene gestā po-
scēnēbus: Romanis contrà suum obiurganti-
bus & presentem statum deplorantibus, Ro-
manus obseruato tempore uertit se celeriter, &
*priusquam ille cancre *Albanum ferro occu-**
pat, absciso cubito tenuis brachio: cumq; humili-
iaceret eius una cum manu gladius, repetitum
ictu letali iuuenem conficit: postremo reliquum
unum adortus, seminecem iam & languidum ingulat. lectis deinde spolijs in urbem
properat, primus patri nuntiaturus suam ipsius
uictoriā. Fortuna, nemini perpetuo blan-
da, inuidit homini, & quem momento tem-
poris

poris ad summam felicitatem exulerat, eadem die paricidam factum in fœdam calamitatem coniecit. iam enim portæ propinquus intercessum gratulatum turbam uidit sororem occurrere: turbatusq; primo aspectu quæd deserta matre virgo nubilis dedisset se in turbam ignobilem, tandem discussis suspicionibus sinistris, in meliorem partem factum interpretatus est: desiderio fratrum uoluisse ampliati incolument, ex ipsoq; discere quam forteer occubuisse certi, ideoq; decori aliquantum obliuam multibiter. at illam non fratrum desiderium insueram uiam ingredi compulserat, sed amor ex consobrinis unius, cui à paire despensa fuerat, amoremq; hactenus occultum habuerat. ne uero quodam milite renuntiantे audiuie pugna cœnatum, non amplius sui compos relictis ædibus bacchabunda firebatur ad portam, nutrīcē frustra inseguente ac reuocante nil respiciens. egressi urbem ubi uidit fratrem gaulement coronis uictricibus, quibus eum rex honorauerat, sodalesq; præferentes casorum spolia, & in his tunicam pictam scđ rum cruore fœdatam, quam suis ac matris manibus confectam sponso more gentis donum nupiale futurum miserat: scissa uiste, peclueq; ambabus plangens manibus, flebiliter nomine inuocabat morenum, aeronitis rei miraculo omnibus qui colloci aderant. defleto deinde sponsi facio fratrem

74 corue

torue intuens exclamat: *Sc celestissime mortalia-
lum, gaudes infelix consobrinis cæsis, et orba-
ta coniugio me sorore misera?* neq; te extincto-
rum cognatorum misere, quos appellare fra-
terum vocabulo es solitus? sed quasi re bene gesta
insanis præ letitia, et coronatus incedis in tan-
tis calamitatibus? cuiusnam fere animus tuum
pectus occupat? *Ad huc ille: Immo uero ciuis
amantis patriam, nec impune abire passuri
quisquis ei male uult, siue is externus sit siue do-
mesticus, in quo numero pono te quoq;: que eo-
dem tempore accepio altero letissimo Recip. al-
tero priuatum tristissimo nuntio, de uictoria pa-
triae, quam ego tuus frater partam affero, deq;
casis duobus fratribus, scelesta neque publico
frueris gaudio, neq; luctu moueris domestico. sed
contemperis germanis sponsi deplorans obitū: neq;
in malam rem te abdis, sed facis id inspectante
populo: mihiq; uiruem et coronas obiycis uir-
go non uirgo, iniqua fratribus et indigna no-
stris maioribus. quando igitur cōsobrinas lugere
mauis quam fratres, et corpore inter uiuos ob-
errans animum habes apud mortuum, abi hinc
ad illum quem inuocas, et tam patri quam ger-
manis dedecori esse desine. His dictis indignatio-
nis modum supergressus, ut erat ira concitus en-
sem per laus eius adigit: atq; ita sorore inter-
empta pergit ad patrem. adeò autem scueri ac
rigidi sum erant Romanorum mores animiq;: et
si quis*

si quis ad nostram hanc uitam nostraq; facta
conferat, duri ac crudeles, & ad ferim quan-
dam immanitatem accedentes propius, ut pater
audio etim graui facinore, non solum no iniquo
animo id eulerit, uerum etiam recte & conue-
nienter factum pronunciauerit: quippe qui nec
domum filie cadaver referri, nec maiorum mo-
numentis inferri permisit, nec funebri ornatus
exequiis ue dignatus est solennibus: sed proie-
ctam ubi confossa est prætereuntes lapidibus gle-
bisq; obruerunt destitutam cura domestica. qua
quidem insignem eius uiri duritiam indicare,
atq; etiam magis id quod iam dicturus sum. ea
ipsa die quasi ob rem feliciter gestam mactauit
dys patriis quas uouerat uictimas, epulumq; co-
gnatis ut in maximo festo exhibuit splendidum,
minore ratione habita propriæ calamitatis
quam felicitatis publicæ. id quod non solus Ho-
ratius, sed & alij multi uiri illustres fecisse di-
cuntur postea, uidelicet recens tum orbati liberia
sacrificasse coronati atq; triumphasse, quoties
ipsorum opera felicitas quæpiam contigisset rei-
publicæ: de quibus suo dicerur tempore. Ceter-
rum post trigeminorum pugnam Romani qui in
castris aderat magnifice sepulis suis quo quisq;
loco ceciderat, cæsisq; uictimis epulabantur ge-
nialiter. Albani contrà hac clade moesti, &
incusantes imperatoris sui consilium, pleriq; no-
luerunt corpora curare eo uestere. Postera die

q s Roman

Romanus rex uocatos eos in concionem solatus est : nihil se illis molestum aut præter iura cognationis imperaturum, sed pariter consulerum viriusq; ciuitatis cōmodis : sufficiunt quoq; se in codem magistratu relinquere , nec quidquam mutare in præsenti statu Reipublicæ : atq; ita dimissa concione reduxit domum copias. cumq; ex senatusconsulio triumphasset , iamq; ad ciuiles causas cognoscendas se ueniisse , quidam non mediocris auoritatis viri cœperunt reum agere Horatium paricidij cœdisq; domesticæ : hi longa oratione proferebant leges quæ nemini quenquam indemnatum occidere permittunt : recensebantq; exempla dorum iræ in ciuitates quæ inulta siuissent scelera. Pater contrà patrocinabatur filio , accusans filiam , negans eam dicendam cædem , sed pœnam ue- rius : postulabatq; ad se deferri domesticum iudicium , qui cum cæsam cum occisorem genuerit . cumq; multa pro reo , multa contrà dicta fuis- sent , hærebas rex incertus quonam modo finien- da esse ca lis . neque enim confessum indemnata sororis paricidam contra leges absolucre sibi li- cere putabat , ne diras sceleris ultrices à faci- noris patratore in propriam familiam auerte- ret . neque ut homicidam necandum censibat , qui pro patria uite periculum adierit , eiq; tan- tam accessionem imperij pepererit , præsertim patre ipsum absolucionem , quem potissimum ul- torum

torum filiae ius ex natura fecerat. tandem post longam deliberationem uisum est factu optimum eam cognitionem reserre ad populum. Populus autem Romanus cum primum capitalis cause iudicium adeptus, comprobauit patris sententiam, iuuencemque absoluuit a cedis crimine. Rex tamen non contentus hominum calculus, ex religione sollicitus, accius pontificibus iussit placari deos atque genios, et a cede iuuencem expiari legitime. illi posuisse duabus aris, altera Iunoni ad quam sorores curare attinet, altera Iano patrio numini, cuius nomen consobrini a iuuene perempti retulerant, sacrisque quibusdam super casus factis, inter cetera piamina quibus cum usi sunt, postremo sub iugum miserunt Horatium. Est autem Romanis mos quoties hostes iradiis armis deditioinem faciunt, duo signa recta humu defigere, hisque cereium transuersum superimponere, et sub eo capieinos transmittere, moxque dimittere liberos. Hoc ipsi iugum vocant: quod cum expiatores inter piamina postremum adhibuerunt iuueni. locum uero ubi id factum est, omnes Romani sacrum existimane. est autem in angiporeo qui a Carinis ducit ad uicum Cyprus, ubi ex are manente unc posse, et lignum super eas transuersum infixum duobus inter se aduersis parietibus. quod capie ex eundem imminent, vocaturque a Romanis sigillum sororum. eo loco huius casus monumentum

meneum asseruatum populus Romanus annuis honorari sacrificijs. extat & alterum uirtutis quam in pugna declarauit testimonium, angularis columella à qua altera fori basilica incipit, cui affixa fuerant trigeminorum spolia. sed illa ueritate consumpta sunt, columella tamen priscam appellationem retainens pila uocatur Horatia. quin & lex tum primum lata durat hodieq; ad perpetuam illorū iuuenium gloriam, iubens ut quories nascanur trigemini, alimenter ex publico usq; pubertatem accipiante. Tam uaria etiamq; mirifica fuit fortuna Horatiae familiæ. Ac Romanus rex per integrum annum apparatu facto bellum Fidenatis in serre statuit: quod citati ad dicendam causam de insidijs quas Romanis simul & Albanis struxerant, comparere noluerint, sed sumptis mox armis, porrisq; clausis, & ascitis vcientiū auxilijs aperie defecerint. Legatis quoq; Romanorum causam defectionis sciscitantibus responderant nihil sibi esse cum Romanis negotij iam inde ex quo Romulus factio functus est, cum quo sibi fœdus & amicitia intercesserat. ea de causa rex & suas armabat copias, & auxiliares corrogabat à socijs: inter quas plures cæteris & fortiores ab Alba ducebantur suetius. hunc Tullius ut fidum & promptum ad res gerendas socium laudauit, omniumq; consiliorum fecit concium. ille uero cum male apud suos cines audiret, quasi proximo

proximum bellum non bene administrans pro-didisse Rem publicam, iamq; tertium annum Tullo ita uolente retincret dictaturam, pere^{ce}sus precariam potestatem, et praesce quam sub-eſſe malens, rem commenius est nefariam. Legatis enim clam missis ad Romanorum hostes, dubitantes adhuc ad defectionem impulit, pollicitus se quoq; inuasurum illos in medio prælio: easq; machinationes tam occultas habuit, ut deprehenderetur a nemine. Tullus interim suis simul et auxiliaribus copijs instructus contra hostem profectus est: hisq; ultra Anicentem eraductis, caſtra non longe à Fidenis posuit: cumq; inuenisset ualidum Fidenatum et socrorum exercitum instructum ante moenia, ea die nihil molitus est. postera uero Sufetio cum ceteris primarijs amicis accito, considerabat cum illis quid opus facto sit: et omnibus censemibus non differendum prælium, cum in sequentem diem paratos esse iussisset, datis cuiq; mandatis dimisit concilium. At Sufetius qui amicis etiam mulieris prodictionem nondum apericerat, Albaniorum præcipuum quenq; tribunum centurionemue conuocatos sic alloquitur. Est uiri quod de rebus magnis et insperatis uobiscum consilium meum communicem, quas hactenus occulas habui: eas oro silentio regite, si me uileis incolumem. que si uobis quoq; uidetur uiles, coepitis meis adiutores non deeritis. temporis angustia

gusti e non sinunt me multa uerba facere, ideo
 rem in pauca duntaxat necessarii conferam.
 Ego toto illo tempore, ex quo sub Romanorum
 imperium uenimus, turpem & irissem uitam
 exegi, tametsi ab eorum rege honoratus dicta-
 turam tereum iam annum tenco, teneboque; per-
 petuo si uoluero. Sed quia summam infelicitatem
 duco solus esse felix in calamitate publica,
 reputans mecum illos nobis contra omne ius ac
 fas ademisse imperium, coepi cogitare quomodo
 id sine graui periculo possemus recipere: mulaque;
 in animo uersanti nulla ratio uisa est. uel minor
 uel expeditior, quam si aliquod bellum exorire-
 tur finitimum. Iunc enim illis opus fore sociorum
 & nostra in primis opera. qua occasione facile
 uos ipsos intellecturos, cum honestius esse tum
 iustius pro libertate propria cereare quam pro
 Romanorum imperio. quapropter effici clancu-
 lariis artibus ut ipsorum subditi Neuenes &
 Fidenates arma sumerent, belli socium illis me
 fore pollicitus. Et hucusque conatus mei latue-
 runt Romanos, dum opportunitas temporis que-
 ritur ad insidias: quare considerare quam non
 negligenda se nunc offerat. primum non aperie-
 agiur defectio, anceps alioqui habitura peri-
 culum: ne uel nimia festinatione imparati do-
 mesticisque; tantum freei uiribus de summa rei
 iaceremus alciam: uel inter apparandum au-
 xiliaque; solicitanda preoccuparemur a paris
iam

iam anteā. nunc uir amq; commoditatē habemus nullo periculo. deinde aduersarios bello for-
zundatos, & penè inuictos si uiribus contenden-
dum sit, nunc non ui superabimus, sed dolo &
artibus multo efficacioribus: nec id primi facie-
mus aut soli. ad hæc propria potestia nostræ
imparcs Romanorum atq; sociorum copijs, aucti-
sumus Fidenarium atq; Vientium quantas ui-
detis uiribus: quibus ue possumus tuio fidere iam
ante à me prouisum est. non enim in nostro
agro, sed pro suo Fidenates pugnaturi sunt: in-
terim defendetur noster quoq;. Et quod incun-
dissimum est, sed rare in omni aeu felicitatis,
beneficium accipiendo confirre in illos uidebi-
mū: & si nobis, sicut fore credimus, successerit,
Fidenarium atq; Vientium ope liberari graui
dominio, ac si ipsos liberassimus gratos & de-
uinctos habebimus. Hæc sunt quæ mea cura
prouisa satiis digna mihi uidetur quæ defectio-
nem nostram accelerent. nunc audite quomoda
negotium id aggredi cogito. Locum in acie
Tullus mihi ad radicem mantis, & alecrum cor-
nis euendum attribuit. eum locum ego instante
conflictu paulatim deserens subducam me in
montem uosq; seruatis ordinibus me sequemini.
cunq; in summū cuasiro, iam tuus audire quid
deinceps facturus sum. Si quidem uidero mihi ex-
scentia rem succedere, & hostes audaciore
frcos nostris pollicitis, Romanos contra paucere

RCSquasiD. L. DR.L. MARCO

quasi à nobis proditos, atq; ut speramus de sua
magis quam pugna cogitare, aggressus eos re-
plebo campum cadaucibus, ut pote ex superiore
loco in eos delatus per proclivias, & turbatos
integris atque instructis inuadens copijs. plu-
rimum autem in bello ualeat uel uana prodicio-
nis aut nouorum hostium aduenus opinio,
multique iam exercitus nulla alia de causa ma-
gis quam inani metu incircione deleti sunt.
hic uero non terriculamentum erit, sed hor-
rendum tam specie quam re periculum. Sin au-
tem contrà quam cogito ceciderit: dicam enim
id quoque quandoquidem hominibus multa se-
pe præter opinionem euixiunt: tum etiam ipse
mirabo propositum. ducam enim & nos con-
tra hostes, Romanis futurus uictorie socios:
simulaboq; me ideo superiora loca occupasse, ne
circumuenios à tergo cederem. quod eo faci-
lius credetur, quia uerbis facta congruent. ita
fieri ut clavis neutrī, felicis uero euentus ueris-
libet simus participes. Evidem h.c. ut decreui,
ita dūs fauentibus conficiam. uestrum est ante
omnia seruare silentium, deinde compositis re-
bus omnibus manda celeriter exequi, & tum
uosmeipso forces uiros præstare, tum alio-
rum animos ad idem accendere, cogitando quod
aliter nos pro libertate ccriare decet quam c.e-
teros homines iam assuetos seruitio, quando-
quidem talcm Rempublicam à maioribus acce-
pimus.

pimus. nati enim sumus liberi ex liberis, et patres
eradiderunt nobis imperium in finitimos, quod
qui gentorum annorum tempore constabili-
rum postcris etiam nostris relinquendum est.
Nec quenquam nostrum ab hoc consilio deter-
reat religio iuris iurandi et foederi, sed cogite
foedus iam antea per Romanos violatum nunc in
integrum restituiri: idque non exigui momenti, sed
sacrosanctu naturae iure omniumque tam Gre-
carum quam barbararum gentium, quod iubet
patres natis imperare ac iura reddire, itidemque
conditores suis colonijs. hoc foedus nunquam est
verum humanarum natura tollendum non nos
violamus cupientes id manere perpetuo, neque ue-
impium timemus indignationem numinum, quod
scrivere nostrae stirpi non ferimus: sed illis ira deum
imminet, qui ausu nefario coegerunt diuinis
leges humanis cedere: et illis aduersaturos par-
est credere, non nobis: humano quoque iudicio ipsis
culpa non nobis imputabitur. Si igitur hac uo-
bis probaneur omnibus, faciamus ita inuocato
fauore deorum simul et demonum. quod si ue-
strum aliquis dissentit, et aue nunquam nostra
ciuitati aspirandum censem ad dignitatem pri-
stinam, aut differendum id in tempus opportu-
nus, eum sententiam suam in medium proferre
ne pigeat. Sequemur enim consilium quod uobis
uniuersis uidebitur optimum. tunc deinde cœtu
lausante uiri sententiam, singulos operam pol-
lic

licentes, iure iurando prius obstrictos dimisit. Postera dic Fidenatum atq; sociorum exercitus sub ortum solis extra nullum progressus est in aciem: Romanis quoq; instructis ex aduerso prodeuntibus. Sinistrum cornu Tullus cum Romanis tenebat Vicentibus oppositus, qui erant in dextro hostium. in Romanorum dextro Mentinus Sufetius Albanis suis praecorat, ex aduerso habens Fidenates herentes montis lateri. iamq; sibi inuicem propinquantibus, priusquam inter aequali iactu ucniretur, Albani à reliquo exercitu diuisi monrem peccabant integris ordinibus. quo usq; Fidenates confirmati in opinione proditioris ab Albano promisse, in Romanos inuehuerunt acrius. ita dexterum Romanorum latus discessu sociorum nudatum turbabatur et laborabat gravis. interim sinistrum egregie pugnabat, praecepit Tullus cum scilicetis equitum. Et ecce tibi eques precipiti cursu aduenctus, Laboras, inquit, dexterum nostrum cornu Tulle. Albani deserta acie festinat ad loca edita. Fidenates illis prius oppositi, nudatos eorum discessu iamiam circumuenienti sunt. Ad hunc nuntium, conspectumq; Albanorum in montem properancium Romanos quasi circumueniendos ab hostibus timor occupat, ut neq; pugnare, neq; loco ualerent consistere. Ibi prudens consiliū Tullo in mente ueuisse dicitur, qui nil turbatus inopinato periculo, non solum seruanit ex praesenti pernicie Roman

manum exercitum, uerum etiam hostium res
subuerte et redigit in nihilum. audito enim
nuntio uocem atollens ut exaudiretur et ab
hostibus, exclamat: *Vicimus milites.* Albani
meo iussu proximum montem occuparunt ut cer-
nitis, inde impetum facturi in tergo hostium. nocte
igitur opore uno loco inimicissimos homines, à
fronte paruerunt et à tergo roris uestris expositos,
ut nec progredi nec retro ferre pedem ualent, à
lateribus quoque hinc monte clausos inde flumi-
ne, inuidite illos intrepide. has uoces omnibus. in-
gerebat obsequitans ordines: statimque Fidenates
metus subiit in se uertentis prodictionis, quasi
stratagema deceptos à suscitio, quādo nec pro-
sestantem uidebant, nec Romanos, inuidenter ut
pollicitus fuerat. Romani cōrā iam audaciores
sublato clamore conferti hostē impetrunt sequi-
tur fuga Fidenarium nullo ordine urbē suam pe-
centium. Rex immisso in turbatos equitatu aliquādiu
persecutus pauidos, ubi uidit sic dissipati-
bos ut nō possent instaurare ordines, omis-
sientibus reliquam hostiū partem etiā tum re-
sistenter adoritur. acriter enim pugnabat pedi-
tes, acrius etiā equites. uerbatur enim suum locū
Uicenes nihil Romano equitatu territi, dūq; no-
libane cedere. Tandem cognito profligatos esse
in sinistro suo cornu socios, et Fidenates effuse
fugere, ueriti ne circumuenirentur conuersis in se
qui illos profligauerant, terga dederunt soluta-

r 2 acie,

acie, conati per flumen evadere. horum qui corporibus & viribus integris natare valebant, armorum iactura salutem redimebat committentes se fluuiio. reliqui vulneribus pregrauati rapiebantur gurgiteibus. concitatus enim et uorticosus circa Fidenas fluuit Tiberis. Ceterū Tullus immissa parte equitum qui erucidarent copulos ad fluuium, ipse ad oppugnanda Vicinrium castra profectus cepit ea primo impetu. atq; ita Romanis insperata salus contigit. Tum denum Albanus conspicatus egregiam Tulli uictoriā, suis in campum deductis fugientes Fidenates persecutus est, ut Romanis uideretur socialem prestare operam: muleosq; oppresit dispersos in fuga. Tullus autem offensus intellecta cius proditione non simplici, tamen ad tempus dissimulandum ratus donec hominem in suā potestarem redegisset, palam approbauit successum illum ad loca edita ut uehem̄ter utilem: & attributa ei parte equitum iusit supremā uictoriā manum imponere intercipiendis cedendisq; Fidenatibus quo minus possent intra mœnia refugere. Læsus ille assecuum se alecrum corū quæ sperauerat, nimirum quod Tullū fecellisset, diu per campos obequitans interficiebat quo quot uenirent in manua: occidente denum sole à persecuzione reuereens in castra Romana reduxit equites. & ibi cum ceteris noctem eam exegit in hilaritatibus quæ celebrari solent ob uictoriā.

riam. Tullus intra Vicinum uallum mansit usq; ad primam uigiliam : habuitq; inquisitio ne in captiuorum nobilissimos de defectionis autoribus , ut inter coniuratos nominari audiuit et Albanum Merium suscitum, cum uidetur factum eius non discrepare à captiuorum indicio , consenso equo assumptisq; amicorum fidissimis in urbem properauit: et anec media noctem euocatis domo senatoriis proditionem Albanorum denarrat capiuis auctstantibus: utq; ipse stratagema Fidenates ceterosq; hostes cluserit: postrem referebat ad eos quid bello feliciter finito faciendum censerent, quo ue modo sumendum de proditoribus supplicium, et Albanorum ciuitas modestior recessenda in posterū. Omnibus uisum est aquissimum in autores tam impii facinoris animaducre: sed quomodo id facile ac tuto fieri posse aliquando dubitatum est. occulee precipuos Albanorum tollere uidebatur impossibile. quod si palam fontes ad poenam conarcentur corripere, non passuros id Albanos, sed rebellacuros potius. neq; placebat eodem tempore cum Fidenaribus Hieruscisq; et Albanis eorum fautoribus bellum gerere. tandem reliquis nihil explicantibus in Tulli sententiam itum est ab omnibus, quam referemus paulo post. ac mox admisso equo quadraginta stadia emensus ad Fidenas in castra reuertitur: ibi accitum M. Horatium unum è trigeminis

r 3 sup

supersticem cum equitum pediumq; lectissimis
 misit Albam, iussum quam primum amice
 receptus esse intra moenia, ciubus in potestae-
 rem redactis solo equare omnia tam priuata
 quam publica edificia fanis exceperis, abstinere
 autem a cede omniq; iniuria hominum, et res
 suas cuiq; sinere. quo dimisso tribunos ac centu-
 riones conuocat: expositoq; senatus consuleo, co-
 rum se stiput satellitio. Paulopost adfuit Al-
 banus gratulaturus illi uictoriam Tullius non-
 dum secreta mentis proferens laudabat eum, do-
 nis amplissimis dignum pronuntians: regnabarq;
 daret sibi Albanorum scripta nomina, quo-
 rum eo praelio eminentior extitisset opera, ut et
 ipsi pro parte sux mirum uictoriae fructum
 perciperent. ille libens amicorum fidissimos et
 zoriis secreti consciros atq; socios in tabella no-
 ratos obiulit. tum rex edixit omnes milites in
 concionem uenire armis positis. quo facto, ducet
 Albanum cum tribunis et centurionibus pro-
 xime tribunal iussit consistere, post hos Albanorum
 et ceterorum sociorum uulgas. in exti-
 mo circulo Romanos statuit, quorum foreissimus
 quisq; sub amictu regebat brcuem gladii. cumq;
 iam inimicos habere obnoxios, assurgens sic
 exorsus est. Gratia dis milites, uosq; amici et
 soci, quod de Fidenatis eoruq; auxilijs aper-
 to ulli nos infestantibus poenas sumpsimus: et
 aut desinat molesti esse in posterum, aut plecten-
 sur

tur etiam grauius. nunc tēpus postulat, ut quando primus conatus cessit prospere, alios hostes pergamus persequi rectos amicorum nominis: qui hoc bello contra communis inimicos pro societate à nobis assumpti in militiam, fracta fide, ex occulio cum hostibus initio fœdere, moliti sunt nobis omnibus perniciem. multo enim hę piores sunt apertis hostibus, ex grauiore digni supplicio.. nam illorum ex insidias cauere est facile, ex congressos repellere hostiliter. amicorū uero facta hostilia nec cauere facile, nec astu præuentis repellere. Hi sunt ab Albanis ad nos malo dolo missi socii, nulla à nobis accepta iniuria, immo multis magnisq; beneficiis. coloni enim eorum nihil detraxiimus ipsorum dominio, sed nostro mane propriam nobis parauimus potentiam. deinde contra magnas ac bellicosas gentes urbe nostra munita ex opposita, tuos eos ab Hieruscis ex Sabinis bellis reddidimus: cuius felicitate maxime gaudere debuerant, ex periculo angi non minus quam proprio. ac illi semper inuidentes bonam fortunam non solis nobis, sed sibiipsis etiam, ut qui eius erant particeps, postremo non ualentes occulcum liuoris puerum premere, bellum nobis indixerunt. cognito autem satis nos ad id esse paratos, cum non possent nocere, inuitarunt ad reconciliationem ex amicitiam, censentes de principatu decimundū ternorum uerinq; uirorum periculo. accepimus

r 4

cond

conditionem, & uictores ea pugna potiti sumus
 eius ciuitatis dominio. agedum quid secimus
 folleat: cum licet nobis ob sides accipere, præsi-
 dium in dedita urbe relinquere, præcipuos con-
 cordia duarum ciuitatum turbatores parim se-
 curi percuerere, parim domo pellere, ciuitatem
 ipsam mutato reipublicæ statu uel agris mul-
 clare uel pecunijs, & quod omnium erat facili-
 mum arma adimere, quo firmiore dominatione
 haberemus: horū nihil facere sustinuimus, ma-
 iore pice aris quam securi principatus ratione
 habita: sed Mærio Sufetio, quem ipsi ut Alba-
 norum præstansissimum magistrum honorarunt
 maximo, administrationem reipublicæ usq; hāc
 diem permisimus. pro quibus beneficijs audite
 quam nobis, cum maxime opus esset sociorū &
 amicorum benevolentia, retulerint gratiam. pa-
 tri cum cōmunitib[us] hostibus, eodem quo illi tem-
 pore in prælio nos aggredi, cum uerinq; moue-
 rentur acies, deserio loco quem euendum acce-
 perant, proripi cruni se ad montes proximos, oc-
 cupaturi loca tutissima. quod si tum eis succe-
 sisse ex sententia, nihil uerabat omnes nostras
 copias delcri circumuentas hinc ab amicis, inde
 ab hostibus: & tam multos labores quos pro
 repub. & principatu exanimavimus, perire die
 unico. Sed quoniam illorū conatus frustra fuit,
 primum dijs sauentibus, ad quos autores ego
 omnia præclare facta refero: parim etiā meis
 artib[us]

artibus, quae non parum fecerunt ad paucorem
 hostium & nostrorum audaciam: (nam quod
 in ipso discrimine dixi, iussos à me Albanos
 occupare montes quo facilius hostium circumue-
 niant, id ex tempore confitum est:) nobis contrà
 pro uoto successerunt omnia, non essemus uiri
 quales nos esse conuenit, si non sumeremus pœ-
 nas de proditoribus: qui præter non uiolandam
 cognationis necessitudinem recenti etiam nobis
 deuineti iure iurando & foedore, neq; deos rimē-
 res quos pætorum testes fecerant, neq; iura &
 hominum existimationem reveriti, neq; pericu-
 lum curantes, quod instabat si decipereetur pro-
 ditio, misericordis modis perdere conati sunt nos co-
 lonos & benefactores suos insensimis hostibus
 proditos. Hæc illo dicens Albani cum gemitu
 ad deprecationes uersi sunt, uulgo negante se
 acriū machinationum consciū, præfectis non
 ante se cognouisse occula eius consilia fingen-
 tibus quam ipso præli tempore, cum neq; uerare
 neq; imperata facere sibi esset integrum. nec de-
 fuere qui propter affinitatem cognationemue
 coætios se fuisse diceret. his rex silere iussis, Neq;
 me, inquit, ista laetent Albani. uulgo incognita
 fuisse proditionem uel hinc conūcio, quia quæ
 multi sciunt non diuturno regnante silentio. tri-
 bunorum quoq; & centurionum perpaucos opí-
 nor fuisse insidiarum socios, plerisq; deceperis &
 iniurias necessitatem hanc impositam. immo
 r s etiam si

eriāsi falleret, conspiratumq; esset tam à p̄-
 sentibus quām à relictis Albē in nostram per-
 niciem, idq; nō nunc primum sc̄d iamdudum de-
 cretum fuisset: tamen cognationis causa necesse
 est Romanos nobis dare ueniam. Ne autē in po-
 stcrum quicquam contra nos iniuste moliamini,
 sine cōpulsi à uestris magistratibus sine dec̄pri,
 unica est cautio & prouisio. si unius urbis ciues
 facti uniuersi eādem habeamus patriam, cuius
 tum aduersē tū prosperae fortuna pro sua quisq;
 porione sit particeps. donec autem per cōtentio-
 nem, ut nunc, heriq; poeiores habcri uolucritus,
 non erit firma inter nos amicitia: præsertim si
 illos qui priores alieris insidiati fuerint, uel re-
 bene gesta principatus, uel spē frustatos uenia-
 propter cognationem maneat. rursum corū qui-
 bus insidie structe sint ea sit cōditio, ut aut op-
 pressi in durissimam scruiutem redigantur: aut
 si euaserint obliuiscantur iniuria, quemadmodū
 nunc nos facimus. quare scire uos uelim, proxī-
 ma nocte senatum me præsidēce decretuisse, ur-
 bēt uestram dirui, nec ullum, exceptis fanis, re-
 linqui uel priuatū uel publicū edificium. ci-
 ues uero uniuersos saluis bonis suis, mancipijs,
 pecudibus, alijsq; possessionibus Romæ post hac
 habere domicilium. et qui eorum prædijs rusti-
 cis careant, his agros ex publico diuidi, dunt ar-
 xat his agris exceptis, ex quorum redditibus
 fuit sacrificia publica. domus autē qua parte
 urbis

urbis edificentur ad habitationem commi-
grantium, mea curae commisit, egenosque ad-
iunari à me sumptibus ad absoluenda ope-
ra uoluit. plebem munijs ciuilibus fungi di-
stributam in tribus nostras & curias. in se-
natum uero & ad magistratus gerendos ad-
mitti familias has: Iulios, Seruilios, Gegani-
os, Merilios, Curiatios, Quincilios, Cloe-
lios, Auctium & proditiois socios lucre pœ-
nas, quas post cuiusque causam cognitam mihi
iudici uisum fuerit. nemini enim non permi-
teur pro se dicendi copia. His dictis quoquo
Albanorum erant pauperes, contenti erant
Romæ habitare, agriq; portiones accipere, &
orationem regis approbalant magnis acclama-
tionibus. alys dignitate ac fortuna præmen-
tibus molestum erat relicta patria maiorum
quoq; lares descrere, externumq; solum incolere,
nec tamen mutare audebant contra necessita-
tem ultimam. Tullus postquam intellexit men-
tem plurium, Mecium iussit causam suam, si
uellet, agere. qui cum nihil posset respondere ad
objectionem crimen & testimonium, ait sibi cum po-
testate ad bellum profecturo id occulit à se-
naru Albano mandatum: opem Albanorum
inuocas, ne se qui conatus sit ipsis imperium re-
stituere, in periculo destituant, néue patiantur
patriam suam dirui, & nobilissimum quenque
cinctum rapi ad supplicium. itaq; tumultu in con-
cione

cione orto, & nonnullis ad arma recurrere uolentibus, hi qui uulgum in modum coronæ cinxerat, dabo signo gladios excrunt: & perterritis omnibus rursum assurgens Tullus, Nihil est, inquit, quod denuo peccare possitis Albani. si enim aliquid eorum quæ dixi irrite are ausi furoris omnes ab istis interficiemini. simulq; ostendit strictos gladios. accipite igitur quæ offeruntur, & Romani estote in posterum. alienorum enim necesse est uos facere, aut Romam habitare, aut nullam aliam habere patriam. iam enim summo mane profectus est M. Horatius, à me missus ut urbem uestram à fundamentis diruat, & Romam traducat quantum illic est hominū. quod cum iamiam futurum sciatis, desinite in mortem rucre, & imperata facite. Meius uero Sufetius, qui occulce nobis struxit insidias, ac ne nunc quidem turbulentos homines concitat ad arma est ueritus, supplicium dabit quo dignus est homo malus & perfidus. Ad hanc uerba concittera est cōcionis pars turbidior, cohibente necessitate ineuitabili. Sufetius præ indignatione uociferans, & inclamitans foedus quod ipse uiolasse conuictus fuit, flagris sæde laceratus est. quibus ubi satis in eum saeuicū est, bigis admetis ad alecras ex brachüs, ad alecras ex pedibus loris longis reuinctus est. deinde aurigis in diuersa eas agentibus, humili rapieatus, moxq; à niteneibus in contraria discerptus est. Hic fuit Metu

Merū suscitū exitus turpis simul & miserabilis. in socios proditionis & consicos rex pro tribunali causa eorum cognita anim. iduertit lege de proditoribus & deseritoribus. Inter ea premisso cum delectis ad diruendam Albam A. Horatius properato itinere portas pacentes occupat & incustodita mœnia, facileq; urbe potitur. aduocata inde concione quicquid gestum in p̄aelio fuerat denarrat. & S.C. recitat. petens tribus illis dilationem ne legatos Romam liceret missere, sine mora domos & mœnia, et eam priuata quam publica ædificia diruit: ac mox Romanam traducit agentē bona sua ferentemq; multitudinem. eam Tullus è castris in urbem reuersus per tribus & curias distribuit, assignato ad ædificandum qua parte urbis uellent spatio: agriq; publici quatum sat essent diuisi inter eos qui anicè opera mercenaria uictitauerant, alijs quoq; liberalitatibus nouellos ciues refouens. Sic Alba olim ab Ascanio ex Seneca Anchise filio & Creusa filia Priami prognato condita, & per quingentos minus tredecim annos habitata, qua tempore mulcium populi frequentia opibusq; & alia felicitate creuerat, triginta oppidorum Latinorum mater, & genetrix eius semper princeps, à nouissima sua colonia solo æquata, hodieq; deserta permanet. Ceterum Tullus rex intermisso bello per eam hiemem, ineuntem uere. iterum contra Eidenates ducit exercitum

exercitum. His auxilia publice à nulla ciuitate
 sumissa fuerant, sed mercede cōducti quidam
 ex multis locis eò confluxerant, quibus freti ur-
 bem egredi ausi sunt. collatisq; signis & multis
 suorum amissis in prælio, cōpulsi sunt intra mœ-
 nia. Itē uero à Tullo fossa & uallo cincti ad
 extremam redacti sunt in opiam, necesse habue-
 runt ei se dcdere quibus ipse uelle cōditionibus.
 is ad hunc modum urbe potitus, affectis suppli-
 cio def.ctionis autoribus, reliquis dedit ueniam:
 & permittens eos bonis suis frui, ne statu quidē
 reipublicæ mutatio dimisit exercitum: iterumq;
 triumphans urbem inuenctus uotinas dys ma-
 etanis uictimas eo bello cōfecto aliud à Sabinis
 exortum est, cuius causa fertur hæc. Fanum est
 quod Sabinis & que ac Latinis summa religione
 colitur sacrum dea Feronia, quam Graci in suā
 linguam modo ἀνθρόποις uirtutib; modo φίλο-
 σέφανος, modo Proserpinā. eò statim diebus con-
 ueniebant ē circumuicinis urbibus, alij uotiuā
 dea reddituri sacrificia, alij negotiaturi propter
 celebritatē, mercatores opificesq; & agricola,.
 quod forū ibi sit totius Italie nobilissimū. ad
 eam celebratam profectos aliquando Romanos
 honestos uiros Sabini quidam correptos &
 pecunij spoliatos in uincula coniecerant: lega-
 tisq; eò missis nihil equi impetrari poterat, sed
 tam uiros reuebante quam pecunias, obūcientes
 uicissim Romanis, quod aperto assyllo fugitiuos
 Sabinor

Sabinorum exceperunt, sicut superius dictū est. ex his mutuis criminationibus bello nato, eductisq; copys, ad arma uentū est. pralium fuit dubium, donec noctis interuentu diremptrū est neutrō inclinante uictoria. Sequentibus diebus considerata utrinq; desideratorum & sauciorum multitudine, non libuit armis experiri denuo, sed relatis castris discessum est: nec amplius quicquam eo anno moliti, postero bellum instaurauerunt maioribus copys. pugnatum est ad Herculeum centesimo septimo ab urbe stadio, multis uerinq; cadentibus. cumq; cum quoq; diu aequo marte certaretur, Tullus proensis ad cœlū manibus uotū dīs fecit, si co die Sabinos uincere, Saturno & Opi solennes se instituturum ferias, quas Romani post comportatas terræ fruges celebrare solent publice: duplicaturumq; Saliorum numerum. hi sunt generē nobiles, certis temporibus armati saltantes ad tibiā modulos, & patios quosdam hymnos concinente, ut iam ante diximus. peracto uoto audacia quadam Romanos subiit, & quasi redintegratis uiribus in fessos factō impetu, uergente iam die turbaverunt corum ordines, & coactos terga uertere usq; ad castra persecuti sunt: oppressusq; circa uallum plurimis non contenti hac uictoria castra nocte eadem expugnauerunt. quo facto agrum Sabinum nemine defendantē depopulati prolibito, onusti preda domum reuersi sunt: tertio

tertioq; eum à rege triumphum est. nec ita multo post Sabinis per legatos petunibus pax data, receperis trās fugis & captiuis qui inter predandum intercepisti fuerant. & pro abactis iumentis ac pecoribus aliaq; preda quam agrestibus ademerant, mulcta pecuniaria ex sénatus arbitrio imposta his conditiones pacis Sabini in templorum columnas inciderunt, eo facilius impetrare, quod Romanis graue ac diuturnum bellum instare uidetur a coniuratis ciuitatibus Latini nominis, ex causis que dicuntur paulo post. sed quam libenter conditiones accepterunt, iam facile iurciurandi oblieti sunt, quasi ne iurassent quidem: ratiq; se nactos opponitatem pecunie, quam persoluerant, recipienda multo cum fœnore, pauci primum & claram prædatum ibane ulteri ditionis sue terminos: dcinde successu addente audaciam multi & propalam: cumq; uidarent ad arcendas iniurias agrestibus succurrere neminem, contempto hoste decreuerunt ipsam Romanam petere, contractis oppidatim copijs, atq; etiam Latinis ad eius belli societatem sed frustra solicitatis. nam Tullus eorum uoluntate cognita, cum Latinis fecit inducias: & imminenti hosti decreuit totus uires opponere, accessione Albani iam duplicitas, corrogatis etiam undecunq; poterat sacerorum auxilijs. Iam & Sabini in unum conuerterant: ambo exercitus ad sylvam Maliciosam castra

castra metati sunt, modico inter uirag; relicto
 spatio. postera die collatis signis pugnatum est
 diu neutro inclinante uictoria. sub uesperam
 tandem cesserunt Sabini equitatu Romano im-
 pares: magnaq; fugientium strages est edita. Ro-
 mani spoliatis cadaveribus, direptis castris, agri
 quoq; parem optimam depopulati domum re-
 uicerunt. hoc cuente regnante Tullo cum Sabi-
 nis bellatum est. Tum primum inter Latinos &
 Romanos similes exorta fuit, quod hi post di-
 rutam Albam deiractarent Romanorum im-
 perium. anno enim post illius excidium quinto-
 decimo rex Romanus dimissis per triginta eius
 colonias legatis postulabat ut imperata face-
 rent: quod ad uictores cum alijs Albanorum
 rebus transisset etiam Latine gentis imperium.
 Homines enim aut sponte aut coactos solere al-
 teri possessionem cuiuscunq; rei cedere: Veroq;
 modo Romanis Albanorum obtigisse imperium.
 nam & belli tempore armis decictos esse, &
 post amissam urbem suam à Romanis in ciuita-
 tem adm. ssos. uiaq; par esse ut uel sponte uel in-
 uitati cedant illis imperium. Legatis à nulla ciui-
 tate priuatum responsum est, sed indicto. Feren-
 tinum genit concilio, decernunt imperium Ro-
 manis non concedere: moxq; duos imperatores
 eligunt, penes quos sit belli pacis ue arbitrium,
 Anum Publicum Coranum, & Sp. Veciliū
 Lauinicensem. Hæc causa Romanos exciuit ad
 s bellum

bellum contra cognatos populos, quod per integrum quinq; annos gestum est more quodam antiquo & ciuiliter. nam neq; usquam totis exercitibus confligentibus magna clades secura est: neq; ulla captiuarum urbium direpta est aut diruta, alia' ne ulla grauiore calamitate affecta: sed alteri alterorum agros invadentes maturis frugibus, cum preda domum reducebant exercitus, & captiuorum fiebat permutatio. Unum Latini nominis oppidum Aedulliam, quo iam dudum regnante Romulo coloniam à Romanis deductam suprà diximus, expugnatū quia defecrat ad suos, rex à nouandis in posterum rebus absterruit. alius hostile utrinq; nihil accidit eoro eius belli tempore: quo facilius ad pacem inclinuerunt non admodum exasperati animi. Haec sunt que gestit regno potius Tullus Hostilius, vir eximiam laudem meritus militari fortitudine promptiorq; in periculis consilio, maiorem etiam quod neq; evitare bellum fuisse posse, & semel suscepito fortiter ac constanter persistere ad uitioriam. Periit autem incendio originea duobus annis in regno exactis, absumpsus flammis unacum uxore & uniuerso familiis. Quidam autem domum eius de cœlo tactus conflagrassè, irato deo propter curam sacrorum neglectam. Deficisse enim eo regnante patria quedam sacrificia, & pro his alia peregrina introducta. plures humana fraude extinctum existim

existimant, & facinus hoc ad Azarcium, qui
mox successit, autorem refirunt. Hunc Numas
Pompili nepotem ex filia tulisse in quo animo
priuatam uitam in regio genere, maxime cura
nideret prolem subnatam Tullo successoram in
regnum siquid ipsi accidisse humanitus. haec de
causa iam dudum ei decreatum regem per insi-
dias collere, quod multi Romanorum concarentur
illi regnum adstruere, & ipse inter intimos ac
fidissimos amicos Tulli ascitus haberet cum in-
sidis obnoxium. itaq; regem parantem domesti-
cum quoddam sacrificium adhibuisse solos fa-
miliarissimos: cumq; in eū diem incidisset tem-
pestas procellosa & turbida eximente lucem
ui imbrium, nemine ante regiam obuersante in-
sidiatorem noctum solitudinis opportunitatem
insinuasse se per patentem ianuam cum sociis
gladios sub amictu gestanribus: occisoq; rege
cum liberis alijsq; quotquot aderant, ignem ali-
quot locis subiecisse edibus, atq; hoc factio spar-
isse rumorem de fulmine: quod equidem non cre-
do, nec sit mihi ucrisiniile. malim priorem op-
inionem sequi, sublatum esse casus fortuito. neque
enim secretum in numerosa conpiratione ser-
uorum suisse est credibile: ncq; autori eius certò
constare poterat defuncto Tullo Hostilio Ro-
manos ad se dilaturos urbis imperium: & si for-
te fatus hic fuisset hominum iudicys, certè dco-
rum sperandum non erat suffragium. siquidem

s 3 post

post curiata comitia oportebat deos quoque auspiciis ei regnum addicere. hominem autem sceleratum & tot iniustis contaminatum cedibus quis decorum demonum ue admisisset ad suas aras immolansq; uictimas & cetera sacra ministeri. i? quamobrem ego hoc decorum indignationi libenius quam hominum insidijs ascri psero, suum tamen cuiq; relinquens iudicium. Post Tulli Hostiliij obitum re ad interregnum reuoluta more patrio, electus est rex ab interrege & sinatu Ancus Marcius: qui mox plebis etiam autorit. ue comprobatus & decorum uoluntate per auspicia cognita, omnibus rite peractis que ad incundum principatum pertincent, regnum assumpsie anno secundo trigesimaequinez Olympiadis, qua uicit Sphaerius Lacedemonius, quo tempore Athenis annum principatum gerebat Damasi.us. Hic rex cum animaduereisset negligi multa sacrificia ex his que annus suus maternus Numa Pöpilius instituisset, Romanorum plerosq; iniqui lucri cupidine bellatores factos pro terre cultoribus, aduocatio in concionem populo, ad intermissum decorum cultum eos reuocabat, pergerent sicut sub Numa cooperant: docens a contemptis numinibus morbos, pestilentijs, aliasq; calamitates innumerijs urbi immisijs, quibus magna populi pars absumpcia sit, & ipse Hostilius ob neglectas religiones diu multiq; cū uarijs morbis confictatus, post

eus, postremo ne mente quidem satis sanus, sed
 utraq; sui parte laborans, miserabili exitio cum
 tota familia perierit. laudatis deinde Numa
 institutis ut honestus & sobrys, quibus ex in-
 stissimo questu nictus pararetur quotidie, hor-
 rabatur reverenter ad ea, studcrenq; agri-
 culturæ ac pecuarie, ceterisq; iustis operibus
 alienis à rapina & uiolentia, post habitis mili-
 tiae commodis. Hec & his similia concionando
 magnam omnibus iniecit requiei ab armis cupi-
 dinem: deinde accitis pontificibus, sumptos ab eis
 commentarios quos Numa de sacris conscriptos
 reliquerat, trascrispsit in tabulas, & in foro pro-
 posuit legendas quibuslibet, que tandem ueru-
 state absurde sunt. nondum enim in usu erant
 columnæ æræ: sed in quernis tabulis incideban-
 tur iam leges, quam sacra literæ: que tabule
 post exactos reges rursum in publicum usum re-
 uocare sunt per summū pontificem C. Papirium.
 ubi sacrorum curæ fariis prouisum est, & otio-
 sum uulgas ablegatum ad suas operas, lauda-
 bat bonos colonos, obiurgabat male curantes
 sua prædia, ceu ciues nequam stabiles. Ita or-
 dinata Republica, sperans se qui madmodum
 antè maternus avus perpetuas habiebatur à bel-
 lo & molestys ferias, fortunam expertus est ad-
 uersam suo proposito bellator esse coactus preter
 animi sententiam, & nunquam sine periculis
 ac tumultu uiuere. Vix enim regnare cœperat

Et quicquam rem publicam instituere, cum Latini
 coniunctentes cum ut ignavum et administrando bello parum idoneum, laeronum manus
 dimittere per agros conterminos, mulierisq; Ro-
 manorum ledere. ad quos legatis a rege missis
 qui res ex foedere repererent, fungabant se neque
 latrones ullos scire de quibus fieret querimonia,
 neq; consensu quicquam factum publico, neq; Ro-
 manis se ulla in re obnoxios. cum Tullo enim se
 non cum illis foedus fecisse: post quem defunctum
 nullo se amplius teneri pacis foedare. ob huius-
 modi responsionem coactus est Marcius exerci-
 cum contra eos ducere: obsessumq; Politorium
 prius quam ab alijs Latinorum oppidis auxilia
 succurreret, cepie, oppidanis se dedecibus: a qui-
 bus omnem iniuriam abstinctus populariter Ro-
 man traductos distribuit per curias. Oppidum
 ipsum deserium cum anno sequenti noui Latini-
 orum coloni occupassent, iam ad colendum a-
 grum se accingentibus superuenit cum exercitu
 Marcius: aususq; in aciem prodire uicit praelio,
 iterumq; cepit oppidum. incensis deinde domibus
 etiam mœnia diruit, ne esset hosti aut agrum
 colere uolentibus receptaculum. Sequenti anno
 Latini exercitū admouerunt ad Medulliā Ro-
 manam coloniam, quam corona cinctam undiq;
 simul facto impetu expugnauerunt. eodem tem-
 pore Marcius Tellinas nobile Latinorum op-
 pidum uic cepit, acie primum, mox oppugna-
 tione

rione uictor: oppidanos cum bonis suis integris
 Romam transtulit, & locum assignauit eorum
 domicilijs. Medulliam quoq; per triennium à
 Latinis decentam quarto demum anno recepit
 post aliquot prælia. nec muleo post Ficanam ex-
 pugnauit, ex qua ante triennium dedita popu-
 lum Romam traduxerat, in ipsum oppidum mi-
 tius quam prudentius consuluerat. inigrū enim
 relictum noui Latinorum coloni occuparunt, &
 prædijs proprijs et locatis, ipsi è Ficanensi agro se
 alibant: quamobrem Marcus coactus illam
 bello recuperare, magno negotio in potestaciā suam
 rediguit, ædes incendit, mœnia diruit. Secuta sunt
 duo prælia. priore cùm & quo marie diu pugna-
 sent, neutrò inclinante uictoria receperunt signo
 dato in castra digressi sunt. posteriore Latinos
 Romani uicrunt egregie, & usq; castra sunt
 persecuti. post has pugnas nusquam acie certa-
 rum est: excursiones tantum ulero ciroq; factæ
 per agros finitos, & agrestium uelutinales
 admixtis etiam equitibus, plerunq; superante
 Romano quod opportunis locis disposita habere
 presidia, quibus Tarquinius genere Heiruscus
 præerat. Eodem tempore Fidenates à Romanis
 discesserunt, non aperie, sed agrum eorum in-
 festantes oculis excursionibus. contra quos
 Marcus cum expeditis profectus, illato bello
 castra prope urbem eorum posuit. illi primum
 nescire se simulantes, quarebant ob quam suam.

s 4 iniur

iniuriam uenisse Romanus exercitus. rege re-
spondente: ut damni dati rapinarumq; pœnas
de ipsis sumeret, afferebant pro se, nimirum horum
factum consilio publico, tempus poscentes ad co-
gnoscendam eam causam & perquirendos no-
xios. quo imperato multos dies consumpsrunt,
non in hoc negotio, sed in armorum apparatu,
& clam inuocandis auxilijs. tum Marcius co-
gnito eorum animo cuniculos fodere à castris
usq; ad moenia hostium. quo opere perfecto com-
paratisq; scalis & machinis cum reliquo in-
strumento ad oppugnationem necessario, exci-
sum militem admouit ad auersam partem mœ-
nium, non qua cuniculus actus fuerat. quo Fi-
denatis uniuersis concurreneibus, & assultus
hostium strenuc ruijcientibus: Romani quibus id
commissum fuit, aperto cuniculi ore insinuaue-
runt se intra mœnia, & obvium quicmq; ster-
nentes per effractam portam suos ineromiserunt:
multisq; primo imperii casis, reliquos Fidenates
arma iradere iussos edicto per præconem in cer-
cum urbis locum euocauit, & aliquot ex eis de-
fectionis aurores uirgis casos affecie supplicio:
direpraq; urbe, & relicto in arce quantum satis
erau presidiū, contra Sabinos duxie exercitum.
nam ne hi quidem stabant foederis conditionibus
icti sub rege Hostilio, sed finitos uexabant
latrocinij. Marcius per speculatores & trans-
fugis temporis opportunitate cognita, palan-
cibus

sibus per agros Sabinis & in prædam intentis,
ipse cum peditatu castra eorum modico præsi-
dio munita primo imperio occupat: Tarquinius
interim cum equitibus, ut erat iussus, predato-
res aggreditur. Sabini ut uiderunt Romanum
equitatum contra se tendere, missa præda &
quæs agebant ac fercbani sarcinis, in castra cœ-
perunt refugere. quæ ut cognouerunt teneri à pe-
ditib; incerti quò se uereerent, contendib; ane
in sylvas & montes se recipere. sed persequentes
eos leui armatura cū equitibus pauci euaserunt
incolumes, cæteri pañim cæsi sunt. post quam
cladem legatione Romam missa pacem impera-
uerunt & quis conditionibus. nam Latini bellū
metu necisse erat uel pacem uel inducias habere
cum cæteris aduersarijs. Quario deinde post hoc
bellum anno Marcius rex præter urbanas le-
giones excito à socijs ingenii auxiliorum nu-
mero Vientenes aggressus agrum eorum longe la-
reque popularius ist. ipsi enim superiore anno irru-
pione in Romanum agrum facta magnas præ-
das abegerant, multasq; cædes perpetrauerant.
Vientibus deinde cum ualido exercitu profectis
obuiam, & trans Tiberim castra prope Fide-
nas habentibus, Marcius quanto potuit celeri-
tate primum uias eis interclusit quod esse equi-
taru superior, deinde in aciem prodire coactos
uicie egregie, ita ut castris etiam eorum portus
sui: peractoq; hoc quoq; bello ex animi sentēria.

s. s. syrum

triumphali pompa per urbem ad deorum templa inuenitus est. Altero deinde post anno Vicinibus rursum uiolentibus inducias, ex repetentibus castelli quibus foedere cum Romulo icto exceperant, maiore quam ante prælio cum eis ad illas pugnaeum est: sed faciliore uictoria: castellorum penes regem possessio mansit indubia. in ea pugna Tarquinij præcipua fuit uirius & opera: ob quam honoratus a Marcio senorum adscriptus est ex patritiorum ordini. Nec à Volscis pacata fuerunt omnia, prædonibus etiam inde Romanum agrum infestantibus. Rex hac etiam expeditione suscepit exercitum ex præda ditauit: obsecsisq; uilieris & uallo circundatis, toto agro porius urbem ipsam parabat inuadere. Sed cum grandæui oppidanorum supplices progressi pollicerentur se iuxta regis estimationem illata damna persolueuros, & sones dedituros ad supplicium, rebus per inducias restieris, in foedus eos recepit ex amicitiam. Nouum inde bellum exortū est ab his sabinorum populis, qui nondum romanorum uitetur experei, quāquam nullis iniurijs lacefūti, non ferentes tamen præ inuidia successus eorum uix credibiles, uiri alioqui bellicosi, pauci priuam excusione faciebantē latronum receptaculis: lucris deinde illicti, fines cum exercitu egressi aperto bello magnam agri partē prædationibus exhaustam devastauerūt. quod factum

non

non impune fuit, nec omnes abierunt incolumes. occurrit enim Romanus collatis castris pugnare necessitatem eis expressit: habitoque; conflictu ualido, et multis uirinq; cadentibus, superiores tamen fuere Romani adiuti locorum peritia: Sabini contra in sua castra fugientes turbatis ordinibus, ergo harrete hoste magna clade affecti sunt. castra quoque; capta plena uariis opibus, et captivi recepti quos prædones intercepserant: atque ita uictores domum reuocaverunt. Ha sunt regia huius res gestæ, à Romanis scriptoribus memoria proditæ: nunc quid in pace domi æclum sic refaram. primum urbem non mediocriter auxit. Auentinum cōplexus eisdem mœnibus: hic collis est altus x viii. fermè stadiorum ambius, sylvis cum obitus uarij generis, præcipue lauro, unde laureum pars eius dicitur, nunc totus refertus est edificijs: ubi inter alia pulchra et Diana templa uisitatur. dirimebatur is à reliqua urbe, Palatinoque; colle ubi primi habitatores locauerunt sibi domicilium, profunda quadam et angusta ualle, qua procedente tempore terra agresta complanata est. Tunc uero Aeneas ueritate fore ut imminens urbi ob loci opportunitatem occupatus aliquando muniretur ab hostibus muro cum et fossa circundedit: traductosque est Tellina et Politorio ceterisque deuictis oppidi habitare iussit in eo. Hoc unum ciuius factum ad Rem publicam pertinens narratur egregium et admo

admodum utile, urbe aucta, ex quasi alicet
priori addita, et si quando hostis ingrueret,
minus expugnabili reddita. Est et alicrum
priore etiam præstans, cum ad uitam misio-
rem ac laetiorem, cum ad res ampliores geren-
das percommodum. cum enim Tiberis amnis ex
Apennino præter ipsam urbem defluens, et in
mare inferum per planū et importuosum litus
vicinum se exonerans, non magnopere urbanis
prodeisset, quod nullum habaret circa ostia ca-
strum, quod negotiatorias naues uliro citroq;
commeantes recipere, alioqui fontes usq; flu-
nialibus scaphis mediocribus peruius. usq; ad
urbem uero et magnis marinis onerarijs: decre-
uit nauale ad eius ostia condere. pro portu usus
ore ipso fluij. panditur enim in latū qua mari
est contiguus, et sinus amplos complectitur, non
secus ac optimi marinorum portuum. et quod
maxime mireris, non clauditur ore obturatio are-
narum aggeribus, ut nulis etiam magnis flu-
uijs accidet: neq; per paludes ac uoragineas ua-
gabundus absuntur penè prius quam ad mare
perueniat: sed nauibus semper est meabilis, crum-
pens unico nativo aluco, et dorsa sub alio assur-
gentia diuerberans, quamvis uehementes ibi uentus
ab occidente spirare soleat. itaq; longæ naues
quantiuia magna, et ex onerarijs uel termil-
lenarie intrant per eius os, et urbem usq; per-
trahant funibus aut remigio: maiores autem
ante

ante os in salo firmantur ancoris, exoneranturq;
lembis fluui alibus. qua autem flumen inter e
mare prominens latus curvatur in cubiti spe
ciam, oppidum Anconis munij, ex re appellatum
Ostiam: quo factum est ut Roma non tantum
mediterranea copia frueretur, uerum maritima
quoq; bona degustaret, immo transmarina etiam.
Muro cinxit e Janiculum montem in aduersa
ripa imminente Tiberi, collocauitq; in eo pra
sidium, ut ab Etrusciis ruror esset fluminis na
vigatio, qui totam eam ripam ienacis infestti
erant negotiatoribus. sublicium quoq; ponem
mere ligneum, cui compingendo nefas est quic
quam firri aeris ue addere, ille imposuisse Tiberi
dicitur: qui hodieq; superstes, e sacer habetur
ab omnibus. quod si qua pars eius sareienda est,
id pontifices curant non sine solenni sacrificio.
ad hunc modum gesto principatu rex omni po
steritate memoria dignus, traditurus successori
urbem non paulo meliorem quam acceperat, post
exactum in regno annum X X I I I. obiit su
perstitibus duobus filiis, altero infante, pubescere
alero. post cuius morem senatus acceptio a po
pulo arbitrio constituendi Rem publicam, pre
senti statu concensus creauit interreges: qui cu
riatis comitiis regem elegerunt L. Tarquinium.
is a spicatus est regnum anno circiter secundo
quadragesime primae Olympiadis, qua in studio
nicit Thibanus Cleonidas, principium Athenis
obtin

obtinente Eniochide. huius Tarquinij parentes, patriam, & quibus de causis h.e relictam Romanam uenerit, quibusue artibus ad regnum pervenerit, dicam ita ut in Romanis annalibus perciri. Demaratus Corinthius ex Bacchiadarum genere negotiacionis gratia nauigauit in Italiam, priuaco sumptu instructa nave & onera- ra mercibus. quas cum distraxisset in Etruscis urbibus eorius tunc Italiae florentissimis, noluit posthac alios portus petere, sed per eadē semper maria ulro citroq; commaneans Graecanicas mer- ces mutabat Tuscanicis: unde magnis opibus auctus est. ora deinde seditione inter Corinthios, oppressis Cypseli tyrannide Bacchiadis, homo prædiuers & alioqui principe familia na- turus, parum tuum se ratus in patria, sublatis quaneum potuit rebus & in n.rues imposuisse Corinthis abire. cumq; ob commercia continua multos bonos amicos haberet in Hieruria, præser- em Tarquinij in urbe olim florentissima, donu- cilium in ea sibi eligit, ducta uxore nobili: ex qua duabus suscepitis filijs Etrusca nomina in- didit, alteri Arunis, Zucumonis alteri. utrumq; liberaliter instituit Græcis ainq; Hieruscis literis. & post quam uirilem etatē attigerunt, uxo- res eis summo loco natus cōtinxit. nec ita multo post alter filiorū natus maior moritur, nullis quod cum scirent relictis liberis, & paulò post hunc sequitur Demaratus præluctu mortuus, ex asse
harcde

herede Lucumone relieto : qui iam luculentum
 patrimonium adeperus cogitabat inter praecepsos
 ciues tractare Remp. & cum undiq; protrusus
 ne inter mediocres quidem locum obtinere posset,
 neadum inter primarios , moliste cerebat eam
 consumcliam. auditoq; quod Roma omnes exte-
 ros libenter exceptos ciuitate donaret ac hono-
 ribus pro cuiusq; merito , migrare illò decrevis-
 cum re familiari, uxore, & quocquo se qui uel-
 lent amicis atq; domesticis , quorum magnus
 fuit numerus. ut uero ad Ianiculum peruenere,
 quo loco uenientibus ab Hebruria urbs in pro-
 spectu ist , aquila repente demissa pileum ei ab-
 stulit : superq; carpentum circumvolans ad eò
 sublimis ut penè uisum effugere , rursus capiti
 apie reposuit. ibi omnibus prodigiis miraculo stu-
 pentibus , uxor ipsius Tanaquil , à maioribus
 Hebruscum auspiciorum disciplinam docta mu-
 tier, scorsum abductum uirum cōplexa bene spe-
 rare iubet, euasurum à priuata fortuna ad poti-
 statem regiam. monuit ramen , daret operam ue-
 nientibus Rom. inis principatum assumeret, di-
 gnumq; se precheret honore tam eximio. Ille ca-
 listi prodigio letus , iamq; portae propinquus,
 uocatis in uota diis precatus est ratum auspi-
 cium facerent, adueniuntq; sum foreuenerent
 atq; ita urb m inuestus est. post hac admissus
 ad Marcij regis collonium , primum quis esset
 indicavit; deinde habitatum in urbem se uenisse
 cum

cum toto patrimonio, quod ut maius quam pro priuati hominis facultatibus, libenter se deposierum in usum regis & Republice. Grauius fuit regi eius aduentus: receptoq; cum Tuscorum comitatu in tribum & curiam in urbe et an tum loci assignauit quantum sat esse exstruendis aedibus, simulq; agri cerium modum attribuie. his ita dispositis iam ciuis factus, quia sciebat Romanorum cuiq; praeter gentilicium nomen esse aliud frequentatum in famula, pro Lucumone appellari Lucius uoluit, & gentili nomine Tarquinius, ut in hoc quoq; ceteris fieret similis. Regis etiam amicitiam brevi sibi paravit opportunity munificentia, & in belli sumptus pecunias eum subinde adiuuans, in expeditionibus uirtute nulli secundus uel equitum uel pedum, & ubi opus esset consilio facile inter prudentissimos habitus. his artibus regi acceptus ne populi quidem benevolentia caruit, deuinctis sibi plerisq; patrebus, cum plebeiae multitudinis saurore conciliato, saluando appellandoq; comicer, & ceteris officiis aq; liberalitatibus. Talius fuit Tarquinius uiuere etiam cum Marcio gratus & omnibus spectabilis: quapropter illo difuncto dignus principatu iudicatus est cōsensu omnium. initio regno bellum primum cum Apioli gesit, ciuitate Latina non ignobili. nam haec, sicut ceterae Latini nominis post Anni obitum ratis non teneri se fædere amplius, latrocinij & ex cur

excursionibus Romanū agrum infestabat, quam iniuria ulcisci uolens Tarquinius magno exercitu educto devastauit agri eorū parem optimā. quō cum è propinquis Latinorum oppidis cōfluxissent auxilia, duplii prælio cū eis congressus, ueroq; uictor, ad muros admouit exercitū, oppugnatoribus alijs post alios succidentibus. oppidi contrā pauci resistentes pluribus, nullo ad interquiescendū relieto tempore, mature expugnati sunt. oppido uī captio maior pars in pugna cōfossa est: pauci tradiis armis sub hasta cū reliqua præda sūne uenditi, pueri & mulieres Romā in scruturē abducti, oppidū ipsum direptū prius mox cōcrematū est. Eris gestis, mœni busq; funditus dirutis, rex domū reduxit exercitū. Secunda expeditio cōtra Crustuminos fuit. h.ec Latina quondam colonia in Romanorū dissionem uenit regnante Romulo. Tarquinio uerò principatum adepio rursus Latinis fauere cōperat. nō tamē oppugnatione aliōue magno negotio retrahenda fuit ad officium. Crustumini enim cognito quā ingens aduentaret exercitus, cōsiderantes quā parum sibi esset uiriū, destitutiū Latinorū auxilio portas aperuerūt: proges siq; seniores & quisq; honoratissimū ditionē regi fecerunt, deprecantes moderaretur iram. & uiteretur clemētia, quod impetratū est. interrogatus enim mœnia neminem Crustuminorū necauit, per paucos rancum desfectionis autores

damn

damnauit exilio pulsos patria. ceteris sua bona
 reliquit, & ius Romane ciuitatis, ut antè ha-
 buerat: & nequid nouaret amplius, Romanorū
 partem ad habitandū ibi manere iusserit. horum
 cōsilium securi Nomentani fortunā quoq; ean-
 dem experti sunt. aperte enim à Latinis stantes
 quibus fidebant, in Romanū agrum manum la-
 tronum prædarum miserant. quam ob rem bello
 periti à Tarquinio, cessantibus Latinorum au-
 xiliis, impares tanto exercitu cum ramis oliue
 obuiam egressi dediderunt se ac sua. At Cola-
 tini repugnare conari eduxerunt milicm exira
 mœnia: sed aliquoties profligati multis uulne-
 ribus acceptis compulsi sunt intra oppidum re-
 fugiērū: moxq; dimissis numeris sollicitabant I.a-
 tinorum auxilia. quibus cunctaneibus Romanis
 uero non uno loco muros inuadenteibus, tandem
 coacti sunt se dedere. Sed non æque clementer
 ac Nomentani Crustuminis tractati sunt, post
 arma ad impiam multatam pecunias imposito etiā
 presidio. quin & dominum Aruntem Tarqui-
 nium ex fratre nepotem illis prefecit quoad is
 uiueret: qui auo Demarato & patre Arunne
 defunctis natus posthumus, nec patrimonium
 ullum nec auctorum bonorum hereditariā par-
 rem cōsecutus est, ob id cognominatus Egerius.
 quod pauperes & inopes ita Romani nominent.
 ex quo autem eius oppidi præfecturam adcepit
 est, cum ipse Colatini appellationem inuenit, cum
 eius

eius posteritas. post deditam Colariam rex Corniculum pete, id quoq; Latini nominis oppidū. quorum agrum impune pernagatus depopulatusq; propius inclusis admovevit copias prouocans eos ad amicitiam. illis uero eam aspermantibus munitionum fiducia ex spe affururi ut puebāe auxiliū, corona cinctos ab omni parte adores est. Corniculani post diutinam propagnationem hosti multis illatis uulneribus fessi labore contnuato, ac ne cōcordes quidem satis, quando aliū deditonem, aliū constanter resistendum suadebant, ob eam ipsam dissensionem facilius expugnati sunt. maxima pars ab irruentibus repugnantes concisi sunt. quibusdam ignavis uenia cum salute cōcessa est, qui capiui sub hasta uenierunt sicut sexus ex exercitu infirmior. oppidum post direptionem à uictore incensum est. qua clade Latini exacerbati de creuerunt collatis in unum viribus Romanos aggredi: ac mox ualido exercitu inuaserūt praecipuam eorum agri partem: unde captiuis multis abductis, preda quoq; magna potissimum sunt. contra hos Tarquinius cum expeditis qui cum ad manum erant profectus, non inuenitis hostibus qui commodum abierant, in agrum ipsorum irrumpens talionem eis reddidit. hoc modo mutuis excursionibus nunc accipiebant damna, nunc inferbāt. Semel tantum ad Fidenas in acie certatum est totis viribus. ubi multis utrinq; desideratis penes Romanos suie ui

1 2 Eloria

Etoria: Latini deserteis noctu castris discesserunt
in sua oppida. post hoc prælium Tarquinius cū
exercitu regionem eorum obeundo iam hoc iam
illud oppidum solicitabat ad amicitiam. illi
quod nec communes totius Latini nominis ha-
berent copias, nec proprijs viribus satis fiderent,
invitanti obsequebantur, & nonnull. deditio-
num faciebant, dirui uidentes oppida si capta
& diripi: certis uero conditionibus dedita im-
perium tantum uictoris recipere, aliud nihil
pari durius. Fidenates primi omnium in foedus
& amicitiam recepti sunt, Camerini post eos:
hos sicura sunt aliquot castella & oppidula.
Terruit hoc Latinos, uerentes ne uniuersi co-
gerentur imperata facere. ergo in oppidum Fe-
rentinum conuentu indicto decreeum est delectus
oppidatim habendos esse, ciudas ad armas
fortissimus propinquarum gentium: mox' que
legari ad Heuruscos & Sabinos imperande
societatis causa missi sunt. Sabini polliciti sunt
quam primū audissent ipsos in Romanū agrum
irrupisse, se quoque sumptis armis inuasuros
agrum eorum finitimum: Heurisci summissuros
se auxiliorum quantum opus fuerit: non tamen
responsum est hoc de communi omnium senten-
tia, sed à quinque tantum ciuitatibus. hi fuere
Clusini, Arretini, Volaterrani, Rusellani, Vecio-
lonenses. hac spe Latini erecti parabant domi
magnum exercitum, & assumptis quos He-
rusci

etrusci miserant in Romanum agrum inuaserunt : qui eodem tempore à Sabinis ex compositione uastabatur parte illis contigua. Tum Romanus rex iam ante instructus exercitu occurrerit hosti celeriter : ratusque periculose utrosque simul arcere diuisis copys, maluit omnibus uiros in Latinos uericere & castra metari castris illorum proxima. ac primum neutris libuit rem totam aleæ committere , quod utrinque non ignorus esset aliorum apparatus alteris: agebaturq; tanum uelitationibus, in quibus neutra pars mulium cedebat alieri. tandem crescente contentione per crebra certamina, dum alijs succurrunt alijs , pauci primum, mox uniuersi coacti sunt è castris procurrere : coortoque prælio inter milites bello exercitatisimos , & propemodum pares iam pedestribus quam equestribus copys, ad hæc pariter animosos ut in extremo discrimine, utrinq; pugnatum est ut dignum erat uiris fortibus. contendentes ex a quo uix nocte superueniente dirempti sunt. postera demum luce apparuit ex utriusq; partis animo, utri posterior fuerint pridiano prælio. Latinis enim intra uallum se continentibus, Romanus rex suos in aperium campum produxit, paratus iterum configere, diuque continuit eos in acie: dcinde non prodeuntibus ex aduerso hostibus, spoliatis eorum cadaucribus, suorumq; sublatis, gloriabundus in castra reduxit exerci-

sum. Sequenti die Latini aucti nouis Hetruscorum auxilijs depugnarunt multo quam anicè acrius, nunc tamen Tarquinius egregie, omnium confessione autor eius victorie: qui laborante iam Romana acie, sinistro cornu non satis seruante ordines, intellecto saorum periculo dum ipse in dextro pugnans uersatur, assumptas fortissimas equitum alios & uigentissimam partem perditum duxie praeer saorū terga: cnectusq; ulra sinistrū cornu, infelix hastis & ciatris equis ex transuerso Hetruscus cohortes impetrat: nam ha dexterum hostium cornu tenetes urgebat oppositos. his cum ex improviso inuictus metu ac trepidationem intulit. interea pedites quoq; recollecto animo in aduersos impressionē faciunt. Fit strages Hetruscorū, ac mox dexteri cornus profligatio. Taquinius iussis tribunis cū peditibus militari gradu & inconfusis ordinibus subsecutus, ipse cum equitatu pleno cursu contendit ad castra hostium: interclusoq; adiuu refugiūibus primo imperio eis potitur. nam relieti praesidio neendum cladem acceptam resciuerant: & quic irruente rando imperio equitatum non satis dignoscabant, admiserunt pro suo. capitis hostiū impedimentis, qui se cō recipere conabantur, ab equitibus intercepiti c. eti sunt: & qui è castris in campum cupiebant evadere, in Romanas legiones incidebant cerea sui cum pernicie. bona pars comprehensione mutua cōculcationeq; periret:

aut.

aut circa uallum & fossis deprehensa ignauo
 & miserando exilio ab haerentibus ergo con-
 trucidata est. reliqui quando aliter incolumes
 esse non poterant, coacti sunt se se dedere uicto-
 ribus. Tarquinius opulence castris potitus &
 magno captiuorum numero, hos sub hasta uen-
 didit, cetera concessit in predam suis militibus.
 His gestis ad oppida Latina admovebat exer-
 citum, expugnaturus si qua se nollene ulro de-
 dere. omnes uersi ad precess legatos miserebat de-
 ditionem facientes suppliciter, accepturi pacem
 quibuscumq; conditio[n]ibus. Rex dominium tot
 ciuitatum consecutus ex foederis conditionibus,
 omnes clementer ac modeste habuit. numine Lat-
 inum nec occidit, nec in exilium egit, nec mul-
 et auie pecunia. agros etiam suos ipsi fruendos
 reliquit, & ciuitates suo quamq; iure uei per-
 misit. trans fugas Romanis reddi iussit, & ca-
 ptiuos absq; precio: mācipia quoq; restitui pro-
 prijs dominis quotquot à predatoriis interce-
 pta fuerint, & rerum cretarum agrestibus
 persolui precium, rependiq; quicquid damni eo
 bello his dariū sit. atq; his conditio[n]ibus in ami-
 citiam ac societatem Romanorum recepi sunt,
 facturi eorum imperata in posterum. Hic finis
 Latini belli fuit, Tarquinius triumphans in
 urbem rediit. Sequenti anno in Sabinos duxit
 exercitum, qui iam ante uoluntatem eius &
 apparatum cognoverant. quamobrem ne bellum

intrâ suos fines recipere, comparato satis magno exercitu processerunt obuiâ. congressiq; cum eis circa confinia usq; ad noctem pugnauenunt aciecr, neuerò inclinante uictoria. per aliquot deinde dies necq; Sabinorum imperator è castris eduxit copias, necq; Romanorum rex: sed motis retro castris, inacto hostico domum utiq; reuersi sunt, eo proposito, ut ineunte uere uiriq; bellum redintegrarent maioribus copijs, interim appararent necessaria priores Sabini se mouerunt, cù non contempnendis Heruscorum auxilijs, castra metati prope Fidenas sub confluenibus Anienis & Tiberis. ea duplii uallo munita ripam uirisque tenebant iam uno alueo fluenteum amnum, iuncta ponte ligneo scaphis imposito & ratibus, quo expeditior esset transitus, & castra uiderentur una & eadem. quo cognito Tarquinius & ipse legionibus eductis locum castris cepit sic us Aniunc paulū supra castra hostiū, occupato colle quodā natura munitionisimo. cūq; uiriq; essent pugnandi audi, nullum tamen secundum est uel magnum uel paruum prælium. Tarquinius enim Sabinos præuenitos stratagemate uirisq; castris eorum deletis graui clade affecit: quod quidem commentum ita se habuit. scaphas fluiales & rates aridis lignis sarmenisq; refitas, sulphure quoq; ac pice additis preparauit in alicro amne ubi castra habebat: obseruato deinde secundo uento circa quartam uig

uigiliam igne in eam materiam immisso, sca-
 phas et rates sicut deferri prono flumine. hæ bre-
 ui tempore per medium delapse spaciū hæse-
 runt in ponte, cumq; pluribus locis incenderunt.
 quò Sabinis ad emicantem flammatam concur-
 rentibus, ex modis omnibus conantibus restin-
 guere, Tarquinius sub diluculum cum instructo
 ueniens exercitu altera castra inuasit, maxima
 ex parte deserta à custodijs, quæ ad incendium
 se proripuerat: reliquos ad arma ex uim uersos
 profligauit haud magno negotio. in erea altera
 quoq; Sabinorum castra sita trans amnem alia
 Romanorum manus aggressa occupat: quæ in-
 tempesta nocte præmissa Tiberim scaphis ex
 ratibus clam hoste traicerat, ex castra tum
 demum petere cœpit, cum pōtem ardentem uide-
 ret, ita ut conuentum fuerat. in his etiam relictii
 præsidio, pars pugnantes ceciderunt, pars in
 amnem præcipitari, dum eius uoreices eluctari
 nequeunt, reliu eminus confecti sunt. bona pars
 dum ponti succurrere absumpia est incendio. ita
 utrisq; castris potitus Tarquinius reliquam
 prædam concessit diuidendam militibus, capti-
 uos etam Sabini quam Hetrusci generis Romanam
 abductos in arcta custodia habuit, quorum ma-
 gnus fuit numerus. Hac demum clade fractos
 Sabinos facti cepit poenitentia: missisq; legatis
 inducias impetraverunt in sexennium. Hetrusci
 iniquo animo ferentes uictos se à Romanis eoties,

ac eum irati quod Tarquinius repetenteribus capiuos pernegauerit, malens eos habere loco ob-sidum, decreuerunt ut omnes Herusci nominis populi Romanis bellum inferrent communibus auspiciis, non habituri pro Herusca ciuitatem qua grauarceur esse eius expeditionis socia. quod ubi placuit, trajecto Tiberi prope Fidenas castra sunt posita: ex dissidentibus Fidenatis oppido per proditionem potiti, cum multis captiuis ex præda è Romano agro abacta domum se receperunt, relicto Fidenis quantum sat esset præsidio. hæc enim sedes belli Romani placuit. Si rex Tarquinius armatis in sequentem annum legionariis omnibus ex sociorum quantis posuisse auxilijs, ineunte uere in hostes mouit, priusquam illi uenirent ex omnibus suis ut antè collecti ciuitatibus: diuisisq; copijs ipse Romanos ducebat: socijs quorum maxima pars Latini erant, præfecit cognatum suum Egerium, iussum Fidenas petere. hic socialis exercitus cum non longe ab eo oppido castra loco parum enio posuisse propter contemptum hostium, penè totus deleterus est. qui enim in præsidio erant, clam accitis nouis auxilijs ex Heruria, obseruatoq; suo tempore, oppido egressi primo im-petu ceperunt male custodia castra hostium: ex eorum qui prædarū exierant, palantium pañim magna cædes est edita. Romani uero Tarquinij dñi uastato ex populato agro Veienti magnis

gnis prædis dicari, quā primū *Vcījs* ab omnibus
Hetruscorum populis multum auxiliorum sub-
missum est. ausos congregati uicerunt egregie: ac
deinde opulentos Hetruscorū agros impune po-
pulari, & ingenti præda poriti, capiueruntq;
abducto magno numero, & statim exitu domum
renuersi sunt. *Vcīentes* i anta clade accepit non
audentes urbem egredi, pariebantur in conspe-
ctu suo uincula sua cædi & arbores frugiferas.
Tarquinius tribus irruptionibus effecit ne toto
triennio nihil fructuum *Vcīentes* ex agris suis
perciperet, deseriis iam ex parte maxima. qui-
bus cum nullum damnū dare posset amplius, ad
C.ere duxit exercitum, que olim dum à *Pelasgis*
teneretur *Agylla* dicta est. *Hetrusci* cum non ē
ei mutauerant: urbs erat uiris ac opibus florens
si que alia *Hetrusci* nominis, unde magna mul-
tiudo procurrit ad arcendam ab agro uim ho-
stium: muleisq; occisis, sed pluribus suorum amic-
sis coacta est in urbem refugere. Romani agro in-
potestatem suam redacto. multis diebus ibi mo-
rati sunt propter uberem rerum copiam: & post-
quam abundi tempus uisum est, cum præda
quantam auchere poterat domum renuersi sunt.
Tarquinius *Vcīentano* bello defunctus ex ani-
mi sententia, contra hostem *Fidcnis* hærentem
eduxit copias, ut præsidium inde eyceret, & de
proditoribus oppidi sumeret supplicium. prima
contra hostem progressum pugnatū est acriter,
secunda

secuta deinde & que acris oppugnatio mœnium.
 Tandem ui capitis Fidenis, præsidium cum alijs
 Herusciis capitiis afferuatu est in custodia. de-
 fectionis autores, pars cæsi uirgis publice securi
 percussi sunt, pars missi in perpetuum exilium.
 bona corū Romanis concessa inibi habitibus,
 qui ue relieti sunt præsidio. ultimus cum Heru-
 scis conflictus in agro Sabino ad Hercium fuit.
 illac enim ueniebant quorundam suasu, qui Ro-
 manis infensi, spem societatis sibinorum eis se-
 cerant. aderat enim finis induciarum sexenna-
 lium, & adulta iam iuuentute multos tenebat
 abolendæ ignominiae desiderium. nec tamē is co-
 natus successum habuit. nam priusquā ab ulla
 ciuitate Herusciis auxilia submittentur pu-
 blice, superuenit Romanus exercitus: pauci tan-
 tum magna mercede conducti in castra eorum
 uoluntarij se conculerāt. Hoc ut postremum ita
 maximum fuit prelium ex pulcherrima uicto-
 ria mirum in modū aucti opibus Romani trium-
 phum decreuerunt Tarquinio consentientibus
 senatus populiq; suffragijs. Herusciis contrā in
 totum collapsi sunt animi, ut qui ex tanto in
 eam expeditionem missorū numero per singulas
 ciuitates paucos repperant incolumes. nam alijs
 ceciderant in acie, alijs deprehensi in locorum
 difficultatibus dditionem fecerant. itaq; tanta
 sua clade Romanam uirtutem experti populo-
 rum principes, fecerunt quod uiros prudentes
 decuit.

decuit. parate enim nouam expeditionem in eos
Tarquinio, in communi genere cōcilio decreuerūt
de pace cum eo agere: ac mox singularum ciui-
tatum legationes cum libera potestate cōditio-
num uenerunt, et in his honoratissimus quisq;
et natus maximus. Hi cum multis regem hor-
rarentur ad iustitiam atq; temperantiam, me-
morantes etiam cognationē quae ei cum sua gen-
te intercederet, ait se unum hoc ex ipsis scitari:
uerum ex aequo cum ipso discepere uellent, an
pacis conditones accipere, sciq; uictos agnosce-
re, et uictoris subire imperium. quibus respon-
denibus, se et ciuitates suas in illius potestate
permittere, et pacem accipere quibuscumq; con-
ditionibus, iam exhilaratus. Audite nunc, in-
quit, conditiones, et quam nobis pro ista uestra
uoluntate repono gratiam. Ego neminem He-
renscū occisurus sum, aut exilio pecuniāue mul-
titatus: ciuitates ipsas sine praesidijs, sine ex-
actionibus, permitto suis legibus uiuere, nihil mu-
tatio statu recipi. e. pro his omnibus que nobis
conceduntur unum postulo, ut me uestrarū ci-
uitatum principem agnoscatis, quod etiā innitis
nobis futurus sum quandiu ero armis superior:
malo ramen id consequi à uolentibus. hec refer-
re uestris ciuitatibus: ego interim dum huc re-
uertimini nobis inducius polliceor. Cum hoc re-
sponso legati dimisi post paucos dies redcun-
non nuda uerba tam afferentes, sed et prin-
cipac

cipatus insignia quibus suos reges ornare sunt
 soliti, coronā auream, & sellam eburneam sce-
 perumq; in summitate habens aquilam, & tu-
 nicam auro distinctam ac purpura, togamq;
 pictam purpuream, qualia fuere Lydorum atq;
 Persarum regum gestamina, nisi quod non qua-
 drata ut illa, sed figura semicirculi. hoc genus
 Romani togam, Graci τιθεντον appellat, nescio
 unde sumpio uocabulo. non enim uideatur Grae-
 ce originis. Sunt qui prodant allatas etiam se-
 cures x i i. singulas missas à singulis populis.
 Hieruscorum enim mos fuit quāq; ciuitatē suo
 regi lictorem unū addere, qui cū fasce securim
 illi præferat: quoties uero cōmunitis x i i. populo-
 rum erat expeditio, xū secures ei tradibantur,
 cuius erat imperium in exercitu. nō tamē omnes
 scriptores hic consentiunt, quandoquidē nōnulli
 aīunt ante etatē Tarquinij secures regibus pre-
 ferri solitas: siueq; hoc institutum Romuli mox
 ex quo principatum adepius sit. Nihil tamen
 uerat Hieruscorum id esse inuentū, primumq;
 allatas inter cetera insignia regia secures x i i.
 quemadmodum nunc Romani scepera & dia-
 demata dono mittunt regibus, quando eis cōfir-
 mane potestae in regiam: quibus utuntur etiā
 ab illis nō accipiunt. Hos honores nō statim ad-
 misse Tarquinius, si plerisq; scriptoribus Ro-
 manis credimus: sed cum ad s.p. Q. R. resulisse
 iuberent

iubarent ne ut eos recipere, uolentibus illis &
consentientibus cum demum illis usus est: tuncq;
uice tempore amictus toga picta purpurea ge-
staba coronam auream & scepterū eburneum,
sellā item sedere solitus eburnea, lictoribus iuræ
reddenti astantibus, & per vias cum præceden-
tibus. idem ornatus mansit & ipsius successorib;
post pulsos reges annuis consulibus. ex-
cepta corona togaq; picta: nam hac sola his
adempia sunt, quod inuidiosa uiderentur & li-
berati grauia. post uictoriā tantū ex s.c. triū-
phantibus ornantur auro, & amiciūtur togis pi-
ctis purpureis. Ad hunc modū post bellum He-
rculanū per nouem annos ductu & auspicijs Tar-
quinij gestū pax redintegrata est. Sabini soli su-
pererant qui cum Romanis de principatu cōren-
derent, uiri pugnaces, regionem colentes amplā
& fertilem, nec longe à Roma distam. hos etiā
subigere cupiens Tarquinius bellum eis indixit,
incusans quod depositi sibi ad supplicium no-
luissent dedere suos populares qui Etruscos ad
bellum exciuerant, polliciti si cum exercitu ne-
nirent perseracturos se in eius belli societate suas
patrias. Gratum id fuit Sabinis iniquū existi-
mantibus si eorū præpotentes ciues sibi adime-
renerunt: & non expectatio Romanorum aduenit
ipsi in eorum agrum irruptioni. quos ubi Tar-
quinius cognouit superato Aniene populari
uicina castris omnia, assumpis Romane iuu-
euis

ruris expeditissimis, quantum posse propcerauit
 ut palantes prædatores oppimeret: cæsisq; plus-
 rimis & recepta præda, prope hostē castra po-
 suit: ibi paucis aliquot diebus expectatio reli-
 quarum copiarum & à socijs auxiliorum ad-
 ueniu, postquam his auctus est, in campū pro-
 gressus pugnandi fecit copiam. quo uiso Sabini
 ex aduerso pari alacritate prodierunt, nec uire-
 recedentes nec numero: pugnaueruntq; ingenti
 animo etanisper dum res erat cum solis à fron-
 te oppositis. deinde ut animaduerteerunt aliam
 hostium manum instructam à ergo in se ren-
 dente, desertis signis in fugam uersi sunt. Tar-
 quinius enim noctu delictos equites simul et pe-
 dices oporeunis locis in insidijs collocauerat, qui
 cum à ergo in Sabinos coorti sunt: ad quorum
 nec opinatum conspectum aeroniti nihil am-
 plius fecerunt fortiter, sed uelut arte circumuen-
 ti & malo ineluctabili, diffugientes alij alio sa-
 luent querebant pedibus. cum uero ingens coru-
 strages est editæ persequente equite & obstante
 undiq; iea ut admodum pauci cuaserint in pro-
 pinqua oppida: maior pars aut capti sunt, aut
 casi in fuga & in prælio. neq; enim ad repu-
 gnandum animus adfuit, sed oppressi ex inspe-
 ratio & se & castra sua dediderunt. Populi au-
 tem Sabini astu se non uirtute superatos dicti-
 zantes maiorem rursus parabant exercitu sub
 imperatore uicerano & arcium belli peritis-
 mo:

mo: quorum uoluntate cognita rex celeriter cō-
 paratis & in unum collectis copiis , priusquam
 illi conuenirent. Anienem transye. id ubi Sabi-
 norum imperator audiēt , cum ijs qui ex recenti
 delectu ad manum erant profectus , castra non
 longe à Romanis metatus est in pr.erupto quo-
 dam tumulo: & abstinēdum à prælio ratus do-
 nac ad se uenirent cetera Sabinorum copiae , ran-
 sum emissis subinde equitibus , & insidijs per
 nemora & sylvas dispositis defendebat agrum
 à populationibus. dumq; ita bellum ducitur cre-
 bro pugnatum ist procurvantibus uclitibus si-
 mul et equitibus exercitus in aciem educti sunt
 nunquam. tandem Tarquinius morarum ac ire
 impatiens oppugnationem aggressus aliquoties
 impetum fecit in castra hostium: deinde sentiens
 ui nihil sc̄ proficere , quod locus munitione esse
 quā ut expugnari posset facile, decrevit inopia
 concatus eos premere. itaq; custodij per omnes
 vias eō f. reneces dispositis, lignatione ac pabu-
 latione prohibitos breui ad tantam rededit re-
 rum omnium inopiam, ut coacti sint obseruare
 nocte imbribus & procellis turbida turpiter ca-
 stra desirere, relictis per erepidationem iumen-
 sis & tentorij, simulq; saucijs & apparatu
 bellico. Postero die Romani discessu eorum co-
 gnito sine pugna castris poriti , direptis his ca-
 ptiuisq; abductis in urbē se receperūt. durauit id
 bellū nō intermissum integro quinquēnio: in quo

agri utrinq; uastari sunt mutuis excursionibus,
 & multa cōmissa maiora minorāue prælia, in
 quibus raro Sabina res fuit superior: sed ultimū
 manū supremā bello imposuit. Sabini enim non
 ut ante per uices, uerū populariter quantū mi-
 litaris etatis fuit in expeditionem profecti sunt:
 Romanæ quoq; legiones ornes, accitis etiā He-
 truscorum ac Latinorum aliorumq; sociorum
 auxilijs obuiam iuerunt hostibus. Sabinus impe-
 rator in bina castra partitus est suas copias, Ro-
 manus rex tres exercitus in ternis castris ha-
 buit non longe à se inuicē disiit. ipse legiona-
 rijs præccrat, Aruncē fratri filium præfecie He-
 truscis auxilijs. Latinis præposuit uirum stren-
 uum & rei militaris peritissimum, liceet per-
 grinum necdū ciuitate donatiū, seruū Tullium:
 cui Romanus populus post obicū Tarquinij, nul-
 la superstite prole mascula, regnū deculit ad-
 miratus uirtutem hominis uel pacatae ciuitati
 regendæ uel bello administrando idoncam. hu-
 ius genus, educatio, fortuna & quod circa cum
 apparuit prodigiū, suo loco dicetur apius. Er-
 go uiring; parati ad decernēdum signa con-
 runt. lœuū cornu Romani, dexterū Hetrisci, me-
 diam aciē Latini occupant. toto die pugnatum
 est acriter, tandem Romani uicerūt egregie, stra-
 sisq; in pugna multis uiris fortibus, in fuga ma-
 iorē ceperunt numerū: & uirisq; castris potissim
 ingentiq; præda ditati, sine meui iam agris quā
 lace

late patebant ferro flammaq; perutis tuis, sub
initium aut̄ni domū dimisi sunt. Tarquinius
tertium triumphans in urbē rediit. Sequēti anno
rege rursus expeditiōnem parante ad expugnā-
da Sabinorum oppida, nullum expectare belli
fortunā sustinuit: sed uno cōfensiū priusquam adi-
rent extremū periculum corū quic uī expugna-
tis solent accidere: de pace agere decreuerunt.
Itaq; uenerunt singularū ciuitatum optimates
ad Tarquiniū aduentantem iam cum exerci-
tu: dedideruntq; tam se quām sua oppida, oran-
tes ut aquas pacis conditiones impetrare liceat.
Lætus ille sine periculo sibi oblatum genitū im-
perium, pace data in societatem & amicitiam
eos recipit eisdem legibus quibus Etruscos ali-
quāto ante receperat: captiuosq; sine pretio re-
stituit. Hac sunt que bello gessit Tarquinius,
nunc dicemus pacis opera, quādo nec ipsa libet
præterire silentio. Mox ut principatū accepit,
ad conciliandum sibi plebis fauore, sicut à priorib;
regibus factū est, hac benignitate usus di-
citur. selectos ex omni plebiorum numero uiros
cencum spectare uel fortitudinis uel prudencia,
in patriciorum primo allectos ordinem, patrum
etiam ascripsit numero: ac tum primum Roma
ercentes habuit, qui ducenti ante fuerant. Ve-
stalium quoq; collegiū auxit, ad quatuor dua-
bus additis. cum enim creuissē numero publi-
ca sacrificia, quibus opus erat interesse ha-
u 2 virgines

uirgines, non uidebantur quatuor sola sufficere. hoc institutum securi sunt reges alij, & usq; ad nostram etatē mansit is numerus. quin & sup plicium quo in eas stupri conuictas animaduer- tunt pontifices, ad hunc autorem refertur: siue id alia ratione, siue (ut quidam opinaneur) in somnis monitus instituit: quod post illius obitum inter Sibyllina oracula repertum aiunt ipsi pon- tifices. deprehensa enim est co-regnante sacerdos quedam Pinaria Marci filia corpore non ca- sto rem diuinam accedere. modus autem suppli- cij quo tales puniuntur, superius à nobis indica- tus est. Forum etiam ubi ius redditur, conciones sunt, aliaq; ciuilia negotia peraguntur, ab illo rege ornatum est, off: cinis circumdatum alijsq; ornamentis publicis. Urbis mœnia que ante properato ac rudi opere condita fuerunt, exiru- xie quadraeis lapidibus, quorum singuli iu- stum plaustri onus conficerent. cœpit & cloa- cas fodere, quibus in Tiberim corriuantur quic- quid aquarum est per vias, dici uix potest quam admiranda opera. Mihi sane iria magnificen- tissima uidentur, ex quibus maxime apparet ampliudo Romani imperij, aquæductus, uiæ stratae, & hæ cloacæ, reputanti non solum uti- litatem operum de qua suo dicitur tempore, ue- rum etiam impensarum magnitudinem: quam uel hinc licet conuicere, quod, ut affirmat C. Aquilius, neglectas aliquando cloacas, & non

non transmittentes aquam, censores mille talentis purgandas locauerint. idem in circulo maximo inter Palatinum & Auentinum montes sita primus circunquaq; operta tecto fecie sedilia. nam antea stantes spectare solebant, suis tabulari sustinenteibus. Locos spectaculorum in triginta curias distribuit, ut curialiū quisq; suo loco spectaturus sideret: quod opus et ipsum procedente tempore annumerandum erat inter totius urbis pulcherrima. longitudo enim eius est trium stadiorum cum dimidio, latitudo quadrangularis iugerum. à duobus maioribus lateribus, et uno minore, cingitur curipo qui aquas recipiat, decempedali profunditate simul & latitudine. post curipum exstructe sunt triporticus. imæ habent lapidea paulum scandentia (sicut in thearieris) sedilia, super duplice contignatione sunt lignea. duas maiores porticus terra minor coniungit, transuersim lunata specie apposita, ut exercitus una conficiatur amphitheatralis octostadiorum ampliudine, capax centum quinquaginta milium hominum. reliquum è minoribus latus, quod subdiuale est, habet forniciatos carceres unde equi emittuntur, omnes uno clausos repagulo. externe ambit circum simplex connecta porticus, habens officinas & superne cellas per quas spectatores intrant & ascendunt per officinas singulas, ut nulla confusio exoriatur inter eos milia cum uenientia

cum discedentia. Templum etiam edificare aggressus est, quod cum Sabinis confligens ultimo prælio, Ioui, Iunoni, & Minervæ uouerat. Huic sedem cum designasset in tumulo qui multa & laboriosa' egeret opera, quippe qui difficili adiu erat, nec in summo planus, sed præruperius & fastigiatu, multis ex partibus amplexus est eum aliis subtractionibus: inter quas & uerticem congesto aggere planam iefficit aream ad excipiendam sacram adem apitissimam. funda menta tamen iacere fato præuentus non potuit, cum quadriennio tantum post ciuius belli finem superuixerit. Post multos deinde annos tertius ab hoc rex Tarquinius, is qui regno pulsus est, fundamenta iecit, & bonam parem confecit ciuius edificij. ac ne is quidem absoluuit hoc opus, sed à tertius consulibus dedicatum est. Memorabile est & quod ante templi eius edificationem accidit, constanter prodictum ab omnibus Romanis scriptoribus. edificatus Tarquinius accessitis auguribus iussit primum deos consuli de loco, quisnam esset in tota urbe ad id apitissimus, dijsq; ipsis gratissimus. cumq; indicasse imminentem foro tumulum, qui cum Tarpeius dictus nunc Capitolinus uocatur, iterum quaesi uit qua tumuli parte deberet fundamenta iace re. nam id erat non admodum facile, multis deorum geniorumq; sacellis penè inter se contiguis locum occupanteibus, quæ oportebat transmoueri alio.

aliò, & arcam liberam futuro templo relin-
quere. placuit auguribus de singulis aris ibi suis
aues consulere, & si numina ipsa uellent cede-
re, transferre eas in locum alium. omnes facel-
lorum exaugurationes admisirunt aues: Ter-
minus eantum & Iuuenies nullis augurum pre-
cibus flecti poruerunt ut sustinerent locis suis
cedere. quo factum est ut eorum aree continean-
tur templi ambitu, altera sita in uestibulo Mi-
neruæ, altera in ipsa æde prope delubrum. hinc
conuicibant augures, nec mouendos unquam
urbis terminos, nec iuuenilem uigorem ei defore.
uirunq; nunime uanum fuit usq; nostra tempo-
ra per ætaes iam x x i i i i. illustrissimus au-
tem augurum, qui aras dicauit, fanumq; desig-
nauit, & multa populo prædictie diuinitus,
Nauius Actius dictus est, qui diu sive fereur
omnium cius artis professorum charissimus, c'la-
rum nomen consecutus ob uix credenda cius ex-
perimenta edita. quorum unum præcipuum di-
ceatur, qua fortuna quâue occasione à diu oblate
ad tantam nominis celbritatum peruenieret, ut
cæteri cius seculi augures collati ad illum in
nullo penè honore fuerint. paupere hic patre
natus exigui colono rusculi, puer ciuam cum in-
habet eum & alijs operis quis artas ea fert, &
pastum agendis suibus. accidit aliquando ut
experctus à somno desideraret sues aliquot,
nec inueniens flerce meu paternæ scuiciae. pro-

u 4 sectus

factus deinde ad ligneum quoddam sacellum in
 eo rure sacraium heroibus, eorum opem in per-
 uestigandis suibus implorabat: uoto facto, si
 preces sue non fuerint irritae, oblaturum se illis
 uiam eius ruris maximam. paulo post inuenitis
 porcis cum uellet uotum heroibus persoluere,
 non uidebat uiam qua uiam eam inuenire pos-
 set. quamobrem anxius animi deos compreca-
 rus est ut quod querens indicarene sibi auspi-
 cio. cumq; diuinitus in menem ei uenisse uia-
 nem in duas partes dividere, dextram & su-
 nistram, obseruabat ueriusq; partiis auspicias:
 conspicatusq; aues in aliera, ad indicatam ui-
 tem accedens inuenit uiam mira magnitudinis,
 quam ad sacellum deferens à patre uisus est. cui
 admiranti boirionis molem, & unde nactus es-
 set scitanti, rem omnem denarrauit ordine. pa-
 ter suspicatus id quod erat, inesse ingenio pucri
 natura quedam artis diuinatoriae semina, ad-
 ductum in urbem commendauit literatoribus.
 deinde ubi triuiales isti. disciplinas perdidicis,
 tradidit eum Etruscorum doctissimo, ut auspi-
 candi artem disceret. ita Nauius ad innata
 principia præceptis artis additis omnes diuinos,
 ut dixi longo post se reliquie spatio. & quam-
 quis non esset unus è collegio, ramen ab urbanis
 auguribus in omni publico negotio adhibebatur
 proper prædictionum eius certitudinem, nec
 prædicibant quicquam nisi ex illius sententiæ.
idem

idem Nauius, cum aliquando Tarquinius ad ueteres equitum centurias ex recenti d: lectu tres à se atq; amicis denominatas uellet addere, solus fortius contradixit, non sinens hic quicquam mutari ex i[n]st[itu]to Romuli. ea de causa iratus rex Nauio, conatus est uanitatem artis ex hominis arrogantiā coarguere. itaq; pleno foro sedens altiore solio, præmonitis circumstantibus quid pararet facire, accersit augrem. ueniente ex comite salutato, Nunc, inquit, tempus est Naui, quam arcis tuæ peritus sis ostendere. concepi mente negotium arduum, id fieri ne possit scire cupio. I consulisq; auibus responsum refer celeriter: ego hic præstolabor interim. fecit quod iussus est, ac mox reuersus ait addicere aues futurum esse omnino. Risit Tarquinius, simulq; promens è sinu cotem ex nouaculam, Deprehensus es, inquit, prætexis numinis nobis imponere, quando polliceri audes impossibilia. ego certe cogitavi possemne cotem nouacula discindere. cum risu exorto circumstium, Nauius nil turbatus strepitu ex libidrio exclamat, Feri Tarquini cotem strenue profecto enim diuides. miratus rex uatis confidiam, nouaculam in cotem adigit: ferrum dissecta cote adusq; manum tenetis eam penetrat. ad tam incredibilem euentum conclamatum est à corona spectantium miraculo attorta. Rex confusus arcis experimento, ex uolens

u s indec

indecoram opprobriationem corrigere, primum
 à duplicandis centurij abstatit: deinde ut Na-
 uio debitum honorem referret ut djs omnium
 mortalium charissimo, præter magnam comi-
 satam exhibtam, etiam ærea statua hominem
 dignatus est quæ memoriam eius sempiternam
 prorogaret ad posteros: spectataq; est in foro
 usq; ad nostra tempora, ante curiam prope ru-
 minalem sicum posita mediocristatura & oper-
 eo capite. eorum quoq; ac nouaculam non longe
 inde sub ara quadam sitas fuisse memorant: qui
 locus Romanis pueris dicitur. atq; hæc de au-
 gure dixisse sufficet. porro Tarquinius rex iam
 annis granis & octogenarius, ob idq; à bello
 ferocius, per insidias ab Anci Marcj filijs op-
 pressus interiit: qui iam antea de principatu
 cum deturbare non semel cogitauerant, spe suc-
 cessionis ob paternam memoriam gratam eiam
 eum uiris bellatoribus. Verum ea spe frustrai-
 insidias illi struxerunt incutabiles: quod faci-
 nus non impunitum suere numina. Liber & in-
 sidiarum modum narrare. Nauius ille quem re-
 gi centurias equitum augere uolenti intercessisse
 diximus, cum maxime commendatione artis &
 autoritate florere in urbe, sine amulatione sui
 ordinis, siue inimicorum dolo, siue alio quocunq;
 repentina casu sublatus nusquam comparuit:
 & neq; mortem eius coniectare posuerunt ipsius
 necessarj, neq; cadaver nusquam referunt est.
 quicm

quem casum cum populus multa de mulieris suspi-
cans ferret iniquissime, Anci liberi uidentes
commotam multitudinem, per calumniam im-
pingebant id scelus regi Tarquinio, nulla alia
coniectura, nisi quod dicerent eum uoluisse mul-
ta mutare in Republica, ideoque sustulisse hunc
ne aduersaretur ipsi ut antea: deinde quod in
eum grani casu non inquisiuisset autores faci-
noris, sed totum dissimulasset, non facturus ne
sceleris esse conscientia. ita comparata factioso-
rum manu è plebeis simul ex paeritibus, quos
aduertabant de suis facultatibus, magnam regi
faciebant inuidiam: hortabanebantq; populum,
ne patarentur uirum manus impuras admouen-
tem sacrificiis, ex pollucentem potestatem re-
giam, praesertim qui ne ciuis quidem esset, sed
peregrini generis. ita concionabundi homines
discreti commonebant bonam partem popula-
rium, uenientem in forum conati ut impurum
pellere: non tamen ueritati praeualere porue-
runt, nec persuadere populo reliquo ut cum re-
gno pellerent. ut uero ex ipse causam pro se di-
cere exorsus calumniias omnes egregie diluit, ex
gener eius Tullius, cui alteram filiarum nupium
decederat, multum apud populum pollens, Roma-
nos flexit ad misericordiam, improborum ca-
lumniatorum opinionem lucrai in foro coacti
sunt discedere. is conatus ubi parum successit,
reconciliationem per amicos querentes regem
inuen

inueniunt facilem adueniam , qui ob paterno-
rum beneficiorum memoriam contentus fuit re-
mere cœpiorum pœnitentia : atq; ita integro
triennio manserunt in ficta amicitia. deinde oc-
casione nacti tali dolo eum aggressi sunt. iu-
uenes duos coniuratorum audacissimos pasto-
rali habitu & falcibus lignatorüs instructos
meridie miserunt in reg' am , præmonitos quid
eos dicere oporteat , quoniam modo rem gerere. qui
ut in vestibulum perueniunt , magno tumultu
se inuicem conuictüs lassessentes , ne manibus qui-
dem temperabant , amboq; magna uoce regem
appellabant , præsenibus multis coniuratis & que
rusticano habitu , utrinq; paratis huic illi ue
adesse ac restari de iniuriüs. vocati intro ad re-
gem , iussi q; licem proponere , aiebant se conten-
dere de caprarum gregibus , uacifrando , obstre-
pendoq; sibi inuicem , & nihil ad rem dicendo ,
sic ut risum mouerent omnibus. ita inter ludib-
ria regem incatum aggrediuntur falcibus ,
& grauer sauciato per ianuam se proripiunt.
sed conclamatione facta multis accurentibus à
fuga retracti , tormentisq; admoi , coacti sunt
autorem insidiarum prodere , ac mox meritem
dederunt supplicium. ita rex Tarquinius f. mo
concessie , cum per triginta octa annos , quibus
regnauit , multa & magna in Rem publicam
conculceret beneficia.

DION.

DIONYSII ALEXAN-
DRI F. HALICARNASSEN.
*antiquitatum sine Originum
Romanarum, Liber
Quartus.*

Continet res Seruii Tullii & L.Tarqui-
ni Superbi regum Rom. ultimi, tempus
autem annorum L X I X.



A R Q V I N I O defuncto in principatu successit gener eius Tullius, anno quarto quinquagesimae Olympiadis, qua in studijs cursu uicit Epitilides Laccon, principe Achenis Archestratide: de quo iam prosequenda est narratio quam supra distulimus, de parentibus eius, quid ue priuatus ante acceptam regiam potestare gesserit. ac primum de genere ipsius dicam que mihi uidetur maxime uerisimilia. Corniculanus quidam in Latro uir regij sanguinis nomine Tullius uxorem habuit Ocrisiām præstanti forma & pudicitia fœminā. hec marito in Corniculi expugnatione occiso prægnans inter captiuos abducta, in predi pariem Tarquinio extra sorte honoris causa concessa est, quam ille dono dedit coniugi. Tanquam omni eius fortuna cognita paulò post munificie mulicrem, eiq; maximam semper benevolentiam & honorem exhibuit. ex hac Ocrisia etiam

etiam cum ancilla natus est puer, cui mater su-
pragentile nomen Tulli, prænomen addidit Ser-
vius, de presenti conditione sumptum, quod in ser-
vientem cum peperisset. Servius enim Graece dici
posset Δολιθος. Latini tam aliter & penè fa-
bulose narales eius narrant, quem admodum apud
multos eius gentis scriptores inuenio, si tale quid
de diis fas est credere. e foco regiae, ubi cum alia
sacra domestica solent fieri, tum cœnarum li-
bari primitiae, extitisse uirilis membra speciem.
id primam conspicatam Ocrisiā, quæ ex more
liba eò tulerat, indicasse regibus. uiso prodigio
miranti marito Tanaquilē mulierem & alio-
qui prudentē & Thuscarū cum primis peritam
ariū dixisse solam soli, fatale esse in regia
maiorē homine prolem nasci ex ea fœmina qua
cum spectro illo concumberet. id cum confirmas-
sent alij quoq; prodigiorum interpretes, placuisse
regi ipsam cum eo coire, cui primæ apparuerit:
ac mox mulierem nupciali ornau exculeam in-
clusam esse in id cubiculum. congressamq; cum
quopiam deo uel genio, siue is Vulcanus fuit, us
uulgaris est opinio, siue familiaris Lar, post-
quam is disparuit grauidam factam legitimis
mensibus exactis peperisse hunc Tullium. id ne
fabulosum uideretur, fides rei prodigio nouo
confirmata est. puero enim in regina cubiculo
meridiani flamma emicuit è capite, matre
ipsaq; regina inspectante cum mulieribus &
alij

alijs qui cum forte aderant: nec prius ardore c. i-
pui deside, quam excitato à matre flamma simul
cum somno euanuit. atq; hęc sunt que frumentorum
de eius origine. merita vero, quibus adhuc pri-
natus regis simul & populi Romani consecutus
gratiam secundus à rege est habitus, fuerūt hu-
iusmodi. Penc puer primo bello Herusco, quod
auspicij Tarquinij gestum est, in equestribus
pugnis tam insignem præbuit operam, ut vulgo
celebraretur militaribus donis decoratus ante
alios. altera deinde in eam gentem expeditione
cum acre prælium commissum esset ad Heretum,
fortissimus omnium iudicatus rursus à rege co-
ronas accepit aliquot. anno autem etatis ad
summum uigesimo præfectus auxilijs que socij
Latini nominis miserat, in subigendis Iceruscis
multum adiunxit Tarquinium. Primo bello Sa-
bino magister equitum profligauit equitatum
hostium, & usq; Antennam urbem proue-
ctus, cum quoq; ob rem sua potissimum opera
bene gestam accepit premia. in alijs etiam mul-
tis cum hac gente conflictibus, nunc equum
nunc pediem dux, semper declarante eximiam
generositatem animi, & præ alijs coronas asse-
cutus est. ac demum perdomito hoc hoste, dedi-
cisq; Sabinorum oppidis, uisus Tarquinio fuisse
causa uictoriae, nouis coronis ab eo honoratus
est. nec minor scipio pacis arietibus, prudenti-
simus fui singulariꝝ eloquentia prædixus, &
cuius

cuius fortunæ ferendæ idoneus, ut qui sciret se
accommodare moribus omnium. ob has uirtutes
suffragijs populi Romani è plebeio ascitus est in
patriciorum ordinem, sicut ante Tarquinius,
atq; ante hunc ipsum Numa Pompilius. Rex
ipse generum sibi ascivit, iuncta ei filiarum al-
icra: & si quid per se morbo senectue impe-
ditus obire non poterat, huius opera uebatur,
non in domesticis tantum, uerum etiam in publi-
cis negotijs: in quibus omnibus æquum se ac fi-
dum præstite, nec reserre purabant ciues Tar-
quinius ne Republ. curarit an Tullius, adiò
deuineti erant eius beneficij. Ergo cum & re-
gali esset ingenio, & à fortuna multis gradibus
proiectus, post Tarquinium interemptum ab
Anci Marcij filijs paternum principatum re-
cipere conantibus, uisus est sibi uocari ad re-
gnum ab ipsa Republ. & ut uir industrius non
emisit hanc occasionem è manibus. Multum hic
ualuerunt & reginae uiduae consilia que genere
fauebat, non ignara in satis esse ut is uir ad re-
gnum Romanum perueniat. erat autem iam du-
dum orbata filio iuvene, qui duos infantulos su-
perstites reliquerat. quare destituta se cogitans,
& uerita ne Marcij regno potiti pueros tolle-
re, omnemq; cognationem regis extinguerent,
primam regia clausa custodes adhibuit necui uel
aditus parceret uel exiit. deinde iussis omni-
bus excedere cubiculo in quo Tarquinium sumi
necem

necem deposuerant, Ocrisia tantum cum Tullio coniugcq; ipsius sua filia recentis, & accitis cū nutribus pueris, sic eos affata est. Vides Tulli regem nostrum Tarquinium, qui te alumnū suum p̄e omnibus amicis & cognatis in honore habuit, impiorū manibus adductū ad fatalem terminum, prius quā uel domesticas res disponere, uel prospicere publicis, uel nostrū cuiquā extremum uale dicere potuerit. supersunt hi misselli & iterum iam orbati parentē pueri, quorū incolumentis in maximo nūc uersatur discrimine. nam si ad Marcios aut eorum interfectores peruenient gubernacula reip. miseris modis eis percundum est: ac ne uobis quidem uita in iure erit, quibus Tarquinius maluit quā illis locare filias, si paricidas regno potiri patiemini, omnesq; cognatos & amicos idem inueluet periculū: ne nobis quidem parcetur miseris mulieribus, sed omnes nos clamue palamue conabuntur illi perdere. Hac igitur cum ita se habeant, non conniendū est nobis dum nefarij paricide nobis infensiſſimi grassaneur ad imperium, sed obſistendum & uerandum astu primū, quando præſens rerum status ita poſtulat: deinde poſtquam primus conatus nobis ſuccederit, aperte iam aduersabimur, & armis eos arcebitus: ſi tamen his opus erit, modo ne piget nunc que facienda ſunt facere. Quenam hæc? Ante annia regis mortem occulimus ſpargendo fa-

mam nullum acceptum esse nulnus letale: medici
 quoq; promittant intra paucos dies restituendu
 m sanitati pristina: quo facto ego progressa
 ad populum quasi regis nomine mandata refe
 ram: committere eum curam & custodiam tam
 propriae domus quam reipublice, interim dum
 ipse convalescat, alteri generorum seruio Tull
 io. id populus libenter accipiet, iam ante assue
 tus tua Tulli imperata facere. ita presenti di
 scusso periculo(collabentur enim vires inimico
 rum audito regē uiucre) tu accepta cum fasci
 bus & armis potestate, uoca insidatores Tar
 quiniū uitae in populi iudicium, primosq; omniū
 Marcij filios, & ius postula. si comparuerint,
 plectiro eos capite. si, quod est ucrisi milius, cau
 sam desiruerint, bonis mulierato exilioq; perpe
 ruo. ac tum deniq; ad res componendas uersus
 officijs & comitate conciliabis tibi fauore mul
 titudinis, praecepit uero innocentia cura, & in
 egenos cines liberalitatis ac beneficentiae. post
 hæc ubi uisum fuerit tempestiuum, dicemus re
 gem defunctum, & funerabimus eum magnifi
 ce. postremum ist quod mihi abs te licet meo
 iure petere, ut quando à nobis enueritus & in
 stitus es, indulgeremq; habitus non secus qua
 filii solent à parentibus, & degis uitam cum no
 stra filia, si ad regnum quoq; me prouchene per
 uenire ubi dabitur, pucris iis paternā exhibeas
 benevolentiā: & cū ad eam & atē uenerine que
 sit

sit par administrande reipublice, maiorem na-
 tu Romanis præficias. His dictis, puerisq; alicro
 post alcerum in generi ac filiæ ulnas miserabili-
 ter impositis, mature cubiculo egressi, domesticos
 iusit parare curationi necessaria, simulq; con-
 uocare medicos : cūq; per noctē supercruentem
 interquicuisse, mane concurrenem ad regiā po-
 pulum per fenestras in nouam uiam uersas allo-
 cuta est, autores capitalium insidiarum indicās,
 productis ut erant uincti ministris eius facino-
 ris. cuius indignitate cōmota multitudine, &
 irritata contra noxios, tandem ait eos nihil sce-
 lectis consilijs proficere, quādo cædem animo de-
 stinatam perpetrare nequierint. ad hæc uerba
 exhilaratis, cōmendat eis Tullium, quasi de-
 claratum à rege priuatorum ipsius negotiorum
 simulq; publicorum curatorcm omnium, tan-
 sper dum haberet melius. itaque populus læsus
 abiit, ratus regis saluti nihil esse periculi, in quo
 errore diu persticuit. Tum uero Tullius ualida
 manu stipatus cum lictoribus in comitium pro-
 gressus, Marcios per præconem citauit in iudi-
 cium, & absentes damnauit exilio perpetuo,
 bonis etiam eorum in fiscum relatis, atque ita
 iam tuo regnabat pro Tarquinio. Nunc prius
 quā ad ulteriora narratio transeat mihi causa
 reddenda est cur à Fabio alijsq; qui hos à Tar-
 quiniu superstites pueros filios eius fuisse tradidit
 disseneiam, ne quis lectis illorū monumentis cre-

x 2 dat

dat me data opera fingere, qui non filios sed nepotes fuisse dixerim. Omnino enim inconsiderate ac negligenter hac parte quidam scripserunt, non excusis absurditatibus que fidem ipsorum elidunt, quas ego paucis conabor ostendere. Tarquinius ex Etruria cum familia migrauit et atque iam matura prudencia, ut qui solum uerisse feratur, quia non admittetur ad honores et curam reipublicae. alius igitur eum dicere cunum fuisse ut minimum trigenarium, quod hanc etatem leges censeant magistratibus idoneam et negotiis publicis: ego quinqueannum integrum detrahens, x x v annorum eum faciam. Venisse autem cum cum Etrusca uxore, quam uiuo suo patre duxerat, omnes Romani scriptores consentient: quorum Gellius aduentum eius refert in annum Anni Marcii regni primum, in octauum Licinius. Sit ita ut scribit Licinius. nam si non prius, certe posterius non uenit: quandoquidem nono Anni anno ad bellum Sabinum magister equitum ab ipso rege missus est, si utriq; scriptori credimus. quod si x x v. annos natu Romanum uenit et circuer octauum regni eius annum in Anni amicitia receptus, x v i reliquos exegit cum eo, qui in totum regnauit annos x x i i i, ipse uero successor x x x v i i, ut omnes consentiunt, sequitur ut octogenarius sit mortuus. is enim numerus ex hac supputatione colligitur. habuisse autem cum uxorem quinquennio se injorem

niorem probabile est, hoc est cum ipse moreretur natam annos L X X V . quæ nouissimum filiorum pepererit anno etatis sue quinquagesimo. Ulterius enim non fere uterum fœmina , sed hic est partum terminus, ut scribunt quibus curæ fuit perscrutari talia. eū filiū oporeet uigintiquinq; annorū fuisse quando pater orbatus est: Lucium uero non minus x x v i i . qui natu erat grandior. Ergo Tarquinius nullos infantes superstites reliquit filios susceplos ex hac muliere. Ad hac si uirilem et acem habuissent filij, nec pater fuisset occisus, nec mater adhuc misera et diu inuisa fuisset fœmina, ut liberos suos spoliaret principatu hereditario, eumq; serua nato et nil ad suam cognationē attinenti tradiceret. ne filij quidem fraudari se paterno regno per ignauiam siuissent in ipso etatis flore , uel ad excrēdā eloquentiā, uel ad rem manu gerendam aptissimo. quos Tullius nec generis nobilitate præcellebat, nec etatis prærogatiua, triennio tantū eorū alterum superans. qua propter nunquam regnum usurpanti ulro cessissent de iure suo. Quin et alia quedam insunt in hac opinione inconuenientia, quæ omnes historiæ Romanae conditores parum animaduertisse uidetur, uno excepto quem paulo post nonunabimus. in confessō enim est Tullium in occupato post Tarquinij morem regno explesse annū X L. igitur si quando successione fraudatus est grandior Tarquinius x x v i i .

annorum fuit, sepiuagenario maior erat quando interfecit Tullium. at scriptores tradunt eum tunc fuisse etate uigēissima: adduntq; arreptum ab eo regem medium, elatūq; è curia per gradus de eum precipitè: post quod facinus uigesimoquinto denum anno pulsus est, quando cum Rueulis bellum gerens omnia per se obibat imperatoria munia, quod incredibile est de eo qui non agenarrio sex annis sit grandior. exactus etiam regno bellum cum populo Romano gesit annis quatuordecim, ipse interim ab armis non temperas: id quod in monumenta relatum fidem de tam grandæuo non inuenit, quem oportebat tunc decimum supra centum annum excedere: tam longam autem uitam non est reperire in nostris regionibus. Has absurditates quidam Romani historici alijs absurditatibus dilucere conati sunt, pro Tanaquile matrem liberorum substituentes quandam Geganiam, nusquam nominatam in historijs. Certe hoc coniugium Tarquinio non conuenit penè octogenario, nec ea etate liborum procreatio est credibilis. neq; enim omnino carebat prole, ut eius desiderio tencetur, quippe duarum filiarum pater, idq; nupearum. quare et simul impossibilia reputari mihi placuit sequi potius autoritatem L. Pisonis Frugi, qui solus non filios fuisse, sed nepotes, scribit in suis Annalibus: nisi forte natura nepotes, adoptione filij regis facti sunt, quod fallere potuit rerum Rom

Romanarum scriptores cateros. Nunc à diuin-
ticulo repetamus institutum narrationis ordi-
nem. Adeptus uicariam reip. administracionē
Tullius, pulsa factione Marcia iam securus,
regem Tarquinium quasi recens tum ex uulne-
ribus mortuum magnifico funere extulit, monu-
mentoq; insigni cōdidit, alijsq; ornauit honori-
bus: ac deinceps regiorum puerorum rutor ha-
bitus, simul patrimonium eorum curabat, simul
negotia recipublice. id molestū fuit patricijs in-
dignaneibus quod ipse sibi maliciosis artibus
asseruisse potestatem regiam, non à senatu de-
cretam, nec accepit rite legitimo. quamobrem
sepe potentiores eius ordinis occultis cœribus
agitauerunt de abrogando illi principatu ut il-
legitimo: placuitq; ut quām primum Tullius se-
narum indicaret, cogerent eum fasces & reliqua
insignia deponere, ac mox creatis interregibus
per illos legitimū regem eligerent. quo cognito
Tullius ad promerēdum plebis sanorē & suble-
uandos inopes adiecit animum, usurus ad di-
gnitatē suā tuendam illorum opera: & pro-
ductis in concionem pueris ex altiore loco sic
populum allocutus est. Magna mihi necessitas
incubit, Quirites, curandi pueros hos teneros.
Nam annus eorum Tarquinius orbum mclarisq;
egenum exceptum educauit pariter cum suis
liberis, & matrimonio iunxit mihi filiarum
alteram, soroq; uita sue tempore paternum, ut

x 4 scit

scitis, affectum erga me obtinuit multiis ornans
 honoribus. tandem post infelicem illum casum, si
 quid humanum sibi accideret, mihi curam ne-
 potum credidit. quis igitur me diuini humaniae
 iuris oblitum non diceret, si deficerem aue pro-
 dorem pupillos quibus tam ingentem debeo gra-
 tiam? uerum nec mea fidei decreo, nec horum de-
 seram solitudinem, quaneum equidem potero.
 Aequum autem est uos quoq; meminisse benefi-
 ciorum ab horum aeo collatorum in rem publi-
 cam: qui tot Latinorum urbes antehac emulas-
 uestro subicxit imperio, sicut Heruscos quoque
 uniuersos uicinarum gentium potentiissimos, Sa-
 binos etiam imperata coëgit facere: atque haec
 omnia confecit nullis laboribus parcens aue pe-
 riculis. quapropter quandiu ipse uixit, illi uos
 decuit pro beneficijs habere gratiam: nunc ue-
 rò postquam fato functus est, posteris ciuis re-
 ferenda est, ne uideamini cum corporibus simul
 defodere beneficiorum memoriam. Sic igitur co-
 gitare, quasi uniuersi curatores relicti sitis his
 pueris, & confirmare eis auitum imperium. non
 enim aque illis prodesse potest mea unius iute-
 la, atq; commune ciuitatis auxilium. haec dicere
 coactus sum, quia sensi conspirasse quosdam ut
 regnum alijs tradarent. Licebit autem Quirites
 & meos labores reuocare uobis in memoriam,
 quos nec paruos nec paucos impendi recipi publice,
 quos apud scientes uos recensere necesse non ha-
 bco:

beo : pro his gratiam siqua mihi debetur , istis
 reponi cupio . non enim mihi regnum aſtruo , quo
 tamen indignus nō uidcor : sed Tarquinij poste-
 ris opem ferens accepi rerum gubernacula . quā-
 obrem ſupplex oro ne deſtituatis pupillos nunc
 de principatu periclitantes : quodſi primus co-
 natus inimicis ſucceffere , exulaturos etiam in
 perpetuum . Vt rūm de his que eſcā ſcitis ipſi , eſcā
 facietis ira ut facere conuenit , nihil addam am-
 plius . ſuperēſt ut audiatis quid excogitaue-
 rim in ueſtrum commodum , cuius' uerbi cauſa
 uos in concionem aduocauerim . Quorūq; ue-
 ſtrum ære alieno grauati non ſunt ſoluendo
 propter inopiam , his ego ſuccurrere paratus ,
 quoniam ciues ſunt eſcā mulcet labores exal-
 runt pro patria , ut libertatis publicæ propug-
 natores amittant propriam , de meo pecuniam
 dabo qua ſatis fiat creditoribus . Si qui autem
 in poſterum à fœneratoribus muruum accepe-
 rint , eos ob eſcā in neruum duci non ſinam : caue-
 boq; lege ne fœneratoribus ius ſit in libera cor-
 pora , ſed contenti ſine debitoris facultatibus . Et
 ut tributorum collationem , propter que pau-
 peres ære alieno grauantur , ſcratis leuius , uolo
 ciferri bona omnium , eſcā pro ſuo quenq; cenuſu
 conſerre , ſicut in magnis eſcā bene iuſtitutis ci-
 uitatibus fieri audio . Iuſtum enim exiſtimo eſcā
 recipit . uile , ut qui multum poſſident multum
 conſerant , parum uero qui ſunt in re tenui . Pla-

x s cet

cet etiam mihi agrum publicum armis uestris
quaesitum non ab impudenterissimo quoq; ut nunc
fue, occupari, nec gratis accepsum, nec compa-
parum precio : sed corum esse qui adhuc exortes
sunt, ne mercede seruiatis cum sitis liberi, ut'que
non alicnos fundos colatis sed proprios. nihil
enim generosum potest sapere qui quotidiani
nictus penuria premitur. postremo decreui
equare ius ciuium, ut aequo iure assuecant
uiuere. quosdam enim canrum sibi arrogare au-
dio, ut non uereantur plebeios contumelias affi-
cere, et pauperes proseruis habeat. itaq; ut mi-
noribus quoq; contra potentiores iure agere li-
ceat, leges ferā qua pariter omnibus conueniāt
prohibentes uiolentiam et custodes iusticie: et
ipse nūquam hanc equalitatem cueri desinam.
Hac oratio uehementer concioni placuit, alijs
fidem eius erga bene meritos laudantibus, alijs
benignitatem in pauperes, alijs moderationē et
humiliorū patrocinium, omnibus uero iusticiam
et equitatem uiri complectenteibus aeq; admī-
rantibus. Dimissa concione, sequentibus diebus
obēratos inſit dare nomina, qui fidem suam li-
berare ne quirent, simulq; ascribi quantū quisq;
debet: quibus recognitis mensas in foro posuit,
et in omnium cōspectu debitam pecuniam an-
numerauit creditoribus. His peractis edictum
regum proposuit, ut omnes qui publicū agrum
privarim usurpassent, intra ceream dicm eo de-
ced

cederent, & eorum qui nulla prædia rusticas haberent, deferrentur ad se nomina: legesq; Romuli & Numæ Pompilij ueritate neglectas in usum reuocauit, & nouas ipse eulit alias. Hanc eius administrationem moleste feribant patri-
cij, uidentes diminui senatus potentiam, statimq;
mutauerunt consilium. qui enim prius principa-
rum ut illegitimum abrogare illi uoluerant,
creatisq; interregibus per illos declarare alium
regem legitimum, iam cōtentis praesenti statu nil
saegendū putabant amplius. subibat enim eos
cogitatio, si senatus aliquē à se electum admo-
ueret regni gubernaculis, fore ut plebs refraga-
retur continuo. si uero plibi permittetur libera
regis electio, Tullium habiturum omnium sus-
fragia, iamq; futurum regem legitimum. Visum
est igitur consultius sinere cum in principatu
surrepticio, quem obiineret deceperis magis quam
persuasis ciuibus. Sed nihil profecerunt huius-
modi rationibus: adeo callidis artibus occur-
rit eis Tullius, ut uel inuitis eis regnare perge-
re. Sparsis enim iam ante rumoribus de patri-
ciorum insidijs, moestus & sordidatus in fo-
rum prodij, comitantibus matre Ocrisia &
sociu Tanaquile totaq; cognatione regia. ad
quod inopinatum spectaculum multis confluen-
tibus, consenso tribunali sic concionatus est.
Non de Tarquiniorū puerorum securitate modo
agitur Quirices, sed iam mihi ipsi timere cogor.

ne

ne triste aliquod iusticie sc̄rā prēmīum. Appētor enim patriciorū insidījs, & indicātū est mihi coniurasse aliquoē corū in meā perniciē, nulla uel magna uel parua lēsos iniuria, sed quia in plebem sui & esse porrō uolo beneficuſ, id uero eos male habet quaſi indignum facinus: fœneratores, quia pauperibus libera tem seruauit incolumē: alioſ qui coacti ſunt occupatio per ſe publico agro cedere, quia terram uero ſan- guine partam tam iniquo animo relinquunt quā proprium patrimonium. ſunt qui censum ægre ferant, quod in impensas bellorum poſthac con- tribuendum ſit illis pro ſuis cuiq; facultatibus. cōmuniſ autem omniū dolor iſt quod iuxta leges ſcriptas affuſcente & quo iure uobifcum uiuere, nec tanquam emp̄ticiū abutentur pauperibus, ut nūc faciunt. His de cauſis cōmunicato cōſilio coniurauerunt reductis prius exilibus, mox ad Marcij filios regnū deferre: quibus uos ob ne- catum regem uerum Tarquinium, uirum bonū & amatorem recipi publice, ue qui conſcientia ſce- leris defera cauſa ultronco ſeſe damnarint exi- lio, aqua & igni interdixiſtis. reduxiſſentq; in- tempeſta nocte ſtipatos catervis extēnorū mi- litum, niſi maturae fuiffent indicio proditi. cere- ra ipſi uel meſilenee inelligitis, quod Marcij ſi patriciorum auxilio tam facile rerum potiti fuiffent, priuum me tuorem regiorū puerorum arripiuiffent, deinde hōſce pueros & cateros co- gnatos

gnatos atq; amicos Tarquinij cunctos interfec-
cissent: uxores autē & matres ac filias nostras,
reliquasq; sacerdotis, habuissent in mancipiorum
numero, homines immanes & tyrannico spiri-
tu. Igieur si etiam uobis Quirites placet homi-
cidas illos reductos regno præfici, benefactorum
uerò uestrorum posteros autem principatu fra-
datos ejici, seremus fortunam quamlibet. oramus
eamen per quicquid usquam est deorum atq; ge-
niorum quibus cure sunt res mortaliū, suppli-
ces uobis unā cū uxoribus & liberis, ut pro plu-
rimis Tarquinij puerorum istorum aui officijs
quibus uos demereri perpetuo conatus est, proq;
non paucis quibus ego ipse quantum mihi fuit
uirium prodesse laborans uestris commodis, re-
ponatis nobis unicam hanc gratiam, uidelicet
indiceris uestram sententiam. Si enim alios quo-
piam digniores quibus hic honor deferatur quā
nos ducitis, pueri quidem isti & reliqua Tar-
quiniorum cognatio relicta patria proficien-
tur in exilium, ceterum ego mihi ipse aliter con-
sulam. iam enim satis & ad uirtutem & ad
gloriam uiximus: neq; sustinuerim frustratus
uestra benevolētia, qua nihil habeo carius, tur-
piter apud alios quoscunq; uiuere. accipite hos
fasces, & si ita uideatur, date patricijs, ego uo-
bis amplius molestus non ero mea præsentia.
Hac dicentē & de tribunali descendere paran-
tem clamor undiq; ingens excipit, mixtaeq; la-
crymis

crymis preces, maneret, rerumq; habenas retine-
ret timore posito. deinde subornati quidam pas-
sim turba inserti uociferabatur creandum cum
regem, postulantes uocari ad suffragia curias.
à quibus initio facto mox plebs uniuersa in eā
inclinauit sententiam. Id animaduerteens Tullius
occasione oblatam cupide arripuit, se uero
gratias illis maximas habere professus quod
beneficiorum esse memores, maiora insuper
pollicendo s' rex ab eis declararetur: simulq; dic
indicit comitüs, quibus agrestium quoq; multi-
eudinem uniuersam intercesser voluit. Fiunt cu-
riata comitia, & distribuuntur calculi. Itaque
omnium curiarum consensu dignus regno iudi-
catus, ualere iussis patribus conscriptis, qui no-
lebant ratam habere plebis uoluntatem ut eis
mos erat, principaeum obeinuit. Sed hinc mo-
dum regno potitus, praeceper alia multa que domi
praeclare instituit, bellum etiam cum Hieruscis
gesse maximi. Sed prius acta eius dicetur que
ad reip. ordinationem attinent. Mox ut regnum
adeptus est, agrum publicum ciubus obegistæ
rem mercenariüs dimisit. deinde curiatis comitüs
leges tulit de cōtractibus & iniuriis. crant au-
tem L. quas nunc non est necesse ut enumerem.
urbi duos colles & iminalem & Esquilinū ad-
didit, singulos iusta oppidi magnitudine: atq;
ibi loca ciubus lare carentibus ad ædificandum
distribuit. ipse quoq; Esquilüs habitavit loco
regionis

regionis eius commodissimo. *Hic regum ultimus*
urbis porteria protulit, duobus ad quinq; col-
les additis, auspicio eorum re diuina rite peracta
ut mos fuit. Ulterius non processit eius ambitus,
religionibus ut fertur non permittitibus. Subur-
bia quam late patent immunita sunt eorum ho-
stium incuribus obnoxia: quae adeo urbi coniun-
cta sunt, ut magnitudinem eorum considerantes
 fallaneur, nec certe discernere queant ubinam
 ea uel incipiat uel desinat. ita urbanis edificia
 suburbana perpetuo nexu coharent, in infinita
 longitudinem porrectae urbis existimatione spe-
 ciantibus præbentia. quod si quis moenia, inuen-
 tu difficilia propter undique coniunctas aedes, ue-
 stigüs veteris structure perlustrata conferre
 Athenarum amplitudini uoluerit, non muleo
 capacior apparebit Romæ ambitus. Verum de-
 scribere eius magnitudini ac pulchritudini,
 que nunc est, aliis locis erit commodior. Ceter-
 rum Tullius postquam septem colles uno muro
 complexus est, urbem in quatuor partes diuisit
 à collibus cognominatas, Palatinam, Suburra-
 nam, Collinam, Esquilinam, et quatuor tribus
 esse fecit que ad id temporis tres fuerant, suosq;
 cuique tribules ascripsit diuisa habituros munia
 nec mutaueros domiciliū: ita ut in quaque scori-
 sum delectus milium et collationes tributorum
 fierent: nec iam iuxta tres illas generales tri-
 bus, ut ante, sed iuxta has quatuor per locos à
 se di

se digestas ordinabat militiam tribunis in singularis praepositis, quos ius sit scire quam ciuium quisq; domū incoleret. deinde per omnia compita mandauit ut uicinie facella lignea dedicarent laribus. & quotannis eis sacra faceret, conseruentibus liba singulis domibus. Sacrificis cōpitalia sacra facienteibus non ingenuos sed seruos ministrare uoluit, quasi hoc gratius esset laribus: quod festū nostra quoq; ætate Romani agitant paucis diebus post saeurnalia cum primis celebre & sumptuosum, compitulum appellazione: duratq; mos ille priscus in sacris placandi genios per seruorum ministeria, qui tempora- ria libereate fruuntur per eos dies, ut hac hono- rifica humanitate mansuetiores redditi domi- nos cariores habeant, & leuius ferante sue for- run & inclemētiā. Diuisit & uniuersum agrū, ut Rabius autor est, in partes x x v i. quas ipse tribus nominat, ita ut triginta fiant urbanis quatuor ad has additis. Cato certe tot eis fuisse dicit iam eum regnante Tullio. Ego libentius accesserim Venonio, qui triginta & unam tri- bus numerat. tacito agri partium numero. Ce- terum quoecunq; furcunt. Tullius in montanis & natura munitis tumulis tutæ agrestibus pa- rauit refugia, pagosq; dixit Græco uocabulo. cō se omnes recipiebant sub aduentum hostium. & ibi pernoctabat sèpius. his quoq; sui magi- stratus præerant, ad quorum curam pertinebat scire

Scire paganorum nomina, & ex quibus se ale-
rent pradiis:rum quoties opus esset rusticos ad
arma vocare, aut tributa uirilim exigere, hi
delectus habebant & recipiebant pecunias. Ut
autem etiam rusticane multitudinis facilius
iniri posset numerus, per singulos pagos aras
iusit dedicari diis tutelaribus, quotannisq; ibi
conueneum fieri & sacrificium, festū hoc cum
primis religiosum constituens uocatum paga-
nalia, simulq; eorum sacrorum ritus, qui nunc
quoq; seruantur, conscripsit. ad id sacrificium
eumq; conuentum omnes paganos iusit in sin-
gula capita cōfirre certum numismatis genus,
sed aliud viros, aliud mulieres, aliud impuberes.
quibus cōni. mīratis per sacrorum præfides ap-
parebat hominum numerus per sexus ac ætates
dīstinctus. Tradit L. Piso in primo Annaliū,
uoluisse cum & urbanæ mulierudinis sci-
merum, cum nascentium, cum morientium, tūm
corū qui uirilem togā sumeret: statuisseq; quāe
preiū nummos pro singulis inferre deberent co-
gnati in ærariū Ilithyiae (Romani Iunonem Zu-
cinam vocant) pro nascētibus: in Veneris que in
luco sita est (ipfi Libitinam appellant) pro de-
functis: in Iuuentutis pro togam uirilem sumen-
tibus: unde poterat nosse annis singulis quantus
esset in uniuersum numerus ciuium, tū quā mul-
ti ex his essent per ætate idonei militiae. His ita
institutis iusit censri bona omniū ciuium cum

y

iureiur

dureiurando bone fidei, adscriptis etatis annis
 & parentum nominibus, atq; adeo liberorum
 etiam atq; cōiugum: ad h.ec quā quisq; regionē
 urbis quem'ue pagū incoleret: ei qui non cense-
 retur pœna proposita, ut bonis in fiscum reda-
 ctis, cæsus uirgis, sub hastā ueneat: diuq; lex ea
 Romanis scruta est. Peracto censu cū ex scri-
 pto & ipsorum numerū & opes. eorū cognouis-
 set, cōmentus est instituiū longe prudentissimū,
 & recipublica & saluberrimū ut res docuit. id sive
 rale. unam selectam ex omni numero partē, cu-
 ius maximus cēsus erat, nec minor centū minis,
 in octuaginta centurias digestam, arma habere
 imperauit, clypeum argiuū, loricam ex are ga-
 leamq; & ocreas, iela histam & gladium. ex
 his quadraginta centurias fecit iuniorū qui fo-
 ris bella gererent: totidem seniorum qui mancreb^{erent}
 ad urbis custodiam. h.ec prima classis sive. eius
 iuuentus primi semper locum tenebat in acie.
 Secunda classis census erat intra decem milia
 drachmarū usq; ad minis septuaginta. ex his
 conscripte uiginti centuri.e: arma gestare iussi
 eadem, nisi quod lorice admpte, & scuta dacea
 pro clypeis. hic quoq; nati super quadragesimum
 quintum annū à militari are diuisi, centuria
 decem iuniorū qui ad bella emittentur, totidē
 seniorum ad seruanda moenia. huic classi secun-
 dus locus daba eur in acie. Tertius census ut ad
 sepius mille & quingentas drachmas non per-
 veniebat

ueniebat, ita L. minas excedebat. his non solum
loricæ ademptæ sicut proximis, sed et ocreæ, eun-
dem numerum centuriarum ex plentibus, diui-
saram & que in denas ætatis discrimine. locum
in acie tuebantur post secundam classem proxi-
mum. ex reliquis rursus cū detraxisset qui mi-
nus quinq; milibus drachmarum in bonis possi-
derent, usq; ad uiginti minus, quartam classem
fecit, & que uiginti constantem centurias, decem
uigentium cum maxime, totidem macuritatem
iam egressorum, quemadmodum & priores di-
stinxerat. armæ his imperata, scuta, hastæ, &
gladij, locus assignatus in postrema acie. in
quintam classem reiecti sunt quorum facultates
conserunt inter uiginti quinq; minas & duo-
decim cum dimidia. triginta erant centuriæ pro
ætatis ratione diuisæ pariter, x v. seniorum, iu-
uenum totidem. his imperatum ut cum fundis ec-
iaculis militarent extra ordines. iussæ eiiam ar-
matos sequi quatuor inermes centuriæ, duæ ad
armorum & machinarum fabricam, totidem
cornicinum, tubicinum, quiq; alijs instrumentis
signa cancerent. opifices in secunda classe con-
suebantur, a scripta senioribus una eiusdem ætatis
centuria: alia et iuniorum stipendia faciebat cū
iunenibus. tubicines & cornicines quartæ clas-
sis pars erant, pari ætatis discrimine. centurio-
nes deinde præfecti, ut quisq; erat uirtutis spe-
ctatisimæ, qui centurias imperatis peragendas
y 2 affueſſa

assuefacerent. Hi ordines fuere tam legionario-
rum quam leuis armaturae peditum. ceterum
equitum delectum habuit ex opulentissimis no-
biliis. horum octodecim centurias primis illis
legionariorum L X X X . centuriis accubuit cum
suis praefectis viris illustrisimis. Reliquos ciues
quorum census minor fuit duodecim minis cum
dimidia, sed numero non cedebant quinq; clas-
sibus aut superabant etiam, in unum ordinem con-
gestos immunes fecit à tributis simul ex mili-
tia. Sex classes Romani vocant, quas ΛΛΗΟΕΙΣ
Græci dicerent, unde illi deciderunt vocabulū:
sicut quod uerbū nos imperatiua forma λάλει,
ipsi cala profirunt. quin ex prisci Græci pro
ΛΛΗΟΕΙΣ dicebant λαλέοεις. Haec classes conti-
nabant C X C I I I . centurias. prima X C V I I I .
annumeratis equitibus. secunda X X I I . cum o-
pificibus. tercia X X . quarta X X I I . cum cor-
nicibus & tubicinibus. quinta X X X . ultima
pro una censetur egenorum centuria. His ita
ordinatis delectus militum faciebat per centu-
rias, tributa imperabat pro pecuniarum habi-
tu. quoties enim opus haberet decem aut uigin-
ti milibus militum, ita ut posulat erat diuisus
in centū nonaginta tres centurias, carū quamq;
sibi competenter numerum praebere iubebat. pe-
cuniā uero quanto opus esset in cōmētus &
alia bello necessaria, parabat eodem modo per
centū nonaginta tres centurias pro ratione
census

census & facultatum à singulis exigens. quo fa-
ctum est ut ditiissimi cū pauciores essent, sed in
plures diuisi centurias, nūquam uacarent à mi-
litia, & plus pecunie contribuerent quā ceteri:
qui uero mediocres aut paruas facultates pos-
siderent, cum uiginti centurys superarcent ab
illis, per uices militarent, & parum tributorum
conferrent: ceterum quibus non satis facultatu
esset, immunes haberentur ab omnibus oneribus.
Nec sine causa hæc ita digessit, sed quia scie-
bat omnibus hominibus bellorum præmium esse
pecunias, & pro his conseruandis omnes fati-
gari, & quum pereauit ut quibus maius esset ui-
ctoris præmium, hi plus laborum & pecuniariū
impenderent: econtra quibus minus esset opera-
præmium, in ueroq; minus grauarentur. Ceterum
quibus nullū imminet iacturæ periculū, pror-
sus immunes essent, ut qui à tributis liberaren-
tur ob inopiam. neq; tunc stipendia Romani ac-
cipiebant ex æario, sed suo sumptu militabant.
itaq; nec tributi nomine aliquid extorquendum
putabat ab his quibus ægre quotidianus uictus
suppetaret: neq; militandum eis quum nihil con-
tribuerent, ne tanquam mercenarij alieno sumptu
in castris uiuerent. Atq; ita toto periculorum
simul & impendiorum onere diuitibus impo-
sito, ut uidit eos ægre ferre, alio modo tristitiam
eorum solatus est & iram leniē, prerogativa
quædam totius reipublice potestate illis tra-

dita, summoisq; à rerum administratione pauperibus, quod ramen eum à plebe intellectum nō fuit. ea res sita erat in comicijs, ubi de maximis negotijs decernit populus. Diximus autem antea quòd iam olim penes populum trium horum erat arbitrium, creandi magistratus tam domi quam milie. i.e. leges abrogandi uel confirmandi, bellum pacim' ue decernēdi. de his rebus quoies disceptabatur, curiatim colligebatur suffragia, & tantundem ualebat pauperrimi quantum ditissimi calculus: cumq; pauci essent diuites præ pauperum multitudine, uincebantur suffragijs. hoc intelligens Tullius ad diuites uim suffragiorum transtulit. quando enim magistratus creare, aut de lege cognoscere, aut bellum inferre uolibat, pro curiaris ceterariis indicebat comitia. primæ ad suffragia vocabantur maximi census centuria x v i i i. equitum l x x x. peditum. h.e quia tribus ceterijs plures erant quā reliquæ, si consenserent uincebant, & definiebatur sc̄necentia. si minus, x x i i. centuria secunda classis inibane suffragia. quod si ne eum quidem conuenirent calculi, tertia classis uocabatur, ac deinceps quarta: idq; tamdiu sibi bat donec non agint a sepiem centuriarum consentirent suffragia. id si ne post quintam quidem uocatio- rum contigeret, censem non. agint aduabus centurijs pari uirinq; numero diuisis in duas senten- tias, cum demū uocabatur ultima ceteraria immunis

immunitis à tributis atq; militia: & utriconq;
 partii accederet, eam reddebat potiorem altera:
 quod perrarum erat & penè impossibile. ple-
 runq; enim prima uocatione absoluuntur co-
 munitia, raro ad quartam peruenientur: quinta
 & sexta erant supercruacaneæ. hoc institutum
 tanto potiores diuinitum partes efficiens scilicet
 plebem ue diximus, deceptamq; amouit a tra-
 ctatione Reip. omnes enim purabant se & equari,
 dum uirilem suffragia ferire in sua quisq; cen-
 turia. sed in hoc decipiebantur quod non ani-
 maduererent unum esse totius cœnuriæ suffra-
 gium, siue ea paucos ciues continebent siue plu-
 rimos: & quod primæ suffragia ferrent que es-
 sent census maximi, plures quidem ceteris, sed
 minorem habentes hominum numerum: maxi-
 me uero quod pauperes unicum haberent suffra-
 gium, qui cum multi essent uocabantur ultimi.
 Hoc pacto diuini s multa insumentes & in con-
 tinuis uersantes bellorum periculis & quiete ani-
 mo id feribant autoritatem adepti maximam.
 translata in se potestate adempta immunitibus.
 pauperes etancillum reliquum habentes admini-
 strationis publicæ, non granatim hac parte ce-
 debant, concordi uacationibus & immunita-
 tibus. quin & Reip. sat is prospectum est. cum pe-
 nes eosdē essent & consilia publica, & consilio-
 rum sua potissimum opera atq; periculo execu-
 tio. Is ordo ciuitatis mulier seruatus est etatibus.

y + nostra.

noſtra uero tempore per quorundam uiolentiā redactus est in magis plebeiam ſpeciem, non quod centuriae non maneant, ſed quod à priſca illa ſinceritate non nihil diſcreferint, quod mihi ſepe comitia ſpectaculi eſt cognitum, uerum de his rebus diſcretere non eſt praefentis temporis. Perfecto censu omnes ciues iuſſi ſunt armati adſeffe in campo Martio. ibi inſtructos in ſua quemq; centuria equites pedetes uelires luſtrauit rex ſolitauribus. Hostie taurus aries & hircus ter circumductæ circum exercitum Marti maectae ſunt. Hoc modo etiam noſtra etate poſt cenuſum Romani luſtraneur à magistratu ſanctissimo, quod luſtruſ ſua uoce nominante. Sed illo luſtro minus trecentis ciuibus LXXXV. milia cenza reperiuntur in censoriū tabulis. Quin & augendo ciuium numero nō mediocriter prospexit, commentus rem à nullo regum animaduerſam antea. illi enim quoſuis ex eis ſine naſuum conditioniſ' ne diſcrimine in ius ciuitatis recipienteſ augabant populi frequentiam: Tullius etiam ſeruis manumifſis, niſi mallent redire in patriam, communicauit ius ciuium. iuſſoſ enim cum ingenuis bona in cēſum reſerre, in quaenor urbanus tribus diſtribuit, in quas & noſtro tempore moſ eſt reſerri hoc genus ciuium. Liberinos admisit ad omnia plebeiorum munia. Id ſuum factum cum uidere improbari patritiūſ, aduocata concione mirari ſe dixit, priuatoſ ſi

nath

natura nō fortuna putarene scruos differre à lib-
eris : deinde si dignitatem eorum metirentur con-
ditione potius quām moribus, pr̄esertim cum ui-
derent quām instabilis & uerſatilis res sit felici-
tas : adeo ut nemo quācumuis beatus certo scire
ualeat quām diu ualidus futurus sit , exemplis de-
inde propositis considerare eos ius sit quām mul-
ta Græcæ barbaræ uel ciuitates è scrutute in li-
beratem uindicatae ac rursum è libertate in ser-
uituē redactae sint. addebat stuliū esse quibus
liberatem cōcessiss. ne, eis inuidere ciuitatis ius.
aut enim non manumittēdos si malū uideantur:
aut si sine boni, non habendos pro exteris. Ab-
surde uero & imperite facere eos cum quoslibet
exieros admirant ad ius ciuium nil inquirendo
in eorum fortunam, nec curioſe scrutando sint' ne
è seruis facti liberi , si eos qui apud se seruissent
non eadem dignentur gratia , aut puerent mente
deteriores cæcris , ac ne id quidem quod uulgo
fit considerent uel hebeti perspicuum : fore ut hoc
pacto nec heri manumittant temere , ne facili-
tate uilescat maximū inter homines beneficium:
& serui esse frugi herisq; placere magis studeat,
si sciānt se ipsorum iudicio liberatem meritos
asciscendos in ius ciuitatis longe florentissimæ
debituros dominis conduplicatam graciam. po-
stremo aiebat id ciuitati ipsi uile , scientes ad-
monens, ignaros docens, urbi ad imperium & res
magnas gerendas aspiranti nulla re & que opus

y s esse

esse ac ciuium numerosa multitudine, quo posse
ad omnia bella domesticis armis sufficere, &
non impensis in mercedes conductiorum militum
exhaurire aerarium: & hanc esse causam cur
priores reges extero nemuni ciuitatis ius nega-
uerint. quod si hanc legem receperint, fore ut in
tribus ascribantur multi manumissi iuuenes. nec
unquam ciuitati domestica arma defore. sed ha-
bituram sufficientes copias etiam si bellum susci-
pere cogereetur cum uniuerso genere hominum. nec
publice rancum id utile futurum, uerum etiam
privatum opulentis ciuibus, si liberti admittan-
tur ad comitia. reportaturos enim ab illis cum
in alijs ciilibus negotijs, cum in ferendis suffra-
gij qua maxime opus habeant gratiam, & re-
lecturos clientelas etiam posteris. Talia diffe-
renti regi permiserunt patriti ut is mos recipi-
retur in Rempublicam, seruatusq; est usq; ad no-
stram etate aque ac ulla è sacro sanctis legibus.
Et quia in seruorum mentionem incidimus, ne-
cessarium mihi uidetur hoc loco dicere de Romanorū
institutis circa seruitia, ne uel rex ipse
qui primus aggressus est è libertis ciues facere,
uel qui hanc legem receperunt, reprehensionem
cuiuspiam incurant, quasi male collocantes be-
neficia. Parabantur serui modis iustissimis, aut
sub hasta empei è præda publica, aut ab ipsis
dominis bello capi & imperatoris permissu de-
censi cum carceris militia commodis, aut cæpi
ab

ab his qui talibus modis eos sibi comparauerat.
 Nec in honestu aue inutile ciuitati putauit Tul-
 lius eiusq; institutum fecuti, si priuati liberate
 ac patria, uel à militibus capte, uel de preda
 empiri, ab ipsis heris uerunq; reciperent. asseque-
 bantur autem liberi atcm gratis plurimi, hone-
 statis ac probitatis merito: atq; hæc erat manu-
 missionis causa optima: pauci uero mercede per-
 soluta, ex iustis & püs qua sita laboribus. At
 non ita nostro tempore, sed talis est rerum confu-
 sio, & sic ad fordes & ignominiam degenerauit
 Romanorum probitas, ut nonnulli è latrocinijs,
 paricidij perfossonibus, prostitutionibus, omni-
 busq; alijs sceleribus pecunia collecta liberta-
 rem redimant: alijs consciū dominis & sociū uene-
 fiorum, homicidiorū, facinorumq; cum contra
 deos perpetratorum, cum contra Rem publicam,
 eam gratiam recipiant: quidam ideo manumis-
 tuntur, ut accepimus è publico frumentum men-
 struum, & si que ali.e liberalitates in egenos ci-
 ues conseruntur à principibus, dent his à quibus
 facti sunt liberi: alijs per herorum levitatem, glo-
 riam inde captantium. scio qui tota scrutia te-
 stamento libera esse iussrūt, ut benignitas lau-
 dem ferrent post obitum: & funus suum dedu-
 ceretur magna pilororum frequentia: in qua
 pompa quidam erant, ut à scicneibus audiui, re-
 cens dimisi è carcere malefici mille supplicia
 commerici. istos impuros pilos multi opprobrane
 urbi

urbi cum stomacho, indignum facinus clamantes, populum rerū dominum, & usurpancē sibi orbis imperium, talibus cōtaminari ciibus. Sunt & alia multa reprehensione digna, quibus licet recte instituta sine à maioribus, nūc uulgus abutitur, ego tamen hanc legem non tollendam censeo, nequod grauius malum Reip. inde proueniat, corrigendam tamen quantum fieri potest non negauerim, & non dissimulandum tantum dedecorum & macularum incluibilem in ciuitatem inuehi: qua cura maxime ad censores attinet, aut certe ad consules. opus enim est magistratu magna potestate prædicto, ut eos qui singulis annis manūmictiuncur examineat, qui sunt, qua de causa & quomodo libertatem assequuntur sunt: quemadmodum in equicū & senatorum mores inquiritur. deinde qui digni ciuitate comperei fuerint, in tribus adscriptos finant urbem incolere, sceleratam uero & impuritatem multitudinem honesta specie ablegent aliquò in coloniam. Hec sunt qua non iniqua nec ab hoc arguento aliena necesse habui admonere eos quibus morum censura Roma commissa est. Ceterum Tullius in constituenda Republica non eotantum ad pl. bēm fouendam uisus est proclivior, quid scetus atq; patritorum potentiam moderatus est, uerum etiam quid de regia potestate deraxit dimidium. cum enim priores reges ad se reuocarent iudicia omnium lucium. & cog

ex cognitionem criminum tam ad priuatas iniurias quam ad rem publicam pertinenteum, ille separauit hęc, les & Reipub. criminum sc̄ faciens iudicem, priuatarum personarum querelas ad alios relegauit indices, legesq; ac regulas ipse prescripsit quas sequentur in iudicis. Ordinatio statu Reipub. cupido cum cepit illustri quopiam opere sempiternam sui memoriam transmittere ad posteros. Hęc animo agitans, & considerans priscorum regum monumenta ciuilia, nec Assyriam illam mulierem maectam putauit muris Babylonis, nec Acyypeios reges pyramidibus Memphiticis, aut siqua alia principis alicuius extabat diuinarum & operarum multitudinis ostentatio, parua hęc omnia, temporaria, nullaq; admiratione digna existimans, non ad uitę utilitatis inuenta, sed eantum ad conditorum felicitatis prædicationem, & oculorum illecebras. Ille uero laude ac amulatione digna credens mentis opera, quorum utilitas ad plurimos manat & longissimo tempore, præ huiusmodi ceteris Græci Amphictyonis inuento delectatus est: qui animaduerrens infirmam & finitimorum barbarorum iniuriis obnoxiam gentem Græcorum, conueneuit eis instituit de se denominatum Amphictyonicum, legesq; tulit, que præter illas cuiq; ciuitati proprias cōmunes essent omnibus, quas uocant Amphictyonicas, quarum uinculo coniunctur

nereatur amicitia mutua, cognationemq; colentes non tam uerbis quam operibus, barbaris esse graues & formidabiles. quorū exemplum imitari e Jones, qui ex Europa in oram Cariae demigraverant, & Doricenfs his coniugis, sempla construxerunt impensis communibus, illi Diana Ephesiæ, hi Apollinis in Epitropio. quò conuenientes cum coniugibus & liberis statim temporibus una sacris dabat operam & mercimonüs: ubi publico certamine cum equis pernicibus, cum viris viribus artue musica præcellentibus proponebantur præmia uictoriæ, & dīs ciuitates dedicabant donaria. per actis spectaculis ac negotiationibus, alijsq; festis & publicis hilaritatibus, sicui ciuitati si multas intercedebat cum altera præsto erant indices qui litem componebant: cum de bello contra barbaros gerendo, deq; mutua gentis concordia cōsulebatur in medium. Horum & his similium exempla secutus, animum adiecit ad constitendum uelut unum corpus ex Latinorum populis, ne intestinis bellis & dissidijs debilitati subiungarentur à finiimis barbaris. Id postquam apud se stauit, optimates conuocauit è singulis urbibus, denunians se consilaturū cum eis de magnis rebus & ad communem utilitatem perirentibus. quibus in senatum introductis uerba fecit de concordia, docens quantopere ciuitates consensus deceat, quamq; fœdum uisu si cognatorum ineer se dissidium ostendit.

ostendens infirmas res concordia potentes fieri;
 ceterum uel poteris imas pessum ire ubi labora-
 tur inuidia nostra. atq; illa docebat eos, opor-
 tere Lacinios fuisse imperare iuraq; reddere,
 nimis Romanorum auem
 principatu esse in reliquo Lazio, ut qui habeant
 urbem magnitudine ac rebus gestis praecipuam,
 & a diis magis propitijs ad tantum claritatis
 proiecti sint. In hanc sententiam longa oratione
 suasse eis ut templum cum inviolabili refugio
 communi sumptu Romae construerent, quo con-
 uenientes ciuitates quotannis priuatim simul &
 publice sacra facerent, exercerentq; forum re-
 rum uenialium certis temporibus: & si qua of-
 fensa populis incidet, inter sacra deorum con-
 ciliarentur ex aliorum populorum arbitrio. Hæc
 & alia multa commoda proponens quæ conse-
 querentur ex communi concilio, omnibus per-
 suasit qui iū aderant. collatis deinde oppidatim
 pecunijs Diana templum edificauit in Tuen-
 zino eminenissimo urbis tumulo, & foederis le-
 ges conscripsit ciuitatibus, ritusq; celebrandi fe-
 sti atq; fori constituit. Et ne ulla iniuria tem-
 porum abolerentur, in area columna incidit de-
 creta conciliij, & ciuitates eius conuentus par-
 ticipes. ea columna permanit usq; nostram ate-
 rem in Diana templo dedicata, inscripta lite-
 rarū characteribus Grecanicis, qualibus olim
 uebatur Gracia: quod & ipsum non leue argu-
 mensus

mentum est, Romanis se conduam à borbardis. nānquam enim Cracis lucris, si fuissent barbares, morārumque hic rūtae, tunc peregrinatio. Bello cum genitio, Tullius est, dc quo nunc māratus sum. Desuncto Tarquinio ciuitatē, et se Tullius imperio submisserant, nō libans, plius state foederis conditionibus, dcdignatus arere Tullio homini obscuris orto natalibus, & sublatas nouas spes pauciorum cum rege dissidio. Initium defectionis à Vicentib[us] oratum est. hi legatis à Tullio missis responderunt, nihil sibi esse cum illius imperio, nihil cum societate & amicitia. hos Cereani & Tarquinenses secuti sunt, postremo in armis fuit uniuersa Hebruria. Hoc bellum continuatum est annis x x. utriq; nō semel aliorum agrum inuaserunt cum exercitu, s&p numero collatis signis pugnatum est. Tullius in omnibus praelijs superior quotiescūq; uel cum singulis ciuitatibus, uel cum tota gente dimicatu[m] est, tribus clarissimis triūphis honoratus, tandem coēgit eos uel inuitos imperij frenū accipere. uigesimo demum anno in genitio cōcilio x i i. ciuitates consumptis bello tum uiris tum pecunijs decreuerunt Romanis se dīdere eisdem quibus antea cōditonibus: moxq; ab omnibus populis legati uenerūt supplices, committentes se & sua in fidem Tullij, deprecantesq; ne in se scuius consuleret. Respondit
xcx,

rex, illos quidem ob uersinjam & contemptum
 decorum, quos restes nil miru i. uiolassent foderet,
 multas & magnas penas cōmiritos: uerū ob Ro-
 manorum & quiscaicēt ac clementiam, quando-
 quidem agnito errore cupi supplicum insignis
 tam deprecaturi ueniss. ne s' nihil passuros gra-
 uius. Hic dictis pacem eis dat, alijs quide impu-
 ne ut obliuia iniuriarū omniū permis̄is suo iure
 uiuere & suis agris frui, salutis Tarquinij con-
 ditionibus: tribus uero populis qui primū disce-
 rant, ceterosq; ad bellū Romanū concitauerant,
 parte agri mulieratis, quem his dimisit qui recens-
 tum ciuitatem adeperi fuerant. Tis p' ace belloq;
 gestis. & duobus templs conditis, alio ro Lione
 foriunc, ob perpetuū eius fauore, in foro boario,
 alio Fortunae uirilis, sicut hodiūq; cognomu-
 natur, in ripa Tib.iris, prouectus iam at.ue pro-
 pinquisq; naturae eternino, insidijs Tarquinij ge-
 neri filiaq; sua perire: quas narr. curus, rem pau-
 lo aleius repetam. Erant Tullio. due fil. & ex
 uxore Tarquinia, quam ei rex ipse in matrimonium
 collocauerat. Has pueril. iam nup̄ijs ma-
 turas iunxerit cōsobrinis carū. Tarquinij nepotis
 bus, maiore majori, iuniorē iuniori, bene ita cō-
 paratos existimans: sed force foreunt uerq; ge-
 nemoribus suis dissimilē nactus est. Lucio enim
 natu m.iori, audaci, arrogati, natura q; tyran-
 nica proba, modesta, et erga parem pia uxor cō-
 sigit: cōtra frunti iuniori, muti & bono inge-
 nio

nio prædicto, scelista, infensa patri, nihil non au-
 sura fœmina. utrumq; maritum ab innatis mo-
 ribus uxor traducebat in contrarios. alter ferox
 socerum regno pellere cupiens, et nihil non con-
 tra cum moliens, flectebatur uxor's precibus et
 lacrymis. alter mitis, nūquām laetus sacerdotum,
 sed expectatus eius ē uita exitū, fratris quoq;
 sceleratos impetus cohibens, à nefaria muliere in
 contraria solicitabatur, hortante ut uir esset,
 quotidianoq; iurgo exprobrāte ignauia. cumq;
 nec modestae illius preces quicquam proficerent
 ad honesta consilia reuocantis iniustum mariti
 animum: nec alterius scelerat hortatus, ad sce-
 leratum facinus uirum natura nō malum hor-
 tantis: sed uterq; obsequetur suo genio, mole-
 steq; ferret dissidenteem coniugem, illa quidem
 dolenter forebat suum infortunium. ceterum al-
 tera ferox indignabatur, et querebat quomo-
 do se liberare à molesto coniuge. tandem furys
 et naturæ peruersitate in desperationem acta,
 et putans sororis uirum maxime conuenire
 suis moribus, accersit cum in colloquium quasi
 de rebus necessarijs. qui ubi uenit, semolis arbi-
 tris ut sola cum solo colloqueretur: Ecquid, in-
 quit, T. irquini libere mihi licet eutoq; prolo-
 qui omnia que sentio de communibus nostris
 commodis? Continabis ne audita, an tacere pre-
 stas, nec proferre silenda consilia? illo iubente
 quicquid uelle eloqui, et in ipsius uerba iurato
 de fide

de fide silentij, mulier ad eum posito iam pudore, quousq; Tarquini fraudatum te regno ferre cogitas? an quia humilibus & obscuris natu es parentibus. ideo non uis de teipso sentire magnifice? at qui omnibus notū est, maiores uestrorum Graci generis & à florentissimo illo Hercule oriundi dominatos Corinthis aliquot ut audio seculis. auis uero tuus Tarquinius translato ex Etruscis in hanc urbem domicilio regnum uirtute quæstus, cuius non bonorum tantum uerum etiam regni tibi debetur hereditas, cum sis ne- potum alter natu grandior. an forte deformem te & inualidum corpus parum felix destituit obeundis regijs munij? atqui & robur tibi ex- miū superest, & forma regijs digna naturalibus. an forte horū neutrum, sed inuentas immatura cōfilijs te retrahit ab administratione reipubli- ca? cum sis quadragenario maior, quæ actas in hominibus est optima. At forte iste qui nunc regno potitur homo nobilis & apud proceres graciosus à nouandis rebus te absterrit ueroque nomine. atqui uerunq; deest ei, quod ne ipse qui- dem nō intelligit. Sed & audacia periculorūq; contēpus inest tuis moribus, regnaturo cū pri- mis necessariis. adest diuitiarū & amicorū sa- ris, ali&q; occasionses multæ ac magna, quæ te in- uitent ad aggrediendū negotiū. Quid igitur cun- claris, & tempus expectas quod tibi orioso re- gnum in manus afferat? post obitum Tulijs sci-

Z 2 licet.

Liceret quasi uero fortuna expectare soli at pro-
crastinationes hominum, aut obitus contingant
naturae ac etatis ordine, et non in incerto sine
omnemq; conjecturā effugiant cuncte res mor-
taliū. dicā libere, etiā si cemeritatus nota incur-
renda sit, quid mihi uideatur omnē tibi ambi-
tionē et gloriæ cupiditatē eximere. uxor tecum
degit prorsus moribus eius dissimilis, que te
emolliuit suis incantamenti et illecebris: ita fiet
ut te imprudentē ex uirō reddat hominē nihil:
quemadmodū mihi quoq; uir est nihil. Uirile ha-
bens et timidus, qui me deprimit ampla foreu-
na dignissimam, et florensem corpore, nisi quod
tabescit ipsius redio. quod si tibi liceret me uxo-
rem ducere, mihiq; te habere maritum, non tam
dui uiximus uitam priuatorū hominum. quin
igitur nosmetipsi errauē fortunæ corrigimus per-
mutatio. coniugio, et uitam uxori admissi? ego
uerò mox pari modo maritum meum tractauer-
o. quibus extinctis coniuncti, secure cōficiemus
quod superest, è medio sublatam tam molestis ob-
staculis. etenim etiamsi in alijs rebus iustitiam
colere libeat, certe regni causa andenda sunt o-
mnia. His auditis libenter conditionem accepit
Tarquinius, dataq; uiring; fide, et delibato
inceſtarum nupiarū fructu, abiit. nec ita multa
post eodem fato maior Tullia minorq; Tarqui-
nius absumpsi sunt. Hic rursum reprehenden-
dus mihi uenit Fabius, non sat diligens sup-
pput

putator temporum. deductus enim narrationis ordine ad Aruntis interium, non in uno tantum lapsus est, de quo ante monui, prodens Arunē Tarquinij fuisse filii: sed & alierum erratū addidit, sepuleum à maire Tanaquile, quam consentaneum non est superfuisse illo tempore. ostendimus enim à principio exactum ei annum septuagessimum quintum, quādo faro concessit rex Tarquinius. quod si ad LXXV. addas X. alios, quandoquidē in annalibus inuenimus quadragesimo Tullij regni anno defunctum Arunteem, erit Tanaquil annorū CXXV. adeo parū laboris hic scriptor impendit perquirendae ueritati historicæ. Tarquinius d. inde sine mora duxit Tulliam, ipsius tantum uoluntate, nec pater nec mare probantibus. ut uero coniuncta sunt ingenia duo nefaria nataq; paricidys, regno pellere Tullium, si sponte cedere nolle, machinati sunt, factionem asciscentes patr.iorum quos administratio popularis à rege alienauerat. & è plebe quenq; egenissimum, nullo respectu iuris redimentes talium operam, & hac facientes propalam. Horū Tullius non nescius moliste quidē scribat etiam sibi timens ne imparatū opprimerent: ceterū uehementer indignū uidebatur cum genro & filia belli suscipere, & pœnas quasi de inimicis sumere. Itaque saepe coram amicis acciēum in colloquium Tarquinium incusando, monendo, dhortando ab iniuria, cum nihil pro-

ficeret, illo dicente uelle se in senatu causam suā agere: conuocato senatu, Patres, inquit, conscripti Tarquinius cū sua factione deprehensus est uelle me regno pellere. uolo igitur omnibus uobis præsentibus ex ipso cognoscere, ob quam meam iniuriam, uel in se priuatem admissam, uel in rem publicam, molitur in me talia. Responde Tarquini iam nihil dissimulans, quid habes quod me incuses? quādoquidem ab his te audiri postulas. Ad hēc Tarquinius: Panca Tulli & iusta dicturus, ideo coram his eloqui uolui. Tarquinius meus annus Rōme regnum adcepit est multis & magnis laboribus exhaustis pro republica, eius defuncti ego successor sum iure communī omnium tam Gr̄ecarum quam barbararum ḡc̄tium. & sicut reliquorum bonorum h̄reditatem adij omnium, ita non modo pecuniarum, uerum etiam regni me h̄eredem esse conuenit. Tu uero bonis mihi quæ ab illo relictæ sunt redditis, regno me fraudas, idq; iniuste occupatum etiam longo iam tempore actines. nam neque interreges te regem declarauerunt, neq; senatus suffragijs creatus es: neq; legieimis comitijs potestate hanc cōsecutus es, sicut annus meus, & omnes reges qui cum præcesserunt tempore. Sed mercede conducta, modisq; omnibus corrupti. inopum, uagorum, obeyeratorum bonisue multitudinum multitudine, nihil rem publicam curant, ac ne professus quidem tibi ipsi te potestatem

rem querere, sed nobis scrutarum fingens pu-
pillus & parvulus, ad gubernationem rerum Ro-
manarum admissus es, prius omnibus audienti-
bus pollicitus, quam primum uirilem etatem at-
tigerimus, traditum te principatu mihi et aet-
atis merito, ut qui fratre esset natu grandior.
Debueras igitur si uoluisses iusti uiri fungi offi-
cio, cum auctis facultatibus etiam regnum mihi
reddere, honestorum eutorum exemplo, qui regis
papillis sibi a patribus commendatis mox etate
adulta recte ac iuste principatus tradiderunt,
successoris in parentum & progenitoru suorum
potentiam. quod si tum nondum maturus uide-
bar curis publicis, & ob iuuenilem etatem im-
par rerum tantarum regimini, saleem quando
perueni ad corporis robur & uim animi, iam
erigenario cum filia nuptia oporebat te urbis
administrationem committere. ea certe etate
ipse procurationem domus nostra suscipisti, si-
mulq; curas regias. quod si fecisses, primum pū
iustiq; uiri laudem eulisses: deinde omnium con-
siliorum & honorum mihi particeps, benefactoris,
parcetis, seruatoris, aliasq; honestissim.us, que
pro egregijs meritis retribui solent, appellatio-
nes audiesses, non fraudatoris qui me iam qua-
drag: si numquarium annum a mea hereditate
arceat, nec mente uitiosum nec corpore. Et post-
ea rogare audes, cur te accusem, quae tua cul-
pa pro inimico habeam? Immo tu mihi responde

z 4 Tulli,

Tulli, cur indignum tibi uidetur me in auctos honores heredem succedere? aut quam decentem fraudationis causam potes uel fingere? an me germanam illius prolem non putas, sed adulteriam & suppositiam? cur igitur procurabas res alieni à familia, & adulio facultates non dubitasti reddere? an tibi etiam nunc pupillus & puer recipublice curanda parum idoneus uidetur iam pene quinquagenarius? Nisiue istas interrogations impudēces ac ludicras, & iam tandem improbus esse desine: & si quod ius habes contra heretique diximus, paratus sum rem committere horū iudicio, quibus non potes alios meliores viros in hac urbe ostendere. alioqui si huius sugiens, ut tibi mos est, ad obnoxiam tibi turbam uoles confugere, non patiar. paratus sum enim uel iure causam meam agere, uel si hoc persuadere non dabitur, quod iustum erit facere. Eius orationē sic exceptit Tullius, Apparet P. C. omnia expectāda esse homini quantumvis incrediblē, nihilq; absurdum putandum, quando Tarquinius iste regno me paratellere: quem ego parvulum in tutelam receperum, & insidijs inimicorum apperitum seruavi, & alui, educatumq; à me postquam etas maturuit affinitate dignatus optauit generum, & siquid humanitus accideret mihi successorem destinaueram. nunc quoniam opinione falsus sum, & iniuriarum postulor, alias tempus erit

erit deplorandi meum infortunium: nunc de iure contendendum est. Ego ruelam uestrum Tarquini etate pupillari patre orbatorum suscepit, non sponte, sed necessitate coactus. autem enim uestrum affectatores regni propalam occiderant: uobis uero et alijs eius cognatis dicebatur clam insidias struere: confessumque erat apud omnes uestrros amicos, si illi rerum potirentur ne scintillam quidc relinquendam Tarquiniorum generis. qui uos curaret ac seruaret nemo alijs erat nisi una mulier paterna auia uestra, que propter seniū ipsa potius opus habebat curatoribus. Supereram ego solus deſtitutorum custos, quem nunc alienum uocas nulla uobis coniunctum necessitudine: qui tamen rerum administrationi adhbitus de cui uestri interfectoribus sumpsi supplicium, uos ad uirilem etate eduxi, et carens prole mascula, rerum mecarum dominos facere decreueram. Habet tutela ratione Tarquini, nec dices me hic quicquam fingere. ceterum de regno, quando id criminaris, audi quomodo eo poritus sim, curue nec uobis nec cuiquam uolo cedere. Quo tempore suscepit curam reipublicae, cum sensissim parari mihi insidias, uolbam administrationem populo reddere, et pro concione deponebam principatum, innuidosa hac et plus molestiae quam uoluptatis habente potestare sicuram quietem permutaturus. Non enirunt id Romani, nec uoluerunt alium reipublica

blicæ creare principē, sed me recinuerunt, suisq;
 suffragüs dcderunt mihi regnum, in quod ipso-
 rum ius est, non uestrum Tarquini: quemadmo-
 dum & anno uestro commiserrante rerum habe-
 nas, exero & prorsus alieno à cognatione re-
 gis cui successor ipse datus est quamvis liberos
 mares Ancus Marcius rex reliquerit atate
 florentes, nō nepotes & parvulos, sicut uos Tar-
 quinius. quod si communis omnium lex esset, eos
 qui succedunt in defunctorum regam bona &
 familiam, simul etiam regni accipere, non acce-
 pisset id Tarquinius: uester annus post Anici obi-
 eum, sed aleer filiorum n. ita grandior. uerum po-
 pulus Romanus non pairis hæredem, sed uirum
 principatu dignum reipublice moderande præ-
 posuit sic existimans, pecuniam deberi pro-
 prijs dominis, regnum uero non nisi probatis
 suo iudicio: & illas ubi quid earum dominis
 humanitus acciderit, testamento migrare ad
 hæredem familie, regni uero ius ad eos redire
 qui regnum olim dederant nisi fore huiusmodi
 rationem afferre potes, autem uestrum acce-
 pisse regnum certis conditionibus, ut & ipse nun-
 quam eo primari posset, & integrum ei esset uo-
 bis posteris id relinquere, nec populo liberum
 fuisse ablatum uobis id mihi tradere. quod si
 tale quid habes, quin profers eas conditiones in
 medium? Sed non facies. Quod si non bono
modo id afferens sum, nec a senatu electus nec
ab

ab interregibus, nec alioqui legitime, his fit iniuria non ibi, & horum est a me principatum reposcere, non tuum. Sed nec his, nec alijs fit iniuria. quod uero iuste & tunc acciperim hanc potestare, & nunc habeam, testantur anni quadraginta: quo temporis spacio nemo Romanus de me questus est: nec unquam uel plebs uel senatus cogitauit me regno pellere. Verum ut his omisis ad tua uerba respondeam, si te aucto deposito fraudui, & praeceps omne humanum ius regnum tuum occupauit, debueras adire eos qui mihi hanc potestatem dederunt, & indignabundus accusare, tum me qui aliena occupem, tum largitores ipsos, qui non de suo liberales sucrinat. facile enim eis persuasiss, si quid iuris pro te posuisses afferre. quod si in tali ratione non habebas fiduciā, atamen existimabas me nō regnare legitime, teq; administrandæ reip. magis idoneū, debueras potius propositis & examinatis meis erratis, enumratisq; tuis praclaris facinoribus, iudicio mecum contendere: quorū neurum fecisti, sed tanto post tempore, quasi è diurna crudula expperctus, nunc demū accusatum me uenis, ac ne nunc quidē ubi oportuit. non enim tuū est hoc loco talia uerba facere. quod dico P. C. boni consilie. non uobis cognitionem hanc admī, sed huius refello calumniam, cui pollicitus sum accusandi mei pro concione copiam: uerum quoniam tu erguersaris, ipse populum

cog

cognitorem nostrae causae iudicemq; faciam, uter
nostrum hoc regno sit dignior: Et quod omnes
hi de nobis statuerint, id facturus sum. atq; hæc
dixisse sufficiat. quoties enim res est cum iniquis
aduersarijs, perinde est uel multa uel pauca di-
cere, quandoquidem non patiuntur se corrigi.
Vix trum autem P.C. demiror si qui sunt, qui me
priuatum quā regem malentes cū isto consen-
tiant. libenter enim scirem qua in re ləsi infensi
michi sint quid' ue in me displiceat. Sun' ne con-
scy multos me regnare indemnatos perditos,
aut mulctatos iniquo iudicio? an nihil tam ry-
rannicum possunt obijcere, sed illusam matro-
narum pudicitiam & constupratas filias uir-
gines, alia' ue flagitia non toleranda ingenuis?
Siquid tale admissum est, nō deprecor uitam cū
regno perdere. At superbus sum & morosus
neminiq; ferendus ob insignē arrogantiā. immo
quis regum ante me tam moderate usus est po-
tentia? quis tam comiter uersatus est in populo?
non secus quam pater inter filios. quippe qui ne
potestatem quidem à superiorum temporum re-
gibus per successionem ad me devolutam inte-
gram recipere uolui: sed legibus latris quas ipsi
ratas fecistis. ex earum praescripto reddi iura
institui, quibus me primum subieci & hactenus
parui quasi unus ē priuarorum cinium numero.
criminum quoq; non omnium usurpani iudiciū,
sed priuatas causas ad uestram cognitionem
releg

relegavi, quod nemo regū ante me. Fortasse nihil horum quosdam male habet, sed erga plenam beneficentia, licet immixto, cuius rei nō semel est redditia ratio. Sed quid opus est nunc uerbis pluribus? Si Tarquinius uidetur melius prospecturus reipubl:ce, non inuidio populo Romano potiorem principem. Honore à quibus accepi redditio, in priuatorum ordinem redactus declarabo scire me ex bene regere, et modeste ferre imperium. Hac locutus incussa patribus magna sui reverentia senatum dimisit. deinde per praecones iusit tota urbe uocari in concionem populum. cumq; in camium factus esset concensus multitudinis, progressus in tribunal longa oratione mouebat affectua popula, enumirans egregia sua facinora que uel uiuo Tarquinio uel moriuo diversis bellis ediderat, simulq; instaurata sua singula quibus plurimum rempublicam adiuuerat. cumq; ad singula fermè planderetur affatim, omnibus scire cupientibus quorum sum ea tenderent, tandem ait à Tarquinio se accusari, quod regnum iniuste occupares illi magis debitum. autem enim moriente mei reliquisse principatum unà cum priuatis opibus, nec populo ius esse aliena donare alicri. exclamante autem prae indignatione populo, postquam silentium eis imperante, postulabat ne clementiarentur sed si quod iua pro se habiceret Tarquinius uocata causaq; cognitus sine affectus iniuria, sine principiæ

principatu dignior uidetur, regimen urbis illi
traderent. Se enim regnum deponere, ipsisq; red-
dere à quibus acceperit. Post hæc uerba descen-
dere à tribunali paranti acclamatū est undiq;
cum precibus & lacrymis necui cederet : nec
decrant qui clamarent, scri Tarquinium. ille
meuens ne res ad manus ueniret, domū refugit
cum socijs. Tullium plebs uniuersa gaudens ac
plaudens domum deduxit cum faustis acclama-
tionibus. Postquam hic quoq; conatus parum
successit Tarquinio, anxius deſtitutum se à ſe-
nacu in quo plurimum habuerat fiducie, ali-
quantis per domū ſe continuit, amicos tanum
admittens: deinde consulente uxore non eſſe mol-
liter ac frigide agendum amplius, ſed omissis
uerbis aggrediendum ad opera, conciliare prius
per amicos Tullio, quo minus ut amicum iam
caueret, probauit eius monita : simulansq; poe-
nitentiam, multis precibus per amicos peccata
peccati ueniam. Itaq; reconciliatus uiro natura
facili, & abhorrenti ub inimiciijs exercendis
cum filia & genro, obſeruato ſuo tempore, cum
plebs paſsim per agros intenta eſſet colligendis
frugibus, prodit cum amicis tela ſub ueste oc-
culi antibus, præcedentibus cum fascibus famu-
lis, ipſe ornatus amictu regio, cæterisq; princi-
patus insignijs. ut uenium eſt in comitium ante
curiam, iuſſit patres in ſenatum uocari à præco
nibus. & iam ante præparati aderant in foro
conſcijs

consciij patrandi facinoris nonnūlq; c patricijs
 adhortat̄ ad rem gerendam intrepide. interim
 senatorēs conueniebant in curia. Tullio uero
 domi cum agenei quispiam renuntiante, Tarquin
 ium progressum cum ueste regia senarum co
 gere. ille admiratus eius audaciam procurrit
 celerius quam prudentius, comitatus paucis a
 liquo. in curia dcinde uidens Tarquinium in so
 lio sedentem ornatu regio, magna uoce, Quis,
 inquit, scelestissime hominum hunc ornatum re
 permisit sumere? Ille contrā sua Tulli audacia
 & impudentia, qui cum ne ingenuus quidem
 sis, sed seruus seruaq; natus, quam meus auis
 emis capiuam, ausus es teipsc Romanorum re
 gem facere. His uerbis Tullius exacerbarus plus
 a quo. imperum in eum fecit deturbatus solio.
 Tarquinius occasione læsus profilit, sencq; cor
 ripit nociferantem & frustra opem famulorum
 innocantem: ac mox è curia protractum multo
 etate uiribusq; ualidior mediū arripit, & per
 gradus in comitium ferentes deūcit. sencx cum
 egre surrexisset semi animis, ut uidit circum
 quaq; plena omnia Tarquinij fautoribus, circu
 se magnam amicorum solitudinem, abiit gemēs,
 deducentibus paucis & cruentatum ac toto cor
 pore misere afflictum sustentantibus. Post haec
 graue audiuit impie filiae facinus traditur. ca
 gnito enim patrem iuisse in curiam, de eueneu
 solicita, carpenio in forum inuicta est. ibi rem

tot am

totam resciuit, conspicataq; stantem in summis
 curie gradibus Tarquinium, primam regem sa-
 ludauit, ut et ipsa uir regnum eius fastu ac
 felix uelle esse responeat. cofulatum deinde
 à ceteris quorum operis in assenda regia di-
 gnus est seorsim abducens, Primus, in-
 quid, Tarquini conatus successit sicut debuit: ca-
 rerum non prius firmum habebis principatum
 quam sublato Tullio. concitabit enim denuo suis
 concionibus in te populim, si hodie quoq; mo-
 do euasirit: & scis quam apud totam plbem
 gratiosua sit. Si tu prius quam domum se reci-
 piat tolli ipsum immisibus percussibus. his di-
 elis rursum consenso carpento abiit. Tarqui-
 nius ratus hoc quoq; rebbe monere sceleratum
 coniugem mittit sicarios: qui magna celeritate
 praeuentum in uia non procul regia ingulante. re-
 centi cadaueri & adhuc palpitanti superauit
 filia: & quod uicus angustus erat qua trans-
 ueheda fuit, mulis territis auriga quoq; ad eam
 miscrabile spectaculum resistens oculos reflexis
 in dominā: illiq; scisciatē quin pergeret: nō ui-
 des, inquit, Tullia patrem iuum iacentem mor-
 tuum, nec alium nisi per cadaver patere transi-
 tum? mulier irata scabelli pedum arrepto peti-
 turigam inclamans, Non ages scelerate iument-
 ore uel per moreum: ille iussa facie, grauius qui
 illu affectus cospectaculo. si uicus Cyprius sum-
 datus ex ea dura casu sceleratus est vocatus
 mulier

mutato nomine. Hic finis Tullij post exactum in regno annum quareum supra quadagesimum. Romani hunc primum regnum p̄sceer mores publicos quæsisse dicunt, nec ex consensu senatus populiq; ut ante illum reges cæteri, sed fauore solius plebis corruptæ ille et cæq; munificentia & cæteris ambitionis artibus, quibus facile capiuntur inopes. nec falsum id crimen est. nam superiore tempore mos erat defuncto rege senatum à populo accipere potestatem constituendæ ad quam pliceret formam reipublicæ. senatus interreges crebat. illi uirum cligebant optimum nullo ciuium, snciorum' ue, exterorum' ue discrimine, quem regem constituerent. in quem si senatus populiq; consentirent suffragia, & addicerent auspiciâ, assumbat imperium. quod si horum trium aliquid decesset, alter nominabatur, & post hunc terius, nisi secundus ille probaretur deorum hominumq; iudicij. Tullius uero primum regij tutoris assumptione persona, ut iam antè diximus, deinde fauore plebis redempto liberalitatibus, per illam rex creatus est. factus deinde uir æquus atq; modestus pristinam partum seruatarum legum inuidiam aboleuit actis posterioribus, adeò ut opinionem post se relinqueret, ni præuentus fuisset intestino scelere, uoluuisse deposito regno libertatem populo & reipublicæ curam reddere: & hac de causa præcipue aduersatos ei quosdam patricios: qui cum

A

alioq;

alioqui essent impares, assumpsisse in consilio rit
sociedad Tarquinium, eiq; principatum pa-
rasse, ut premere cur plebs cuius vires sub Tullio
non mediocriter creuerat, ipsiq; dignitatem pri-
stinam recipere. Interempro regum magnus
tumulus urbem haberet omnibus ferè morem
eius lamentatibus, ueritus Tarquinius ne si per
forum funus ducretur, ut mos Romanis est, re-
gia pompa solennibusq; ceremonijs, plebs forte
imperum in se faceret nondum satis confirmata
potestia, consuetos sepulture ritus adhiberi non
passus est. Noctu paucis amicis prosequentiibus
uxor eum extulit Tarquinij Prisci filia, &
cum multis lamentis dirisq; in gerurum atq; fi-
liam imprecationibus sepelit. à monumento do-
mum reuersa, unam non amplius diem superstes
funeri, sequenti nocte obiit, incertum quo lethi
genere, quibusdam dicentibus illam sedio uite
manus sibi inculisse, alijs extinctam à genro
& filia, quod immoderatus ferret mariti obi-
sum. atq; his de causis monumento fraudatus
Tullius, operibus tamen suis sempiternam con-
secutus est memoriam. quin et prodigio charum
superis fuisse apparuit, quod etiam natalium
eius fabulam quam diximus, credibiliorem red-
didit. In templo Fortune ab ipso condito dedi-
cata eius effigies inaurata lignea sole incen-
dio superfuit integra absumperis incus reliquis
omnibus: & hodieq; templum & quicquid
iacet

inest instauratum post incendium apparet esse
noui artificiū, statua qualis prius antiqui est o-
peris durat enim adhuc ēt à Romanis colitur.
seq; hęc de Tullio produntur ab autoribus.
Ad L. Tarquinium dcinde regnum peruenie
per uim non legiime anno quario sexagesime-
primae Olympiadis, qua in stadio uicit Aga-
rarchus, principe Athenis Heraclio. Hic con-
tempsa plebe simul ēt patriciis per quos ad re-
gnum prouectus fuit, confusisq; legibus ac mo-
ribus patriis ēt omni dēcoro corrupcio quo ci-
uitas sub prioribus regibus floruerat, principa-
rum in manifestam uertit tyrannidem. ac pri-
mum satellitio se stipauit audacissimorum ho-
minum, gladios et lanceas gestantium, exteror-
um et ciuium: qui noctu excubantes circa re-
giā, interdiu comitantes eum per uias, turum
reddebant ab infidiis. deinde progrediebatur non
sæpe nec statim temporibus, sed ex improviso et
raro: tum negotia publica domi plerunq; tra-
etabat cum amicis intimis, paucæ uero in foro:
nec admittebatur quisquam nisi uocatus ab
ipso. ac ne his quidem comem ac mitem sc̄ pre-
buire, sed tyrannico more iracundum et gra-
uem, uuln ad terrorem magis quam hilarita-
tem composuo: conteruersias quoq; litium non
ex iure dirimebat, sed ex suis moribus, unde
Superbus uulgo cognominatus est. Grecoī
θέφανοι dicentes. annus uero eius Priscus uoca-
tus est.

eus est, nostrisibus diceretur *wpoyevéshp* ♂.
 alioquin uerunq; nomen cum iuniore commune
 habuit in principe atque deinde confirmatus ne quis
 simo quoq; sodalium subornato, eorum opera
 multos illustres viros inuoluit criminibus capi-
 talibus, primū inimicos ex agre ferentes ca-
 sum Tullij, post etiam alios quibus putabat mo-
 lestum mutationem statueri publici, praecepit di-
 uites. ac delatores arripiendo alium post alium
 falsis criminibus, maxime insidiarum in caput
 regium, accusabant eos apud ipsum iudicem. il-
 le alios morte damnabat alios exilio, tam occi-
 forum quam pulsorum bona occupas, unde par-
 uam quandam portionem decidibat accusato-
 ribus, maiorem sibi reuinens. quapropter multis
 potentiores priusquam calumnijs opprimeren-
 tur, non ignari cur appeterentur insidijs, sponie-
 urbem tyranno reclinquebant, quorum maior
 quam reliquorum fuit numerus. Fuerunt ♂
 qui ab eo clam interficerentur, arrepti in uillis
 ex domibus uiri non contumendi, quorum ne-
 cadauera quidem usquam represa sunt. ita
 sublata per mortes exiliaq; parte sinatus ma-
 xima, senatum alium ipse constituit, amicis
 suis in uacua loca suppositis. ac ne his quidem
 permisit quicquam iniussu suo uel facere uel di-
 cere. Ergo quoiquot supererant ex aliis in
 senatum sub Tullio, cum prius similitatem exer-
 cuissent cum plebe, sperantes mutationem re-
 publice

publice fueram suo commodo (sic eos Tarquinius suis pollicitationibus lactauerat) cum deum sententes se amotos à republica, & una cum plebeis libertate exutos, dolebant quidem & grauiora etiam suspicabantur in posterum, cogebantur tamen praesentum statum boni consulere, quod uires ad uerandum non sufficerent. Id uidentes plebeij existimabant huc eos pari merito, & stulec gaudebant alieno infortunio, quasi illis solis tyrannide pressis ipsi futuri extra periculum. superuererunt tamen & his paulopost mala grauiora etiam. nam leges à Tullio scriptas, que ius equum faciebant utriq; ordini, nec sinebant à patricijs (ut ante) plebeios circumueniri in contractibus, omnes sustulit: ac ne tabulis quidem quibus erant inscripiae reliquit, sed & has foro summotus abocuit, deinde antiquatis iuxta censum tribus, ueterem eorum morem restituuit: & quoties opus esset ei pecunijs, tantundem confrebane diues & pauperrimus. id institutum uehemener afflixit plebeiam multitudinem, prima statim exactione coactis denas drachmas in singula capita pendere. præterea coetus omnes, paganorum, curialium, uicinorum, uel in agris uel in urbe antea sacrorum ciusa furi solitos uno edicto in posterum uexit, ne multis in unum locum conuenientibus occulte conspirationes contra tyrannidem fieret. habebat autem

A 3 passim

passim speculatores & inquisitores tam dictorum quam factorum occultos plerosq; , qui mixti confabulantibus , & interdum tyranno male loquentes , perecentabant animos singulorum ciuium : deinde quos sensisse præsenteem rerum statum molestie ferre , deferibant ad principem . conuicti autem poenas dabant acerbas et ineuitabiles . Nec his contentus plebem uexare , scelctis ex tota muleitudine fidis & idoneis militia , reliquos cogebat ad opera publica , ratus nihil esse monarcharum potencie periculosius quam si uilis & cœna ciuium turba sinatur in otio uiuere : cupiens etiam opera , semiperfecta à suo auo relictæ , in principatu suo absoluere , cloacasq; ab eo inchoatas usq; ad fluum perducere : circum uero maximum , qui nihil praeter gradus habebat , circumdare et clausare poricubus . Hac omnia peragebantur labore pauperum , modo frumento ab ipso adiutorum : quorum pars cedebat matrem , pars onera subiectebant humeris , pars subterraneos fodiabant cuniculos , edificando in eis fornices , & alibi excitando poricus , opificibusq; in opere uersantibus subministrando . nam ferrarij , materiarij , cementarij , abstracti à priuatis officinis detinebantur in opere publico . his laboribus aerito nul la concedebatur requies , ita ut patricij suas & alienis calamitates inuenire , uel gauderent non uihil uel propriorum malorum obliuiscerentur

eur interim: neutri tamen conabantur resistere, iniuriasq; repellere. Ceterum Tarquinius cogitans ui non iure partam potentiam opus habere non solum domestico, uerum etiam exercno praesidio, illustrissimum Latinorum & potentissimum sibi iunxit amicitia, filia data in matrimonium. is vocabatur Octavius Mamilius, oriundus à Telegono Ulyxis & Circes filio, Tusculum incolens, & pericissimus rei militaris imperator habiatus. per hunc conciliatis oppidatim processum res publicas tractantium animis, eorum societate fructus, tum dumum copias in Sabinos ausus est educere, directantes imperium, & Tullij more liberatos se putantes ab icto cum co-federe. prius tamen per nuntios in diem certam Latinis ad forum Ferencinum indixit cōcilium, quasi de communibus & arduis tractaturus negotijs. Conuenere ceteri, solus Tarquinius non adiuit in tempore: cumq; diu expectatus esset, plerisq; factum hoc in suam conuinciam interpretantibus, Turnus Herdonius à Coriola, opibus pollinis & amicitijs, uir militaris, ciuili tamen facundia praeditus, Mamilio per ambitionem semper emulus, eoq; infensus Tarquinio, quod in affinitate alicri esset posthabitus, ferociter in absentiē iniicitus est, enumeratis cum alijs eius factis plenis superbiae, tum quod conuocator eius concilij ceteris praesentibus solus non compareat. Ceterum excusante Mamilio, & moras

impurane nec necessarijs quibusdam causis, postulanteq; in crastinum d:em differri concilium, persuaderi sibi paſi ſunt Latinorum præſides. Poſtera die Tarquinius affuit, paucaq; de ſua tardatione praf:us, cœpit principatum uerbis ſibi affrere, iure quo Tarquinius ipſius auius cum bello uictor acquisi.rit: cumq; multa diſferuiffet de ſuo iure d:q; fœderibus, quorum etiam ſing:uūim proferibat formulas, ut cum quaq; ciuitate icta fuerant: poſtremq; ingenia pollicendo ſi manſerint in officio, in belli contra Sabinos gerendi ſocietatem eos pererubere conatus eſt. Eius orationem Turnus excipiens, mulierisq; ſcrum cuius aduocatum calumnias, non ſinebat præſides principatum illi concedere, qui nullo ei iure competeret, nec eſſe in rem Latinorum publicam, uirunq; confirmans multis rationibus. nam fœdus poſt traiditum principatum cum auo eius iectum iam ceſſare irruum poſt illius obitum, quandoquidem non adſcripum ſit cōditionibus, eandem gratiam diberi etiam Tarquinij poſteris. quod ſi auitas gratias poſtulare eſſe hæreditarius, id uero & iniuiſſimum aiebat & impudiciuſſimum. Arees deinde recenſendo quibus Romæ regnum affecius ſit, mulierisq; ac gr:t: uibus in cum congeſtis criminibus, docuie ne regnum quidem legitime accepiffe à uolentibus, ſicut reges ante eum caeleri, ſed extortum armis & uiolenția: idq; mox uerſum in dominacionem tyran.

tyrannicam, ciues pareim interfici, parim per illi
 patria, pari ex cui facultibus, omnibus ita
 libertatem ademptam, ut ne murire quidem au-
 deant. neminem nisi fatum, necq; multatum
 à superis, sperare posse quicquam benignitatis
 aut beneficentiae ab ingenio suo & impio, nec
 expectaturum ut sibi parcat, qui ne coniunctissi-
 mis quidem necessitudinibus pepercere. mone-
 barq; ut priusquam seruituris frenum recepimus
 sit, repugnent ne recipiant, quid ipsis immineat
 coniuentes ex aliorū calamitatibus. Ad hanc
 inunctionem Turni uchementer commoris mulio-
 rum animis, Tarquinius imperata in sequen-
 tem diem respondendi copia, post dimissum con-
 sistorium accies amicorum intimis unā consul-
 tabat quid opus factō sit. illi rationes quibus se
 contra criminationem defendet suppeditabat,
 & modos excogitabant quibus conciliaret sibi
 Latinorum benevolentiam. ipse uero nihil istis
 opus esse aiebat, suam præferens sententiam, non
 diluenda crima, sed accusatorem tollendum
 potius. omnibus consilium probantibus & ope-
 ras offerentibus, ita ex composicio rem aggressus
 est, ut nulla humana præcaueri posset prouiden-
 tia. exquisitos enim seruos nequissimos ex his
 penes quos cura erat iumentorum Herdonij cor-
 rupit auro, ut noctu acceptorum à se gladiorum
 magnam uim inferrente in eius diuersorium, &
 inter impedimentū sarcinas abderent. sequenti
 A s dein

deinde luce in concilium progressus, aie sibi breuem defensionem sat fore, nec se uel ipsum accusatorem refugere iudicem. Quamuis, inquit, non potest uos lacere proceres, iam cum me absolu-
rum istius Turni indicio, cum filiam meam am-
bitbat coniugem. quaspe frustratus: quis enim
sanus Mamilio potensissimo Latinorum nobis-
lissimoq; repulso istum asciret generum, qui ne
erit auum quidem nominare potest: nunc præ in-
dignatione accusatum me aduenit. Nequi si
et alcm me sciebas, qualcm nunc haberi uule, de-
buerat meam affinitatem non experere. quod si
sum ei uir probus uisus sum, ne nunc quidem ac-
cusari debeo. ainq; hac pro me dicta sine. Vobis
uero proceres in summo uestro discrimine non de-
me considerandum est, bonus an malus sim: id
enim etiam postea licebit facere: sed de uestra
incoluntate, deq; libertate patriæ. nam egre-
gius iste concionator molitur insidias principi-
bus ciuitatum & rectoribus, paratus occiso no-
bilissimo quoq; inuadere Latinorum imperium:
& in hoc aduenit. Nec conjectura est quod dico,
sed exactè rem teneo, hac nocte compertam in-
dicio coniuratorum unius. argumēum ueritatis
repræsentabo uobis indubium, modo sequi uelitis
ad eius diuersoriū, occulta inde arma proferens.
Territi omnes conclamāt poscentes indicium, nec
uerbis crederi amplius. Turnus ignarus dolis
se uero libēter inquisitionem ait admittere, ulro
proc

proceres pronocans ad perscrutandum diuersorum, & è duobus alierum postulans, ut aue ipse necatur si inuenirentur apud eum arma preservatoria, aut in falsorum delatoris caput ea poena uiceret. Placuit hoc omnibus: confessimq; missi ad diuersorium deprehendunt inter sarcinas abditos à scruis illis gladios: ac mox Turnus non permisus amplius pro se dicere, in uoraginem quandam proiectus uiuus terra est obruius. Tarquinium collaudatum in concilio, quasi seruatis tot optimatibus de cunctis populis bene meritum, Latinorum principem faciunt, cum ea potestate qua quondam auum ipsius Tarquinium fecerant ac deinde Tullium: incisoq; in columnas sedere, & iureuando addi, soluum est concilium. Tarquinius genitus imperio potius legatos misit ad Volscos & Hernicos, eorum quoq; amicitiam & societatem expetens. Volscorum duo tantum populi assenserunt, Ectetani & Antiales: Hernici uniuersi societatem decreuerunt. Et ut sempiternum manaret id foedus, Tarquinius proposuit designare commune fanum Romanoru, Latino-rum, Hernicorum, Volscorum dñe axat in societatem receperu, quò ad mercatum conuenientes quoq; annis una epularentur, frucrenturq; sacris communibus. grauum id fuit omnibus: locus conuenienti præstigiueus est in meditullio fermè harrum genium, mons aliis Albanis imminens,

ubi

ubi singulis annis scrie celebrarentur, et eo temporis spatio proprie loci religionem ligemque; de hoc lacram ab omni ieiunio emperare omnes: sacraque; communiter Ioui Latiali facerent et uacarene epulis, constituto prius quantum quisque; populus in ea sacra prebere, quantumue portionem recipere debeat. earum scriarum atque; sacrificij participes fuerunt tribus minus L. populi quas nostra quoque; et aetate Romani agitanti Latinas vocatas: confidunq; in eas populi sacerorum participes, quidam agnos, quidam c. i. s. os, quidam lactis certum modum, quidam liba lactaria. Victimae est taurus unus communis omnium, de cuius uisceribus cuique; populo sua certa portio tribuietur. Sacrificatur autem pro omnibus, et Romani praesume sacrificio. Post constabiliut regnum etiam his sociis aibus, rex in Sabinos decreuit exercitum dicere, habito Romanorum ciuium dilectu quibus raro posse arma committere non admodum libertatis appetentibus. his longe maiores sociales copias cum adiunxisse peruestatio hostilio et profligatus qui ausi sunt acie congregari, contra Pompeianos duxit qui successum incol bane tunc omnium uicinorum populum florissimi, quoque; molesti cateris bellum causa fuit, quod legatis res repercentibus superbe responderant: et irati parati hostem armis excipere. Los circa finis agri uictos acie, magnaque; clade affectos et compulso intra urbem cum uideret non

non amplius prodire, obfessos fossa & uallo cingebat, crebris interim assulibus tenans mœnia, oppidanis aliquandiu foreiter oppugnacionem sustinensibus. Sed commeatu deficiente uiribus quoq; destituti, & nemine succurrente fessi ne noctu quidem intermissione laboribus nisi expugnati sunt. Potitus urbe armatos occidit, uxores eorum cum liberis, & eos qui maluerunt se dedere, mancipiorumq; ingentium numerum in prædam permisit militi: cetera quoque bona quantum cuiq; obtingeret uel ex urbe uel ex agris firre & agcre: argentum etiam aurumq; quod inueniri potuit unum in locum collatum, decimis in templi fabricam se posuisse, reliquum diu: si victoribus. Tantum autem argenti auriq; reperitum est, ut quinæ argenti minæ obuenirent singulis: sacrae uero decimæ explerent quadringentorum argenti talentorum numerum. Nondum Suissa discesserat cum ei nuntiatum est sabinorum licet am inuenirem fines egressam duobus agminibus laxe populaio Romano agro prædas agere, & aloram manum ad Heretum castra metatam, ad Fidenas alicram: aetum esse de illa regione ni maturc eatur obuiam. His auditis reliquit Suissa modicam partem exercitus ad prædæ impedimentorumq; custodiā. ceteras copias expeditas rapetim duxit ad hostes tendentes prope Heretum, & non longe inde castra loco edito munüs. Cumq; sabinis ducibus uisum

uisum esse accies suis à Fidenis sequenti mane
decernere prælio, Tarquinius hoc cognito ex in-
terceptis litteris quibus illi accessibantur, ex re-
nata cōsilium sumpsit huiusmodi. Bifariam di-
uisio exercitu, alteram partem sub noctem clam
hoste misit in eam uiam que Fidenis fert: al-
teram diluculo instructam è castris produxit
in aciem. Sabinis audierat processerunt obuiam
contempta paucitate hostium, expectantes suos
iāmiam à Fidenis adfōre. collatis signis & quo
Marec diu pugnatum est, donec noctu à Tar-
quinio præmissi, conuerso itinere Sabinis à ter-
go se ostenderent. quibus uisit ex ex armorum
habitu signisq; agnitis amentes metu abiectis
scutis conabantur fuga salutem quarere: sed
nullum ab hoste circumuenientis patet effu-
gium: nam Romanus equitatus cis imminebat
undiq;. quo factum est ut perpauci incolueret
ex tanta cladi evasirint, aut deditione sibi con-
suluerint. ac ne castra quidem retineri potuerent:
sed primo impetu uallum expugnatum est: ubi
præter Sabinorum bona, capiunt etiam Romani
cum cetera præda receperit sunt adhuc integrati
hoc primo successu Tarquinius alacris militem
ducit in eam Sabinorum manum que ad Fi-
denas castra habebat, etiam cum cladis suo-
rum inscios. Et forte fortuna illi quoq; iam
progressi erant in itinere. ne uero ex propinquo
viderunt hastis præfixa ducum suorum capiebant
qua

qua Romani præferebant ad terrorcm hostium; cognita interneccione alterius exercitus, ne ipst quidem armis experiri ausi, ad supplices potius deprecationes uersi deditioñem fecerunt. Itaq; ignominiose amissso utroq; exercitu Sabini ad res angustas redacti, ex timore expugnatio nem urbium, legatos de pace misserunt, qui se ac sua Tarquinio dederent, tributacq; in postrem pendenda promitterent. Pace his data, receperisq; in fidem qua dixi conditione populis. Successam reuersus est: inde assumpcio præsidia quod reliquerat, prædaq; cum impedimentis alijs, Romam ditatum exercitum reduxit. Fecit & alias post in Volscos expeditiones, tunc conuenies magnam prædam abegisse immissa in eorum agrum parte exercitus. Ita magnis successibus aucto bellum natum est finitimum quod semper continuis annis gestum est: cuius initij causas, & quomodo uaframenio militariq; ducis arte confectum sit, dicemus breviter. Urbs erat Latini nominis, Albanorū colonia Gabij, uia Praenestina ad centesimū à Roma stadium. nunc sanitum ea parte habitatur que ad publicam viam obuersa frequentarur diuersorū, tunc poplosa & nulli secunda magnitudine. sicut conjecturam sumere licet è ruinis aedium paßim extantibus & moenium ambiu, que hodieq; supersunt parec sui maxima. eò confluxerant quidam ē Suessa Pompeina profugi, quo tēpore Targ

Tarquinius eam uastauerat, præterq; hos muli Romani exules. Hi Gabini orando obiestan-doq; ut ulciscerentur suas iniurias, multaq; polliciendo si ope ipsorum restitucetur in patriam, facileq; opprimi Tyrannum posse ostendentes urbanis quoq; libenter consociaturis secū operam, tandem persuaserunt ue arma sumerere, promptis ad id etiam Volscorum animis, qui & ipsi per legatos inuitauerant eos ad societatem. bellumq; infrenandum Tarquinio. Post hæc facta sunt mulie uirinq; incursionses in solū hosticun, nunc prædatoria manu, nunc totis exercitibus, fortuna sepe uariante, dū modo Gabini Romanos fugatos usq; ad portas persequuntur, multisq; capitis agros populantur intrepide: modo uice uersa Gabini profligari & in urbem suam compulsi, captiuns & prædas ex agris suis abactas spectare coguntur ē mœnibus. quod cum sine intermissione fieret, necesse habuerunt utriq; locis opportunitis communis per agros præsidia disponere ad agrestium refugia: unde si quos prædones obstruassene, aut milites à reliquo exercitu auxilios palantesq; secure ue sit in populationibus, inuasos repente conseruidabant. idem merus utrosque coegerit si qua parte mœnia uidereuerant hostibus esse obnoxia facile per scalas ad summum euasuris, alius attollere, fossumq; circumducere. occupator ramen in hoc negotio fuit Tarquinius, & pariem urbis ad Gabios

Gabios uergente mūnū contracta operarum multitudine muniūt fossa latiore redditā murisq; alterib; ad dīcēs per interstītia modicā propugnaculīs: quōd cā pārs uideretur infirmior, reliquias facis' tutis & inaccesibilibus. itaq; quod in diuīnīs bellis solet tū quoq; accidit, ut dum continuis uastationib; ager incultus descrietur, ambo populi laborarent annone penuria, nec in fucurum spes effet melior. maior tamen caritas Romæ fuit quam Gabijs, & pauperes ea maxime presi clamitabant, opus esse pacem cū Gabiniis componere, & bellum finire quibuscunque cōditionib; quamobrē cū anxius Tarquinius. & neq; ignominiosam pacem neq; belli moras sustinens, nullā commenta rētaret, dolosq; uersaret uarios, Sextus natorū eius maximus communicato cum solo patre consilio, quamvis uidetur conatus periculosus. & audax, sed qui posset succedere, impestrato tamen eius consensu, fingit se offendisse patrem quōd ipse bellū finendum contēderet: cēsusq; uirgis publice, & alijs effectus consumelij, quo laetus se fama sparge-ret, primum fidissimos amicorum ad Gabinos misit, qui clam indicarent uelle cum contra patrem bellum gerere, si fidem ab illis acciperet sic ceteri Romani exules, eos nūquam in Tarquinij potestatem ipsum tradieuros, respectu pacis & uilitatis propri.e. Pergratū id Gabiniis fuit: ac mox certior factus eos paratos seruare

B.

iur a.

iura quæ debentur hospiti & supplici, uenit ma-
gnum amicorum & cliuim transfigarū post se
trahens numerum, quo facilius crederetur uere à
patre defecisse, & insuper multum argenti au-
riq; afferens: confluebantq; etiam postea multi
ex urbe, simulantes se fugere iyrannidem, ita ut
breui circa se haberet manum ualidā. Tum uero
Gabini crediderunt magnam accessionem suis
rebus contingisse tam multis ad se cōuenientibus,
breuiq; Romā in potestate fore spirabant, eam
spem alienie patris desertore, qui quotidianarū
excursionum magna referbat precia. nam pa-
ter ex composito loca que ille petitus erat, nu-
dabat pr̄sidijs, & obijciebat ei erucidandos
seleclos è ciuibus, ut quisq; fuit s̄spectissimus.
atq; ita ab omnibus amicus fidus & dux egre-
gius habens, redemptis etiam nonnullorum fa-
uoribus, imperator Gabinorum eligitur. Ea po-
testate per dolos & pr̄stigias socius unum è
familis occulit ad patrem mittit, sciscit atū quid
se facere uellet, quandoquidem ipse quod uellet
posset. Hunc famulū quia rex nolbat sua iussa
scire, eo comite in hortum ædium erat. s̄t. ibi in-
ambulans inter matuta papauera, iminentio-
ra ceteris capita decutiebat baculo. quo fa-
cto quamvis sapius interrogatus sine responso
remisit nuntium, Thrasybulum Milesium ut
mihi uidetur imitatus. nam & ille olim à Pe-
riandro Corinthiorum tyranno per nuntium ro-
gatus,

gatus, quonodo firmissimum tenere posset imperium, nihil uoce respondit, eantim hominem qui ab eo uenerat sequi se iussit per maturas seges, & eminentiores spicas decerpas concerere. ex simili Tarquinij facto Sextus memore patris cum intellecta, inberi se praeminentiores Gabiniorum tollere, concionem aduocat. ibi prefatus receperum se in fidem unam cum amicis in periculo esse ne a quibusdam comprehensus patri de- datur, ait se paratum defoncre imperium, & abire priusquam patiatur aliquid grauius: simulq; lacrymabatur sororem suam miserans, non aliter quam qui uere in extremo capitis uersan- tur discrimine. ita concitata multitudine sciscientibus quinam essent illi proditores, illustrissimi Gabiniorum Antistiu Petronem nominat, uirum bello paceq; note in rep. industrie. inficiante illo. Ut erat libera conscientia ad omnem inquisi- tionem scise probet, ait se uelle edes eius perscrutari per quosdam, atq; interim mancre cum illo in coccione, donec perscrutatores reuerterentur. iam subornauerat pecunia corruptos quosdam eius seruos, qui obsignatas a patre suo literas domini deponerent, quibus Petroni parabatur pernicios. nisi ad edes quibus id conseneiente ea- rum domino mandatum fuit, reperias ubi re- posuerat in concionem protulerunt literas. erant autem obsignatae epistole multae, & in his una inscripta Antistio. hanc Sextus aperuit,

B 2 dicens

dicens se patris sigillum agnoscere, & scribae
publico recitandis tradidie. continebantur in ea
mandata, ut uiuum si posset, filium in potest&
rem suam redigeret: sin minus, certe caput eius
abscisum misseret. id si perfectum sibi redderet,
cum uero daturum se ipsi eiusq; adiutoribus
praeter alias mercedes iam ante promissas, ciui-
tatem Romanam, ascripturumq; omnes ordini
patricio, additurum domos, agros, aliaq; multa
& magna munera. His lectis irrigati Gabini
Antistitium inopinato casu aetonicum ac ne uer-
bum quidem ualente dicere coniectis. in eum
lapidibus obruunt: in consiliis socios inquisitione
& animaduersionem Sexto committunt. ille
amicis tradita portarum custodia, ne qui reo-
rum possent effugere, missis ad illiustriorum do-
mos facillibus multis bonos viros de medio su-
stulit. Interim cumuleu, ut par erat, exorto Ga-
büs, Tarquinius per literas monitus iter ingress-
sus est cum exercitu, & cum in tempesta nocte
peruenisse ad moenia, paratos inuenie qui aperi-
tis portis se admittere, atque ita sine labore
urbe poritus est. Id ubi cognitum est, deploranti-
bus suam vicem omnibus, cedesque & captiuit-
ates atque reliqua mala ut in capta à tyranno
urbe expectantibus, uel si optime res caderet
seruiturem, bonorum direptionem similiaque
animo præcipitibus, Tarquinius nihil horum
qua metuebant fecit, saevis alioqui & in pu-
nicend.

niendis inimicis implacabilis. nemine enim Gabinum interfecit aut expulit patria, nemine pecunias multauit aut honoribus: sed uocato in concione populo regem non tyrannum agens, ait se et ciuitatem eis reddere, et omnia bona habenda permettere, ut post hac in sua dignitate ac potestate uenda uereatur ipsorum opera, quos arbitraretur donatae salutis, recipiarumque facultatum beneficio deuinctos, fidos sui custodes fore suosque familie. Et ne solicii essent beneficium id forasse non fore proprium ac perpetuum, ad collendam omnem dubitationem ex corum animis, scriptis ligibus quibus in fidem recipere uentur et amicitiam, foedas id inibi pro concione iureuando super ardentes in aris uictimas sanciunt. estque huius foederis monumentum Romae dedicatum in templo Iouis fidei praesidis (Sangum ipsi nominant) clypeus ligneus inductus eius bouis corio qui tum maestarus est, in quoque antiquis formis inscriptae litterae continentes leges foederis. His ita gestis, sextoque rego Gabiniis imposito, reduxit exercitum. Sic bellum Gabinum finitum est. Post hanc Tarquinius a bellis una cum populo quiescens uertit se ad templorum fabricam, ut aui sui nota persoluere. nam ille ultimo bello cum Sabinis dimicans, si uinciret, Ioui, Junoni, Minerueque templo uocarat: et rupem quidam destinatam sacro adficio ingeniis sumper aggeribus in arcae formam complana-

uerat, ut superiore volumine dictum est, cæterum structuram templorum præuentus more non potuit absoluere. Hoc opus Tarquinius ex decimis Suessane præde perficere cogitans, omnis generis artifices ad operandum adhibuit: quo tempore sacerdos mirū quoddam excitisse prodigium: fundimentis opera fossorum ad magnam profunditatem perductis inuenit caput modo occisi hominis, facie integra uiuo persimile, & calido etiam recenti; manans sanguine. Hoc uiso Tarquinius operas iussit foßionem intermittere, accidisse: regionis eius uatribus, sciscitabatur quid sibi uellici hoc prodigium, quibus nihil explicantibus, & ad Etruscos eius scientiae professores regem relegantibus, percontatus ex eis quisnam apud Etruscos uates esset præcipuis nominis, ubi id didicit, legatos ad eum misse ciuium letissimos. his ad eius donum uenientibus sorte fortuna pro soribus adolescens quidam fu obuiam: qui rogantibus ut se Romanos legatos uicem conuenire cupientes ad ipsum deduceret: Pater, inquit, meus est quem queritis, nunc occupatus non nihil: licebit uobis post modicum dilationem eum accedere. interim mihi qua de causa uenitis dicite. ita fiet ut à me præmoniti caucatis, ne quid in rogando peccatis per imperitiam. est enim non minima pars nostræ artis recta interrogatio. Placuit id legatus & indicauerunt prodigium. ille interposito breui sil.

ui silentio, Audite, inquit, Romani. Prodigium
hoc pater uobis inerpretabitur nihil mentiens.
id enim uati n*ost*ris est. ceterum quomodo ad in-
terrogata recte absq*ue* mendacio respondendum
sit (id enim uestra interest) ex me discite. Post
denaratum prodigium dicens se non satis per-
cipere quid dicatis, circumscribet certum errare
spacium baculo, deinde dicit: hic est Tarpeius
tumulus, haec orientalis eius pars, haec occiden-
talis, haec septentrionalis, haec opposita, singulas
ostendens baculo. sciscitur deinde ex uobis, in
quanam harum partium caput inueniuntur sit.
Quid igitur uos respondere moneo? In nullo co-
rum locorum, quos ille interrogans indicavit ba-
culo, inuentum caput, sed Rome uisum apud
uos in Tarpeio tumulo. hanc responsionem si
seruaueritis, nec ab illo seducti fueritis, intelli-
gens quod fata transferre non licet, quid sibi ue-
lit prodigium interpretabitur uobis nihil disi-
mulans. haec edicti legati, postquam ad iam
oriosum accersiti sunt, introgressi exposuerunt
uati quale uisum sit prodigium. illo uero de-
scribente in terra circulares lineas, ac rursus
rectas alias, & per singulas regiones astute
de inuentione rogante, nihil perturbati legati
eodem modo respondebant, ut erant à uatis filio
præmoniti, semper nominantes Romanum &
Tarpeium tumulum, & postulantes ne inter-
pres sibi usurpet id signum, sed bene ac iuste

dicat omnia. Tum uates non ualens signum
 interuertere, & sibi usurpare augurium, sic eis
 locutus est. Reserte Romani uestris ciuibus, esse
 in satis ut locus in quo id caput inuenitum est,
 fuit caput totius Italiae. ex illo tempore uocatur
 Capitolium ab inuento ibi capite, caput enim
 est Romanis quæ Græcis ιεφαλη. His ex lega-
 tis cognitis Tarquinius structurae adhibuit op-
 fices, magnamq; templi partem perfecit, sed to-
 cum opus absoluere non posuit præuentus exi-
 lio. tertio demum consularu libera iam ciuitas
 operi supremam manum imposuit. situm est &
fundatum in ala crepidine octo iugerum ambi-
tu, ducentis fermè pedibus patens per latera sin-
gula, pari propemodū longitudine atq; latitudi-
ne, uix quindecim pedū differetia: nunc in eisdē
fundamentis etate patrum instauratum est post
incendium, nisi quod maiore luxu quam fuerat
conditū. frons eius meridiem spectans poriicu-
m habet cum triplici columnarū ordine: in lateri-
bus ordo duplex est: tres ædes parcs cōmuniibus
continentur lateribus, media Iouis, hinc &
Iunonis & Mineruae, sub eodē recto & pinna-
culo. Quin & alia Tarquinio regnante miran-
da felicitas urbi contigit, siue decorū alicuius si-
ue demonū munere, non temporario, sed in omne
aum seruatura eam è grauissimis periculis.
Venit ad tyrannum extera quadam mulier, no-
uem libros Sibyllinorum oraculorum uenales
offer

offerēs: cumq; Tarquinius nollit eos tanti emere
 quanti illa indicauerat, abijt & tres exusit ex
 eo numero: nec multo post reliquos relatos tan-
 tidem obtulit: derisaq; pro delira, quod tantum
 pro paucioribus peteret, quantum pro pluribus
 obtainere non posserat, rursum discedēs reliquo-
 rum cremaue dimidium: relatissq; tribus auri
 quantum antea petiē. Tum rex miratus mulie-
 ris consilium accersiuit augures: req; denarrata
 quid faciendum eos consuluit. illi auguryis qui-
 busdam edocti, aspernatum eum rem missam de-
 uinitus, & piaculum graue admissum quod non
 omnes libros emerit, iusserrunt numerari mulieri
 auri quācum peteret, & reliquum oraculorum
 redimi. mulier datis libris diligenter eos scruari
 nonuit, nec post hac usquam uisa est inter homi-
 nes. Tarquinius duumuiros creauit ex numero
 nobilium, hisq; addidit duos ministros publicos,
 & per hos custodiri libros uoluit. Duumuiro-
 rum alterum *M. Atilium*, uisum non bona fide
 rem gerere, & ab uno ministrorum declarum pa-
 rioidū, in culeum insueum proiecit in mare. Ex-
 pulsis postea regibus si byllinorum cura deuenit
 ad populum: is nobilissimos uiros custodes eo-
 rum creauit, qui per eorum uitæ tempus fungā-
 tur eo munere, liberi alioqui ab omnibus mili-
 taribus atq; ciuilibus munis: hosq; libros pu-
 blice accipiunt, nec sine his cuiquam licet eos
 inspicere. & ut compendio dicam, nullam rem.

B 5 ne

ne sacram quidem Romani iam diligenter quam
Sibyllina oracula custodiunt. Vt tunc autem eis
ex senatus consule, siquando seditionibus turbat-
ur status reip. aut in bello insignis aliqua cla-
des accepta est, aut prodigia quepiam dubia ma-
gnumq; aliquid portentaria nuntiata sunt, ut
plerumq; sit. Eti libri manserunt incolumes usque
ad bellum Marsicum, in templi Capitolini celo
subterranea, inclusi arca lapideae, asseruati a
decembris. post exactam uero certiam supra cente-
simam et quinquagesimam Olympiadem cremato
capitolio, siue de industria, ut quidam autumant,
siue fortuito incendio, cum alijs donarijs Iouis hi
quoq; igne absumperi sunt. nam qui nunc extant
e multis locis comportati sunt, partim allati ex
Italicis urbibus, partim ex Erythriss Asia, ex
s. c. legatis illuc ad transcribendum missi,
partim ex alijs urbibus etiam a priuatis homi-
nibus descripti, in quibus inueniuntur quedam
suppositicia, ceterum deprehenduntur acrosti-
chidum quas vocant discrimine. Sequor autem
hic Terentij Varronis opinionem qua habetur
in eius commentarijs theologicis. Hac sunt qua
bello paceq; gesbit Tarquinius, praeerq; deduxit
duas colonias. Signiam casu fortuito, cum in eo
campo milites hibernantes castra in modum
oppidi communissime: Circos uero data opera,
quod in Pomptino campo eorius Latij maximo
locus us opporende ad mare suus sit, est autem
erron

terrenus tumulus infero mari imminens, ubi Circe habitasse fertur solis filia. Has ambas cum duobus filijs ut conditoribus dicasset, Circios Arunti. Tito Signiam, securus iam de regno, obuiolatam à Sexio natorum maximo matrone pudiciciam urbe simul & regno pulsus est, diuinitus de doméstico inforeunio præmonitus. cum alijs prodigijs, cum ultimo hoc par aquilarum non longe à regia uerno tempore nidum cōstruxerant in proceræ palmae cacumine. hunc nultures magno agmine aduolantes disturbance ruine, pullosq; etiam cum implantes encauerūt: ipsas aquilas à pastu redeuntes à palma abegerunt rostris & crebro alarum uerbere. Hoc auspicio animaduerso Tarquinius tametsi magnopere sibi caueret, fatum tamen fuit potensius, ut conspiratione patriciorum, adiuuante cos & plebe, regno tyrannus excideret. qui autem fuerint eius tumulus autores, & quomodo ad summum magistratum euascrine, dicitur quantum potero breviter. cum Ruthulis Ardeā incolētibus bellum gerebat Tarquinius, causam praetexens, quod Romanos exules exceptos conarentur reducere in patriā: sed re uera inhiabat eorum diutijjs, quod esse omnium Italorum fortunatissimi. cumq; hostis forteiter resistere, inter obsidionis moris pariter & in castris militi laborū redim, & urbanis subuictendorū cōmactu subiit: spectabatq; res ad desctionē, si mod.

si modo quis præberet initium. Interea Sex. Tarquinius à patre missus Collatiam ob cius bellum usum aliquam, diuertit ad cognatum suum L. Tarquinium Collatinum. Hunc Fabius prodit Egerij filium, eius qui supra nobis dictus est Tarquinij Prisci fratribus fuisse filius, et ab eo Collatia præfectus Collatini cognomen accepit à domicilio, quod mox demanauit eum ad posteros. Ego hunc quoque nepotem Egerij crediderim, quando aequalis fuit Tarquinij liberis, uel ipsius Fabij testimonio, uel multorum aliorum quibus cura fuit res Romanas mandare memoria: Et hanc meam coniecturam confirmat ratio temporum. Aberat cum domo Collatinus agens in castris ad Ardeam. Uxor cius, Lucretij nobilis Romani filia, hominem ut uiri cognatum exceptit benignissime. huius mulieris eximia forma spectataque pudicitia prædicta per uim uiciande mala libido Sextum iam ante ceperat apud cognatum diuersari solitum, sed cum uidebatur oblatia occasio, post coenam deductus cubitem transper se lecto continuit dum sopitos omnes pueret: deinde nemine sentiente obrepserit ad Lucretiae cubile in manu habens gladium. cumque mulier ad strepitum expperrecta scitaretur quisnam esse, Tace, inquit. Sex. Tarquinius sum. moriere si uocem emiseris, aut fugere uolueris. Sic perterrita fœminæ optionem proposuit, uerum mallei surpiter mori, an feliciter uiuere. nam si: suspiraueris,

nueris, inquit, cui corporis copiam mihi facere.
 in legitimū thalamū recepera mecum regna-
 bis. nunc enim cuius pater iussit urbis sum do-
 minus: post eius uero obicium, Romanorum simul
 & Latinorum aq; Heiruscōrū ceterorumq; ut
 ille habebō imperium. Scio me in paternū regnū
 successurum etatis priuilegio. quanta autē si
 regum felicitas, quae tibi mecum cōmuniſ erit, quid
 opus est apud non ignaram dicere? quod si amo-
 re castitatis reluetari uolueris, ineſſiciam te.
 ingulatoq; uno ē famulis cōponam uestra corpo-
 ra, & fingam in ſupro deprhlenſos poenas de-
 diſe non ferenti gentilis iniuriam, ut post exitū
 infame ſepulchre quoq; & funerarium iacturā
 facias. ita precibus ac minis iureiurando addi-
 to, omnia ſc̄ loqui ſerio, effecit ut Lucretia mea
 ignominioſe moreis territa coacta ſit cedere
 perferreq; que illi patrare libuit. iuuenis. exfa-
 tiata pernicioſa cupidine mane ad exercitum
 abiit. Si Lucretia caſum hunc moleſte ferens,
 confeſtim carpento conſcenſo Romam propera-
 bat amictu aero & ſub uete culirum habens
 abditum, obire nec alloquens appellantes, nec
 respondens quicquā cauſam trepidationis ſci-
 ſcitatis, moesta interim & uulnemiffo la-
 crymis ſuffifa oculos. ut uero in paternas. aedes.
 ueneum eſt (& forte aderant cognati aliquot)
 genua patris comp' ex a diu fleuit tacita: tan-
 dem ab ipſo ſublevata querente quid acciderit:
Supplex.

Supplex, inquit, uenio pater, indignis modis tra-
 ctata, ut ulciscaris illam mihi iniuriam, neq;
 despicias morec grauiora passam filiam. miran-
 tibus omnibus, et quodnā iniuria genus, quis'ue
 autor, perconeantibus: Audies, inquit, meas ca-
 lamitates; pater in tempore. sed primū mi pa-
 ter concede mihi hanc gratiam, conuoca quo-
 quor poecis amicos & cognatos, ut ex meipsa
 quid perpesta sim audiatur, non ex alijs. ubi uero
 didicris ad quām indignam necessitatē adar-
 Etā sim, deliberabis cum eis quonam modo uin-
 dicanda sit mea tuaq; iniuria. postquam uocati
 conuenerunt propere uiri nobilissimi ita ut po-
 stulauerat, atrocitatem rei denarrat ordine:
 deinde cōplexa prius patrē, muleisq; eum ipsum
 obtestata sum cateros, comprecataq; deos &
 demonas ut se cito ē uita eximant, stricto culiro
 precordia uno ictu traiicit. coorto deinde cla-
 more ac eiularu planctuq; muliebri rotis adi-
 bus, pater moribundam complexus uocabat
 nomine, medicamina poscens quasi recollectur.
 se ex uulnere. illa uero in ulnis eius palpitans lu-
 Et anicem emisit animam. id uero omnibus qui
 aderant tam grāue ac miserandum uisum est,
 ut uno ore uociferaretur, satius esse pro libertate
 uel milies emori, quām tales à tyrannis dissimu-
 lanter perferre iniurias. in his erat P. Valerius,
 ab uno Sabinorum qui cum Tatio Romam ue-
 nerant oriundus, uir prudens & industrius. Is
 adexer

ad exercitum ab eis mittetur, indicaturus uiro casum Lucretiae, ex cum illo ad desfectionem à tyranno solicitaturus militarem multitudinem. huic porcā exeuēti casu quodam Collatinus fit obuiam à castris urbem reperens domestica calamitatis inscius, cum eoq; L. Junius cognomine Brutus, quod in Græcam linguā uersum sonat Λιθρός: de quo paucis, priusquam reliquā narrationis aetexamus, dicendū est, quādo ad hunc postissimum auctorē Romani libertatem suam referunt, quis fuerit quo'ue genere, ex quomodo appellationem à moribus suis tam alienam natus sit. Pater ei fuit M. Junius ab uno Aenea socrorum oriundus, inter nobilissimos Romanorū ob uiruorem habitus: mater uero Tarquinia Prisci filia. ipse eleganter institutus, omnibus urbanis disciplinis excultus erat, ingenio ad nullas non artes honestas facili. Verum postquam occiso Tullio Tarquinius inter alios multos ex bonis ciues patrem quoq; illius occulte de medio sustulit, non ob delictum illum, sed diuinarum cupidine, qui is antiquæ ac otulenta familie hæres à maioribus congestas sibiq; relietas accepérat: cū eoq; filiorū natu grandiorē, quod iuuenis generosus non inuliū latus uidetur patris interitum. Brutus etiam cum adolescentis, destitutusq; cognatorū auxilio, rem aggressus est prudenterissimam, fatui speciem ficticiam assumere, eamq; ex illo tempore constanter retinuit, expe-

ctans op

Etans opportunitatem temporis, factum interims agens, suoq; respondens cognomini. idq; unicum remedium fuit contra tyranni se uitiam debachantis in multos cines optimos. Tarquinius enim uere non fidele stuleū existimans cōtempserit hominē, spoliariūm q; patrimonio, ut parceribus orbaeū & curatore egentē apud se sustētabat exiguū quiddam in alimenta quotidiana suppeditās, uersariq; inter liberos suos pariebatur, nō honoris causa ut uideri uoluit, quasi cognatum: sed ut ridiculis dictis factisq; oblectamento esset adolescentibus, quemadmodū solent uerifacui. Eo quoq; tempore quando ignorū pestilentiæ genus per ditionē eius grassabatur, quod in pueros maxime senebat et uirgines, sed prægnantibus pernicioſissimū, matres una cum ipso fœtu paſsim sternēs per vias, profecturis ad Delphicū oraculum Arunti & Tito filijs qui deū de mali fine cōſulerent, comitem illum addidit, gratificatus adolescentibus ut haberetē cui iuueniliter uerbis & rebus illuderent. qui accepto responso deum uenerati donarijs, multi riserunt Brueū, quod baculum lignū obculisses Apollini. at ille excusatio in modum fistule aurū indiderat conscio nemine priuatum. deinde rogauerunt deum, quemnam fara destinaret Romānis futurum principē. responsum est, eum qui primus matrem osculatus fuerit. adolescentes non percipientes sensum oraculi, pacti sunt inter se ut simili.

ut simul matrem osculareretur, cōmūnib⁹ auspi
cijs regnum administraturi. at Brutus intelligēs
quid deus uellet significare, quanprīmū Italiā
contigit, prolapsus terram oscularius est, quod
hēc sū cōmūnis mater omnium. Et ad id quidē
temporis talis fuerat. Tunc uero ut ex Valerio
cognouit casum & necem Lucretiæ, protensis
ad cœlum manibus: Iupiter, exclamat, dūq; o-
mnes quibus cordi sunt res mortalium, hoccine
tempus illud nunc aduenit, expectatiū mihi sub
hoc ficticio habitu? hoccine fatale est Romāneis
auspicijs meaq; opera liberari ab infanda tyran-
nide? His dictis cum Collatino simul & Valerio
properat. ut intra ædes peruentum est, Collati-
nus conspicatus Lucretiam iacentem in medio,
patremq; complexum ex animam, ingenti gemi-
tu edito in cadaver irruit, complexusq; oscula-
batur nomine ciens mortuam, nec aliter quam
niuam alloquens, mentis impos p̄e dolore ni-
mio. qui dum ita cum patre totaq; familia fle-
tu ac lamentis occupatus est, Brutus: Alias.
inquit, Lucreti, tuq; Collatine, uosq; ceteri mu-
licris necessarij satis temporis ad deflendum ha-
bentis, nunc de uindicta cogitandum est. nam
id præsens tempus postulat. Visus est recte mo-
nere, ac mox soli confidentes, sc̄mota turba ser-
uorum & familiariū, consultabane quid agen-
dum sit. Ibi primus Brutus præfatus de seipso
quā non uera p̄e se tulisset stultitiam, quib⁹ usq;

C.

causis

causis ad simulandum adactus sit, postquam apparuit hominē esse longe prudentissimum, prosequens orationem horatius est ut unanimes consociata opera Tarquinium & filios urbe pollicent, multa locutus in eam sententiam ad persuadendū efficacia: animadueriens deinde neminem non promptum: Non uerbis, inquit, nec pollicitis, sed factis hic opus est, siquid uolumus proficere: sc̄q; dixit facturū initium. ac mox accedens ad cadauer, quod etiamnum propalam iacibat spectaculum miserable, cruento culero imposito desuper, iurauit Mariem dcosq; cæcros, se quacunq; ui posse Tarquinium exacturum: & neq; tyrānos Rom.e regnare, neq; quenquam ciuium id permittere, passurū: sed amicos eorum pro hostibus habicurum: & usq; ad mortem cum tyrannis eorumq; factione bellum geritur. quod si iuriandum uiolaret, talcm suis suisq; liberis exieū uite imprecatus est, quod lis misera illi contigisset: idem deinde iuriandum exegit a cæcrosis. illi incunctanter surrexerunt, & culirum per manus eradentes iurabāe alius post alium: moxq; iurati iam querebant modum aggrediendi negotium. Bruti hæc suis sententia. Ante omnia custodiis portis adhibeamus, nequid eorum que in urbe dicuntur arguntur ue contra tyrannidem Tarquinius scribat priusquam res nostræ parate sint. deinde prolato in forū cruore sœdaro sic ut est mulieris corpore

corpore, Lucretius atq; Collatinus progreſſi in
 medium deplorante ſuum infortunium, & rem ex-
 ponant ordine. reliqui deinde alius post aliu ac-
 cedens accuſente tyramnidem, populumq; ad li-
 beratorem prouocent. erit hoc ciuibus exoptatiſ-
 ſimum, uiderc à nobis patricijs initium libera-
 eis fieri. multa enim à Tarquinio paſsi ſunt &
 grauia, & ſatis illis erit uel modica occaſio. ubi
 uero multitudinem aduersus tyrannos concitatā
 habuerimus, abrogato regno Tarquinio, plebi-
 ſitum ſuper hoc quanto cyuus tranſmittamus
 ad exercitum. etenim ſi armati cognouerint ur-
 bem à tyrannis alienatā, ſtudebunt libertati pa-
 triæ, ne largitionibus quidē decuinelli. Ti: m Valc-
 rius interloquens. Reliqua, inquit, recte monere
 uideris Iuni, ceterū de comitijs ſcire uelim, quis
 indicet ea legitime, suffragiaq; curiarū colliger?
 magistratus enim eſt hoc officium, & noſtrū ne-
 mo ullum magistratum obirenci, ad hoc ille, Ego
 Valeri. Sum enim sacrificorum princeps: licetq;
 mihi per leges quandocūq; in comitium uocare
 populum. hunc enim honorum omnium maximū
 Tarquinius nūhi dedit ut fatuo, & neq; intel-
 ligenti eius potestatem, neq; uifro ea ſi intelli-
 gerem, quin & contra tyrannum primus pero-
 rare paratus ſum. Id ab omnibus collaudatū eſt
 ut honestū ac legitimum. Bruius iuſſus pergere:
 Quando, inquit, haec ita uidentur, diſpiciamus
 uem quis magistratus rcp. post expulſos reges

curaturus est. ex à quo creatus: imò prius etiā
qualis erit status recipublicæ quem inducere pa-
ramus in locum tyrāni dis. Præstat enim omnia
consulta habere priusquam aggrediamur canū
f.icius, & præconsideratis omnibus nihil inex-
cussum relinquere. dicat super his uestrū quisq;
suam sententiam. Variatum est deinde non nihil.
quibusdam placebat regem denuo creare, enu-
merantibus quanta in rem publicam beneficia
superiores reges contulerint. alijs negabante unius
potestati amplius concredendam rem Romanā,
permoti iniurijs, quibus & alijs reges multi, &
postremo Tarquinius, ciues suos affecerant: ma-
lebaniq; pēnes sinatum summam potestacem
esse sic ut in plerisq; Græcis ciuitatibus. Alijs
neutrum horum placebat, popularē gubernationem
qualis Atheniensium præferentibus, et
commemorantibus quo paclō paucorum poten-
tia premi humiliores soleant, motisq; seditioni-
bus contra illos uicissim insurgere: prædicanti-
busq; nihil esse libertate & equo iure ciuium
uel ciuius uel honestius. cumq; difficilis electio
uidetur omnibus, quod nullus ex his status ca-
rerecet suis uicijs, ubi uenitum est ad Brutum sic lo-
citus est. Si ego Lucreti tuq; Collatine & ca-
teri quoerem ad eis boni uiri bonisq; proge-
nitis, nihil nunc de reip. forma statuendum cen-
se. nam & tempus hoc angustum est præ
negotij, nec ad corrigendum rerum ordinem
suffic

sufficiens: & ut optimam excogitemus mutationis rationem, non carabit tamen periculo. certum postquam à tyrannide liberati fuerimus, maiorem facultatem & plus otium habebimus de communi consilio reformandi Remp. in melius, si quid tamen melius est constatu, quem Romulus, Pomphilus, alijsq; post reges nobis eradiderunt, sub quorum administratione continua felicitate magna lucetq; populis imperans nostra fuit civitas. Incommoda autem propter quae regnum facile in saevitiam tyrannicam degenerat, & quae regiam potestatem iniuriam omnibus faciunt, ea & nunc corrigenda, & in posterum cauenda moneo. ecque nam illa? primum quoniam mulier spectant rerum nomina, & ex his estimatione facta res ipsas aliquando uel noxiis experunt, uel uiles fugiunt, inter quas est & regnum, nomen in Republica ei mutandum arbitror: ut quorum curae posthac committetur ciuitatis incolitas, non reges neq; monarchae uocentur, sed alio quopiam modestiore magisq; populari uocabulo. deinde non constituendam unam potestatem penes quam sint omnia, sed duobus uiris permittendum regium imperium, sicut Lacedemonios audio facere iam mulieris et. uibus, ideoq; hanc formam Reip. inter omnes Gracos maxime florere legibus & opibus. minus enim iniuriosi erunt & molesti diuisa potestate bifariam, ambobus eandem uim obtinentibus: & alter

c 3 alec

alterum reuocabitur ac uicissim reuocabit à licentia: emulatio quoq; ad uirtutis opinionē ex potestate equata maxime nascitur. Præterea è tam multis regūs insignijs siqua sunt inuidiosa & molesta populo, uel moderari opus est, uel in totum tolli: scepera ista dico & coronas aureas, & purpureas auro intertextas trabcas, nisi sit ius festis & in pompis triumphalibus, assumantur honoris decorum gratia. rarus enim horum usus inuidiosus non erit. ceterum sella eburnea in qua sedentes ius reddant populo, relinquenda est unā cum prætexta candida & lictoribus duodecim securis præferebibus per vias. Supereft unum ad retinendos in officio summos magistratus omnium quæ hactenus memorani utilissimum, ut perpetuum non sit & cum uita demū finiendum imperium. prægravis enim est omnibus magistratus cui nullum certū tempus præfnum est, eoq; rationem reposcitur à nemine, unde tyrannis nascitur. contrahinda igitur potestas exemplo Siheniensium intra tempus annum. imperandi enim parendiq; uicissitudo, & potestas antequam corrumpat animum relinquenda, reprimit ingenia fastuosa, nec sinit inebriari licentia nimia. In hunc modum constiuitis rebus frucenti bonis gubernacionis regiae, absq; agnatis illi incōmodis. Et ut nomen regius auspicio in hac ciuitate receperū structur religione causa ut sacrum, creetur semper rex cui honor

honor hic sit perpetuus, & immunitas à milie-
 tia, nec aliud negotium habeat quam curam sa-
 crorum quæ per reges factit abantur antea. Nunc
 audire quomodo conficiemus singula. Ego indi-
 cam comitia, quando ne ostendi concessum hoc
 est mihi legibus: rogaboq; populum iubet ante
 exulare Tarquinium cum uxore atq; liberis: ar-
 ceriq; urbe ac ditione Romana in perpetuum cum
 omni posteriorum progenie. quæ rogaatio ubi ap-
 probata fuerit suffragijs ciuium, indicata priue
 ratione Reip. quam cogitamus instaurare, inter-
 regem creabo qui designet magistratus populi,
 & ipse deponam honorum quem à rege acce-
 pimus nunc gero. tum in eorū centuriatis comi-
 tijs nomine magistratus, designandos in locum
 regium, expectauerus suffragia ciuium. quod si
 pluribus centurijs placuerit ratam esse elec-
 tionem, simulq; aues addixerint, tum assumptis fa-
 scibus cum reliquis regie potestatis insignijs,
 dene operam ut libera habeamus hanc patriam,
 neque unquam reditus in eam Tarquinij patet.
 Tenerunt enim uel persuaso populo, uel ni, uel
 dolo, uel quauis arte alia dominationem recipere,
 nisi ab eis nobis cauerimus. Haec sunt præci-
 pua quæ in rem praesentem admonendos uos du-
 ximus. Reliqua nec pauca nec disquisitioni no-
 stre proper temporis angustias facilia, præstae
 committere futuris magistratibus. Sed hos opor-
 tet omnia ex senatus consilio decernere, qui in-

C 4 admod

admodum mos erat regibus, & nihil sine nobis agere, & senatus placita referre ad populum, sicut maiores nostri solebant, nec in re ulla' eius pristinam autoritatem dimisiuere. nam hoc patet honestissime se habebit magistratus summus, eritq; euisimius. Omnes laudarunt Junij Brutii sententiam: ac post modicam de magistratibus suuris consularionem decreuerunt interregem dicere sp. Lucretium patrem eius que se interfecerat, & ab eo designari magistratus cum potestate regia L. Junium Brutum, L. Turquinum Collatinum. eos magistratus placuit nominari ipsorum lingua consules, quos Graeca uoce interpretari licet συμβόλας siue ἀριθμός. nam consilia Romani vocant, quas nostrates συμβόλας. Graci ramen procedente tempore ὑπάτος appellare maluerunt à potestatis praecellentia, quod rerum imperium, summumq; inter reliquos Reipublice Romanae magistratus locum obtineant. nam quod praecellens & summum est, prisci Graci uocabant ὑπάτου. His ita statuis, djsq; in uota uocatis ut iusta piaq; coepit secundare, in comitium prodeunt, sequentibus famulis in aera leictica ferentibus incurauit cruentatumq; cadaver Lucre. i.e.: qua ante curiam in loco sublimi & conspicuo posita conuocabatur populus. cumq; non solum forensis turba, sed excitus tota urbe per praecones populus confluxisset, Brucus consenso loco unde conc

concionari mos erat, astantibus patritijs, in
hunc modum locutus est. De necessarijs & pre-
claris rebus uerba facturus apud uos Quirites,
de meipso primum paucis preloquar. Fortassis
enim quibusdam, immo dubio procul muleis insa-
nire uidebor, quod uir mente non integræ, de
maximis rebus dicere aggrediar, cui curatore
opus sit. Volo igitur uos scire falsam fuisse opini-
onem de me publicam, cuius ramen autor ne-
mo fuit praeter me. ne aurem neq; pro ingenio
meo neq; pro decoro uiuerem, sed prout Tarqui-
nij l. bunt, & mihi uisum est uile, in causa fuisse
meus & uitæ periculum. Regem enim qui prin-
cipatus initio patrem meum occiderat, ut opes
cuius luculentas inuaderet: & maiorem fratrem
ultiorem paternæ nccis futurum si licuisset, cæde
clancularia de medio sustulerat: satis appare-
bat non parciturum nec mihi destituto carissi-
mis necessitudinibus, nisi egisset morionem ficti-
rium. hoc me figmeneum credidum à tyranno &
è familiari clade eripuit, & huic incolumem
seruauit tempori: quod postquam exoptatum
mihi aduenit, nunc deniq; per uigintiquinq; an-
nos gestam personam libet deponere. Et hæc
quidem de me dixisse sufficiat. Cæterum de Re-
publica cuius causa cōuocati frequentes adstis-
hoc aio, Tarquinium neq; legitime patrioue more
assumpsisse principatum: neq; posteaquam cum
quibuscumq; artibus adeptus est, honeste gesisse

C 5 auc

aut regie, sed per maiorem universi iuris ergo
 aequi contemptum quam ullus unquam tyrannus
 in omni memoria. Eum de communi sententia
 nos patrii regno priuare decreuimus, quod uni-
 nam dudum factum esse: nunc vero opportuni-
 tatem natli uos Quirites conuocamus, ut in-
 dicata uoluntate nostra, uestram opem precibus
 expertamus in afferenda libertate patriae, cuius
 nec ante nobis occasio contigit ex quo principa-
 tum occupauit Tarquinius, nec posthac, nisi
 nunc forces uiri fuerimus, unquam dabitur.
 Quod si temporis quaneum opus esse haberem, lautio
 aut cum nescius agerem, omnia tyranni enume-
 rarem sclera, quibus non unum supplicium
 commecruis. Verum quoniam temporis angustia
 id non patitur, quod pauca dicta, multa facta
 postulari, ergo ad non ignaros uerba facio, pauca
 rantum commemorabo, sed praecipua eius faci-
 vora, adeo manifestaria, ut nullam excusationem
 admittane, nullius quantumuis diserti sceleratus
 ille subleuari posse patrocinio. Hic est ille Tar-
 quinius Quirites, qui nondum princeps fratrem
 germanum, quia malus esse nolbat, ueneno su-
 stulit, assumpta ipsius uxore in societatem eius
 sceleris, sua coniugis germana, quam diuis inui-
 sus adulterio iam ante corruperat. Hic uxorem
 pudicam matronam ergo communium liberorum
 parentem eodem ueneno eodem tempore necauit,
 ac ne paululum quidem lugubri specie dissimili-
 lauit

lauit utrumq; ueneficium. sic confestim post per-
 peccata egregia hæc facinora, sumatibus etiam
 cum rogi qui misera illi corpora exceperant,
 ipse amicos excipiebat nuptiali epulo, ducens
 uiricidam sponsam in sororis thalamum ex pa-
 elo nefario, primus ac solus inducens in hæc ur-
 bem morem impium & apud omnes Græcas si-
 mul atque barbaras nationes abominabilem.
 Quale porrò fuit illud facinus Quirites, quam
 dirum & infame, quod perpetravit in soceros?
 iugulatio enim propalam Seruio Tullio regum
 omniū & quis?imo, optimeq; de nobis merito, cuius
 ne corpus quidem sepulta dignatus est: Tar-
 quiniā cius coniugem, quam ipsius merito de-
 buerat matris loco ut materteram colere, ante
 persoluta marito luctus & inferiarum extrema
 officia necauit laqueo miseram: ainq; ita tracta-
 uit eos à quibus ipse seruatus & educatus fue-
 rati, hæres etiā ainq; successor futurus si paulum
 expectasset naturalem eorū obitum. sed quid his
 obiurgandi immoror, cum prater domeſtica in
 cognatos & soceros facinora tot iniquitates ac-
 cusandas habeam, admissas in nos omnes cōmu-
 nemq; patriam? si ramen iniquitates dicenda
 sunt, ac non potius piacula & abominationes
 omnium nationum & gentium. primò regnum,
 ut hinc incipiam, quomodo adeptus est? num
 ita ut antè reges alij? minime. immo plurimum
 interest. nam illi omnes à nobis ad principatum
 prouecti

prouecti sunt riu moreq; patrio, primū ex se-
 natus consulto, cu*ius* prima partes sunt in omni-
 bus publicis consilijs: deinde per electos à senatu
 interreges, p*cnes* quos est iudicium quis regno
 sit idoneus: postremo suffragante in comitij
 populo, cui confirmandi ius est in rebus maxi-
 mis. accedunt huc auspicia, litationes, ceteraq;
 diuinitus signa felicia, sine quibus nihil huma-
 na consilia proficiunt. agendum quis uestrum scit
 obsecrarium horum aliquid quando Tarquinios
 assumpsit imperium? quod senatus consuluum?
 quod interregum iudicium? quae populi suffra-
 gia? quae auspicia addictoria? non dico, hæc
 omnia, tame si in recta creatione nihil præter-
 miti debuisse legitimum: sed si quis unum quod-
 uis horum tunc obsecrarium potest ostendere,
 non recuso notam calumniæ. Quomodo igitur
 principatum assecutus est? armis e*go* ui, malo-
 rumq; hominum conſpirationibus, ut tyrannus
 mos est, nobis iniuris e*go* indigne ferentiibus. Sed
 forte regnum quomodo cunq; quæsiū admini-
 strauit regie, ad superiorum regum exemplum,
 qui nihil non dixerunt atq; fecerunt quo foren-
 sariorem e*go* maiorem hanc ciuitatem successo-
 ribus tradiderent, quām ipsi accepissent à suis
 maioribus. Ecquis sanus hoc dicere? qui modo
 uidet quām miseris modis omnes acceperis simus
 ab eo. et accio iniurias nostri ordinis patritij, quas
 ne hostis quidem audiret absq; lacrymis, quando
 pauci

pauci è multis supersumus , è magnis facti humiles, ad paupertatem atq; adeo egestatem redacti erepeis ingenibus opibus. at illi præclarui, graues & magnifici, per quos olim inclyta fuit hæc nostra ciuitas , partim perierunt , partim exulan.. Quid res uestræ plibey , quomodo se habent ? an non leges uobis abstulit ? an non incedixit omni conuentu sacrorum gratia ? an non comitia, suffragia, concionesq; sustulit ? quin & corporibus uestris haud secus quam mancipiorum emptiorum ad uarios labores abutitur , cogens matricem cedere , onera humeris subuherere , in profundis & uoraginous fossis conteri sine intermissione , ne minima quidem concessa requie. quis igitur erit harum calamitatum finis ? quo usq; hæc pati sustinebimus ? usq; ad obitum Tarquinij. Ita per Iouem. Ecquid cum nobis erit melius ? immo quid non derius ? tres enim ex uno prognatos habebimus Tarquinios patre ipso sceleratores. nam quando iste ex priuato factus tyrannus , & sero malitiam exercere aggressus , in omnibus tyrannicis uictis est absolutissimus, qualem oporeet existimare euasuram eius sobolem , malo genere naram, malecq; educatam, quibus nunquam aliquod eius moderatum aut ciuale factum uidere uel audire licuit ? & ne diuinare opus sit uobis de excrando ipsorum ingenio , utq; per noscaris quales caruili suboliscant in Tarquinij. tyrannde,

nide, en factum unius corum natu maximi. Hæc
est Sp. Lucretij filia, quem tyrannus discedens
urbi præfatum reliquit, uxor Tarquinij Collatini
tyrannorum gentilis, multis laboribus præ-
clare de ipsis meriti: quæ pudica amansq; ma-
riti mulier, cum ex officio bona matrone propter
cognitionem sexum domi excepisse hospitio,
præterita nocte absente Collatino & in castris
agente, indomitam tyranni libidinem effugere
non potuit, sed quasi bocco cæpta pereulie quo
nefas est offerre libere fœminæ. quam iniuriam
indigne ferens ut intollerabilcm, postquam patri
cæterisq; cognatis suū denarravit inforunium,
muleum precata obrestataq; ut uiores eius ca-
lamitatis fierent stricto culero quem sub ueste ce-
lauerat, patre inspectante Quirites, ferrum de-
mersit in uiscera. o admirandam mactamq; no-
bilis poposii fœminam. Abiisti, peribasti, non
ferens tyrannicam libidinem, cōtempsis omnibus
uite uoluptatibus, nequid posses posthac pati si-
mile. Et postea cum tu Lucretia nata mulier
generosi uirtutem habueris, nos quos natura
uiros esse uoluit, uirtute uincemur à fœminis? Et
tu quidem unius noctis tyrannide spoliata per
uim impolluta pudicitia, mortem uita existi-
masti beatiorem: nos uero non idem credemus?
quibus Tarquinius non una die, sed per conti-
nuos iam uigintiquinq; annos oppressis, adem-
pta libertate simul spes omnes abstulit. non est
uital

uiralis Quirites hec uita tot miserūs inuoluta
 nobis illorum uirorum posteris, qui digni etiam
 exieris iura reddere, tam periculosa pro imperio
 gloriaq; subiucrunt certamina: alicuius eli-
 gendum est, aut mors gloriosa, aut uita libera.
 Venit tempus quod optauimus, abest Tarqui-
 nius, duces ad audiendum sunt patritij: nihil no-
 bis decrit si rem alacriter aggrediamur, non ui-
 ri, non pecuniae, non arma, non duces, non aliud
 quicquam quod ad apparandum bellum atti-
 neret. referat est urbs his rebus omnibus: ex eurpe
 est in Volscos ac Sabinos, multosq; preter hos
 imperium affectantibus, ipsos domi seruire alijs:
 gestisq; tot bellis pro ambitione Tarquinij, nul-
 lum pro libertate propria suscipere. At quibus
 facultatibus fretos, quibusue auxilijs? hoc enim
 dicendum superest. In primis deorum immorta-
 lium, quorum sacra, funa, arasq; Tarquinius
 manibus cruentis ciuiliq; cede confederatis
 polluit, dum sacrificijs praecest ac libaminibus.
 Deinde uostramet ipsorum ope, nec paucorum
 nec imbellium imperiorumque arcium milita-
 rium: sociorum quoq; qui a nobis non uocari
 nihil amplius erunt solliciti: sin uiderint uir-
 eius memores, libenter in huius belli societa-
 tem uenient. tyrannis enim res iniusta est omni-
 bus libertatem amantiibus. Quod si aliqui ue-
 strum ciues uident qui cum Tarquinio militant.
 ne force pro illo stene contra nos, earum timor
 uadue

uanus est. nec enim leuiore illi presumetur tyran-
 nide, & innatum est omnibus mortalibus liber-
 tatis desiderium, & iniuris labores perferenti-
 bus uel leuis occasio ad res nouandas uidebitur
 idonea: quos si uestro decreto ad opem patria-
 ferendam vocaueritis, non metu, non gratia re-
 tineri apud tyrannos poterunt, nec quacunq;
 suasione aut uiolentia, quibus a recto deduci so-
 lent homines. & ut sine aliquoe qui uel peruer-
 sitate ingenij uel mala educatione trahantur in
 factiōnē tyrannicā, eos quoq;, licet non multi
 sint medijs fidius, uel iniitos cogemus adhaerere
 bonorum uirorum partibus. obſides enim habe-
 mus in urbe coniuges eorum & liberos aīq; pa-
 rences, uita ipsa cariora pignora. Hęc recepi-
 ros simulq; ueniam erratorum polliciti, facile i
 tyrannis eos alienabimus. Ergo in tam ampla
 ſpe fortier Quirites bellum fufcipite, omnium
 ad hanc etatem honestissimum. Dū patrī terra
 huius boni præfides, uosq; genij quorum culus
 maioribus nostris obtigit, uestra ſacra req; pa-
 tria dūs carissima, in qua nati ſumus & edu-
 cati, uerbimur tota mente, dictis factisq;, etiam
 animas impēdere ſi opus ſit parati, pati q; quic-
 quid fors faciūmq; uulerit. auguror tamē bene ce-
 pra felicē habitura exitū. Dū faxint ut pariſor
 citudine unanimes omnes ſeruemus, ſeruemusq;
 inuicem. Concionare i Bruto frequenter acclama-
 rum est ad singula, magna ſignificatione alaci-
 tatis

tatis omnium, ulero etiam ad audiendum accen-
dentiū: nō paucis ad tam mirificam & inex-
pectatam orationem licet manib[us] pre gau-
dio, affectis uariè multitudinis animis. mixtum
enim erit ut mœrori gaudium consideratione pre-
teriorum malorum, futurorumq[ue] bonorum spe:
& audacia metuq[ue] aleernantibus, nunc cedio
malorum concernebatur securitas, nunc diffi-
cilitatis in tollenda tyrannide reputatio retar-
dabat impetus. ut uero dicere desyre, uelut uno
ore omnes exclamauerunt, arma sibi tradidere.
Tum Brutus latus, Ita, inquit, si prius cognitos
senatus uoluntate, uestris eam suffragis ratam
feceritis. Placet enim nobis exulare Tarquinios
urbe Romana, ioriusq[ue] imperij finibus cum tota
progenie: nec cuiquam ullo modo licere pro eorum
reditu uel dicere aliquid uel facere: esseq[ue]; capi-
talem si quis conerat fecerit. hanc sententia si ra-
tam esse uilem, curiatim ferre suffragia. id esto
uestre libertatis initium. Factū est ita, omniumq[ue]
curiarum calculis decretum tyrannorum exiliū.
Tum Brutus: Quoniam quod erat primum omniū
ratū fecistis ita ut debuistis, audite reliqua quæ
in remp. consuluimus. Nobis consideransibus
quenam rerum gubernatio sit potior, nō placet
regiam in postcrum constitui, sed duobus uiris
magistrorum committi annum cum potestate
regia, quoscumq[ue] uos centuriatis comitij des-
ignaueritis. Id si nobis quoq[ue] ita uideatur, ferre

D

suff

suffragia. Et hcc sententia cōprobata est omnibus ad unum calculus, quo factō Brutus more patrō dixit inter regem comitiorum causa sp. In cretium. Ille concione dimissa iussit omnes cū armis adesse in campū Martiū, ubi mos est legitimus comitūs magistratus eligi. cō postquam uentio est, duos viros nominauit habituros potestatem regiam, Brutum & Collatinū. his populus cum honorē ratum fecit collectis centuriatim suffragiis. Dum h.ec in urbe geruntur, Tarquinius rex ubi ex primis nuntijs, qui per urbis portas priusquam clauderentur evanescant, hoc solum cognouit, Brutum concionante vocare ad libertatem populum, re nemini communicata, filiis eorum & amicorum fidissimo quoq; comitatus admissis equis properat, immaturam defectionem praeuenire cupiēs. cumq; portas clausas reperisset, refixaq; armatis mœnia, quanto cyus repetebat castra gemens siq; afflictans obiter. Sed illie quoq; superuenit rebus iam perditis. Consules enim praeudentes animo aduentum eius celerem, diuersis itineribus litteris ad milites in castra miserant, horeantes eos ut à Tyranno deficerent, & certiores facientes de decreis populi. His receperas prefecti castorum à tyranno relicti, T. Herminius & M. Horatius pro concione legerunt: perquisitaq; per singulos centuriatos sententia milicium, quid opus factos sit, cum uniuersi censerent approbanda.

banda decreta urbanorum ciuium, nolucrum
amplius Tarquinium uenientem admittere. at-
que ita hac quoq; spe frustrius rex fugie cum
paucis Gabios, ubi regem filiorum maximum
Sexum ab eo relictum diximus, iam canus ipse,
uirginitatem annis exactis in imperio. Hermi-
nius & Horatius in quindecim annos inducas
cum hoste pacti abduxerūt exercitum ab Ar-
dea. Regnum est Romae à condita urbe ad libe-
ratam annos ducentos quadraginta quatuor.

DIONYSII ALEXAN-

DRI F. HALICARNASSEN.

antiquitatum sive Originum

Romanorum, Liber

Quintus.

Continet regibus eiectis mutationem
reip. & res deinceps sub cōs. ge-
stas ab Olympiade sexagesima octa-
ua usq; ad septagesimam primam,
tempus duodecim omnino annorū.



E G N A N T E Romae ultimo
regē cum iustū ac legitimū re-
genū uersum esset in tyranni-
dem, per quos diximus uiros li-
berata est patria, initio sexa-
gesime octave Olympiadis, qua in stadio uicit
Ischomachus Crotoneensis, gerente Athenis

D 2 ann

annum principatum Isigro. Quadrimestres consules L. Junius Brutus, L. Tarquinius Collatinus, quem magistratum lingua ipsorum à consulendo appellatum diximus, assumpcis in societate multis post inducitis & exercitus ab Ardea reditu, paulo post quam pulsus est Tarquinius vocatum in concionem populum multis uerbis ad concordiam, hortari, efficerunt ut novo plebiscito prius illud decretum confirmaretur de perpetuo Tarquiniorum exilio. Post hac lustrata urbe, cæsisq; uictimis, primi ipsi super eis stanzes iurarunt nunquam se reducuros ab exilio regem Tarquinium, neq; eius filios, neq; ex illis progenitos: regem Romæ posthac creauros nemine neq; creari passuros. atq; hæc pro se proq; suis liberis ac postteris iurauerunt. sed quoniam multa magna beneficia collata uidibaneur in rem p. à regibus, uolentes hoc nomen in urbe servari perpetuo, iusserunt ut pontifices & augures designarent unum aliquum è senioribus ad hoc idoneum, qui sacris tantum præcesset, immunitis à militia, vocareeturq; rex sacrificulus, primusq; hunc honorem Romæ accepit Manius Papirius vir patricius, quietis amantissimus. His ita constitutis, uerici opinor falsam vulgi opinionem de innovata rep. quasi pro uno duabus factis regibus, utrunq; consulem præeunibus duodecim scribua, sicut ante mos regum fuerat, decreuerunt cinium terrorem collere, & pot.

potes statis inuidiam minuere, in instituto ut alterum consulū duodecim secures præcederent, alterum duodecim lictores cum solis fascibus, atq; etiam cum furcis, ut à quibusdam est proditum: secures singulis mensibus collegæ sibi uicissim traducerent. hoc institutū humilem plebem obsequente in officio retinuit, sicut & alia quædā similia non pauca. Leges enim Tullij de cōtra-
Etibus humanas admodū & populares, quas in uniuersum Tarquinius sustulerat, renouauerūe in usum: & cœtus sacrorum causa tam in urbe quā in agris fieri solitos, per paganos & tribules diligenter celebrari iussunt quemadmodum Tullij temporibus. reducta sunt & comitia suffragiaq; de rebus maximis, ceteraq; instituta uicerū, gaudiente populo post diuīturnā scrūtūtē ex insperato restitutū se libertati pristinæ. Non desuerunt tamen stulti quidā quos licentiæ desideriū teneret cui sub dominatione tyrranica assueverant, uiri non ignobiles: qui cōiuratione facta polliciti sunt urbe prodita Tarquinios ab exilio reducere, consulesq; interficere. Horū quinam duces fuerint, & quām insperato casu indicati sint, cum se putarent fallere omnium conscientiam dicam nunc rem paulo aliud repetēs: Pulsus regno Tarquinius aliquāculum Gabijs substituit, cōuenientes ex urbe colligens quoquoꝝ libertati præferebant tyrrannidem, speransq; rediūtum se in patriam opibus Latini nominis.

Sed cum precess eius negligenter hi populi, nec uellere ipsius causa Romanos bello impetrere, desperato auxilio in Lictoriam urbem se recepit, unde materno genere ducebat originem. ibi conciliaris sibi per munificentiam animis Tarquinicium, in concione ab eis productus renouauit cognationem que sibi intercedebat cum eo populo: enumeratisq; beneficiis que annis ipsius in universam Heruriam contulerat, soederis etiam mentione fecit, quod inter eos et illi iustum fuerat. postremo quesitus est de suis inforeunio, qui una die magnis euersus opibus, erro et inops cum tribulis coactus sit ad suos olim subditos confugere. orationi per se miserabili additis etiam lacrymis cōmotus est populus adeo ut legatos Romanos mitesceret qui conditiones pacis offerrent. Et spes erat non dispare proceres aliquot Romanos qui saueret regis redditum. His legatis ipsius electis arbitrio, praeceptor mandata quid dicere facerentur debeant, litteras etiam dedit scriptas ab exiliis sociis ad amicos et domesticos, addidit et aurionnihil. qui postquam Romam peruenierunt admissi a patribus aiebant postulare Tarquinium, ut ipsi uenire senatumque; ita ut aequum est accedere licet: Et si patres permiscent, cum etiam pro concione plebi rationem reddere omnium quae gestisset anno regni tempore, subiretque; iudicium eius Romani populi. ubi uero causam suam probauerit immixto se iectum ex patria, siquidem certis

ecceis conditionibus regnum sibi ciues resiliuerint, regnaturum ut antea: si maluerint muraro recipi statu carere regibus, mansuri in patria consentum domesticis facultatibus, usuruij; iure & quato cū cæceris ciibus exiliū ratiū deprecari uitāq; uagam diuersis errorib. His mādæis expositis orabant senatum primū per cōmuneius omnīū genitum, quod neminem uerat causam suā dicere, ut nec illi hoc pernicietur, cuius ipsi futuri sint iudicis. quod si ipsiū indignū existimat hac gratia, salutem ciuitati pro eo deprecanti sacrificetur, & missa oblatione eantum honoris habeant, quantū habere possint nullo suo incōmodo: utiq; homines cum sint, non supra humanam conditionem sapient, nec immortales iras gerant in corporibus mortalibus: sed uel præter animi sententiam ad æquitatem se demittant in deprecatorum gratiam, cogitantes prudētum virorum esse officium amicorum causa inimicis offensis remittere, contrā barbarorum & insipientium nullum inter amicos & inimicos discrimē facere. Ad huc Brutus assurgens ita respōdit. Quod ad Tarquiniorū in hanc urbē redditū attinet, desinit Heirusci uerba facere. Iam enim decreū est perpetuū eorū exiliū, & per omnia sacra iurauimus, nec reducturos nos tyrānos, nec reduci passuros ab alijs, quod si quid aliud non iniquum petitis, quod nec insurandum nec leges uerent nos facere, dicitc. Tum

D 4 leg

legati. Praeter omnem expectationem nobis hoc contigit. Agenies enim pro supplice parato rationem uobis reddere ius commune omnium gentium ad priuatum gratiam impeirare non ualimus. sed quoniam ita uobis uiderur, de reditu Tarquiniorum amplius molesti non erimus. Aliud quiddam non iniustum perimus ex mando patriae, quod lex nulla nullum iusurandum uos uerat facere: ut restituatis regi bona, quorum absq; uolentia nemine uestrum defraudato olim ipsius annus fuit dominus, hereditate ad se devolutorum post patris obitum, cum quibus migrans in urbem uestram receperas est. Satis enim erit ei suis reb. receperis alibi beate uiuere, nullo uestre quiete periculo. His dictis legati curiam egressi sunt. Consulum alien Bruttus bona reuinenda censuit multe nomine, quod tyranni rempublicam grauibus affecissent iniurijs: cum utilitatibus publicae gratia, ne habent bellum materiam, docens non fore contentos receptis bonis Tarquinios non assuetos priuatum uitam uiuere, sed conducedo exerno milite bello tentaturos in regnum rediutum. Collatinus suadebat contrarium, dicens a tyrannis lcsam rempublicam non ab ipsis faciliatis, cauendaq; duo criminis, ne incurvant infamiam publicam, quasi propter diuinas expulsis Tarquinis, neue uideantur iustum bellum causam eis prebusisse, nimis spolia is propriis facultatis. Incertum enim

enim esse an receptis bonis bello tentaturi sine
reditum: manifestum uero non quieturos spolia-
eos rebus omnibus. cumq; in ueranq; sententiam
multi patrum irent, ambiguus consilij senatus,
post aliquot dierum deliberationem, Brusū uti-
liora, Collatinum iustiora suadere existimans,
postremo rem totam commisit iudicio populi.
ueroq; deinde consule multiis uerbis conato pro
concione suam persuadere sententiam, ubi ad
eriginta tribuum suffragia uentum est, adeò le-
ui momento præponderauit altera, uehi qui re-
tinenda bona censabant, ab alteris qui reddi in-
bebant, uno tantum calculo uicti sunt. Hetrusci
post acceptum à consulibus responsum, multum
laudata ciuitate quod maiorem iusticiæ quam
uilitatis respectum habuisse, Tarquinium per
litteras certiorem fecerunt, recepturum esse bona:
ipsi in urbe restiterunt, simulantes se intentos cō-
parandis uehiculis quibus asportarent res, uen-
diturosq; quicquid agi ferriq; non poterat: sed
re uera peruenientes omnia ex mandato Tar-
quinij. nam & litteras ab exilibus reddiderunt
eorum necessarijs, & alias ab eis acceperūt re-
mittendas ad exules: uarijsq; colloquijs nunc ho-
rum nunc illorum explorabat animos: & quo-
quo inueniebat faciles corrumphi ob inconstan-
tiam animi, siue inopiam, aut licentia desiderium,
parim spe ostentata, parim præfrena
pecunia conabantur in partes suas perire hinc.

D s nec

nec mirum erat in urbe ampla & populosa reperiri quibus magis placeret status reipublice decerior, non solum inter obscuros, uerum etiam inter nobiles, in quibus erant duo Iunij, Titus Tiberiusq; filii Brutii consulis uix cum puberes; & duo Gellij, Marcus Maniusq; fratres uxoris Brutii, iam maturi tractande reipublica, & Collatini alterius consulis sororis duo filii, Luccius Marcusq; Aquilij, & equalis Brutii filii, apud quos plerunque conueniebat, parecum non superstite, consultabaturq; de tyrannorum reditu. Itaque cum alijs multis argumentis colligere licet res Romanas diuina prouidentia prouectus ad tantam felicitatem, cum hoc praesenti non minimo. Tam dirus enim stupor inuidit illos miseris, ut sustinuerint literas proprijs manibus ad tyrannum scribere, continentis coniurorum multitudinem, & tempus destinatum opprimendis per insidias consulibus: persuasi tyranni epistola ad se missa, uelle cum praescire, quibus Romanorum restiterunt in regnum gratiam pro meritis referre debear. haec literae tali casu peruenientiae ad consules. Ad Aquilios Collatini sororis filios conuenerant coniuratorum capita, invitati ad epulas. Post coenam iussis ministris è conuinio in atrium secedere, conservantes inter se de reducendis tyrannis & repertoq; idoneo ut ipsis videbarur consilio, auror eius id resulit in literas conscriptas manu propria, quas

Aquil

Asquiliū unā cum alijs epistolis ligatis Hetru-
scis darent transmittend. is porro ad Tarqui-
num. Interca Cœninenſis quidam noniue Vin-
dex, qui bello captus & seruus pincernam cum
agebat, ex ablegatione illa suspicatus eos ali-
quid mali tractare, solus foris ad ianuam resti-
rit, ubi & uerba eorum audiuit, & uidit scribi
literas, ad quāndam ualue commissuram per-
spicua admoto oculo. is intempeſta nocte egreſ-
sus, quasi ob aliquod negotium missus à domi-
nis, ad consules quidem ire non ausus est, metu
ne rem clare uolentes propter affectum erga co-
gnatos, indicem coniurationis tollerent. Ex ceterum
adito P. Valerio, qui unus erat è quatuor pri-
mis libertatis publice assertoribus, fideq; cū in-
reiuando accepta ab eo, fraudi sibi id non fo-
rcē, indicauit que uidit & audijt. ille confestim
cum magna clientum & amicorum manu ad
ædes Aquiliorum aduolat appetere iam die: et
intromissus quasi aliud quippiam aeturus, non
dum digressis adolescentibus ncmine prohiben-
te potitus est liceris, ipflosq; comprehensos apud
consules statuit. Quæ uero iam hinc dicturus
sum facta alterius cōſulū Bruci mirifica, quæ
maxime à Romanis iactantur, uereor ne apud
alios Gr̄eos ut nimis dura fide non inueniam:
quandoquidē omnes ex domesticis coniecturam
facientes aliena credenda uel non credenda exi-
stunt. dicetur tamen nihil minus. Simul aeq;
dies

dies illuxit, sedens pro tribunali cū epistolas con-
 iurorum recognoscere, ubi ueriusq; filij sigilla
 agnouie, ac mox resignari manus quoq; ipsorum
 apparuit, primū uiransq; recitari iussit per scri-
 bam ut exaudiretur ab omnibus: deinde filijs di-
 cendi si uellent dedit copia. cumq; neuter aude-
 ret impudenter negare, actū de se purantes am-
 bo flebant affatim. ille paulum cunctatus sur-
 rexit, indictoq; per praeconem silentio, omnibus
 exitum rei expectantibus, capitalē sententiā
 in filios protulit. ad quam auditam conclamatū
 est, omnibus indignum facinus ducentibus talem
 uirum multari filijs, et uitam adolescentiolorū
 donare pari uolentibus. sed neq; clamore motus
 neq; gemitibus duci eos iussit supplicantes et
 blandissimis se appellantes uocibus. id quoq; mi-
 rum uisum est, nihil cum flecti nec miseratione
 filiorum nec ciuium precibus: multoq; magis, ni-
 hil remissum de supplicio. nam neq; è conspectu
 populi abduci necados permisit, neq; ipse prius-
 quam in eos animaduersum esset à foro abiit
 quo uitaret id spectaculum, neq; absq; flagris
 passus est dare supplicium: sed exegit quæcunq;
 leges infligunt maleficiis, ut ipso inspectante to-
 roq; populo uirgis lacerati postremo securibus
 ferirentur. sed nihil aque miraculo fuit aque
 nullus immotus nullisq; mutatis affectibus: cū
 ceteris omnibus præ miseratione flentibus, ipse
 adeo non fecerit, ut ne gemitum quidem ullum
 edere

ederet aliamque doloris significationem uel leuis-
 simam, non filiorum fati, non orbiculis sue de-
 solataeq; domus reputatione, sed constanti rigo-
 re mens alieno à gemitu simul & lacrymis.
 tam firmi animi robur uiro ad exequēda decre-
 ta supererat, tantaq; aduersus affectus constan-
 tia. Necatis filiis mox collegae sororis filios uo-
 cauit & quilius, ad quos coniurati conuenire so-
 liti, iussoq; scriba & horum publice recitare li-
 teras, ait se illis cause dicende porstatem fa-
 cerc. illi producti ad tribun.il, siue moniu ambi-
 ci cuiuspiam, siue ipsis hoc in mentem uenerat,
 acciderunt ad aunculi genua, quasi seruandi
 huius beneficio. cumq; Brutus lectores iuberet,
 abstactos eos ducere ad supplicium, nisi mal-
 licent causam suam agere, Collatinus innuēs mi-
 nistris ut abstinerent paulisper dum cum colle-
 ga colloqueretur, seductum cum multis uerbis o-
 ranuit excusans etatis imperitiam, & malorum
 sodalium consuetudine dicens in eam pertractos
 amneiam: petebatq; unam sibi hanc concedi
 gratiam, salutem cognatorum, nihil obiurbatu-
 ro postea. addebat periculum esse ne totus popu-
 lis concitaretur si omnes suspectos quasi stu-
 deant exulibus uilne capite plu Etcre: quod ma-
 gnus sit eorum numerus, & in his nonnulli no-
 biles. quod cum non impetraret, postrema postu-
 labat non capit. ilcm sed mitiorem in eos pro-
 ferri sententiam, absurdum dicens, tyrannos cxii-
 lia.

lio mulctari, tyrannorum amicos dare poenias et
 pitiis. renuente collega, ac ne differri quidem iu-
 dicium reorum sinecne, quod ultimum Collatini
 postulaeum fuerat, imò eadem die se omnes in-
 terfecturum iurante, egre fercens alter nihil se
 imperare: Ergo, inquit, quando tu durus et
 austerus es, ego adolescentes absoluo pro pot-
 estate qua sum sibi par. Tum Brutus iratus: Cer-
 te me nino Collatine nunquam patric prodito-
 res cripere suppicio poteris, imò tu quoq; brevis
 poenias persolues debitas. His dictis et custodia
 reis addita, conuocauit in concionem populum:
 plenoq; foro (iam enim rumor casum filiorum
 per totam urbem uulgauerat) progressus in me-
 dium cum senarorum honoratissimis, ita popu-
 lum affatus est. Tunc equidem Quirites Col-
 latinum hunc colligam mihi addiuum consent-
 ire mecum per omnia, et non uerbis solis, uerū
 et factis declarare insensum se ac hostem ty-
 rannidi, nunc quoniam satis lique eum mihi ad-
 uersari, coniunctum non taneum cognatione sed
 et uoluntate Tarquinij, agentemq; de illis re-
 conciliandis, propria magis quam publica cura-
 re cōmoda, et ipse iniquos eius conatus cohibe-
 re paro et uobis idem faciendo auctor ac horta-
 tor sum. Ac primum in quanto periculo respu-
 blica fuerit audite, deinde dicam quomodo in
 eo nostrū uterq; se gessirit. Aliquot ciuēs clam
 congressi in aquiliorum adibus Collatini so-
 roris filiis

roris filiorum, inter quos et ambo mei filii, et
uxoris meae fratres, et alij quidam non ignobi-
les fuere, coniuraverunt me interficere Tarqui-
nium in regnum reducere, atque etiam epistolas
manu sua scriptas, suis sigillis obsignatas, mis-
suri erant exilibus, quo certiores de toto negotio
fierent. Ea consilia deus aliquis nobis propitius
indicauit per hunc hominem scrum Aquili-
orum, in quorum edibus preterita nocte scri-
ptae sunt litterae que nunc in nostris sunt mani-
bus. quamobrem de Tito et Tiberio meis filiis
supplicium sumpsi, legum et iurisurandi maia-
rem rationem habens quam affectuum. ceterum
Aquilius Collaeinus mihi eripit, negans se pas-
surum ut qui filii meis fuerunt culpe socij, fiane
socj et supplicj. qui si impune abibunt, nec in
uxoris meae fratres nec in alios patriae prodito-
res licebit mihi animaduocare. quo enim iurc,
si hos dimitto, cum illis agere potero? Cuius hoc
rei signum uobis uideatur? ueru amoris erga pa-
triam, an tyranno reconciliati animi? utrum ad
confirmationem iurisurandi pertinens quod no-
bis praecuntibus iurastis, an ad uiolationem et
peririum? Qui si nos fefelleret, certe diris obno-
xius poenas diuis dedisset quos peccat: nunc a no-
bis comprehensus ad nostram animaduersionem per-
tinet. quippe qui nuper uobis persuasit bona ty-
rannis reddere ut non reipublicae conera inimi-
cos, sed inimicis sint usui contra rempublicam. nuc-

MCGRAW

uero coniuratis in tyrannorum reditu dandam
 censem ueniam, mirum ni ut illos demercatur: ut si-
 ue proditione siue per uim recipiatur, possit pro
 amico officio reposcere quamvis gratiam. Ergo
 ego qui meis non pepercis liberis, tibi parcā Col-
 latine, qui corpore nobiscum uersaris, apud ho-
 stes habes animū: & proditoris patriae scrūps,
 me pro ea decertantē interficis. Quoniam pacto? Null
 sum abest. Se ne quid tale perpetres, magistra-
 tum tibi abrogo, & alio te migrare iubeo. Vos
 Quirites uocati centuriarim ad suffragia, uelis-
 sis ne hoc ratum declarabitis. Scirete autem al-
 terum è duobus, uel Collatinū uos habituros con-
 sulem uel Brutū. Et ac loquenti Collatinus mole-
 ste reclamabat, insidiatorē proditoremq; ami-
 corum appellans, & nūc pro se respondens, nunc
 pro cognatis deprecās, & suffragia de se popu-
 lo adimēs, ita ut plebs indignabunda ad tumultu-
 rum uergeret. Itaq; iratis ciuibus & neq; dissen-
 sione eius neq; processus admittētibus, sed calculos
 poscentibus, sacer eius sp. Lucretius gratus
 apud populum. timens illi ne cum cōtumelia pel-
 lereetur ex urbe, petiit ab ueroq; consule dicendi
 ueniam: primusq; omnium hoc impetravit, ut
 eradant Romanę historię, cum eo tempore non
 esset mos pro cōcione laqui priuatum hominem.
 is uerunq; consulem orabat, Collatinum ne cum
 iratis contenderes, ne'ne magistratum rei nūc
 inuitis ciuibus, quem accepisset à uolensibus, sed
 si ita.

si ita illis uideretur, re posecentibus sponte conce-
 deret, crimināq; re potius quam uerbis refelle-
 ret: tum domicilium sibi ubi cunq; terrarū opta-
 re deportatis etiam omnibus facultatibus, do-
 nec in euto esset res publica, quando id postula-
 re uideatur ciuitatis uilitas: cogitaretq; alia
 peccata cōmissa dum ad iram concitatō ho-
 mines, prodigionis uero uel solam suspicionem,
 dum malum uano meo auere periculum, quā
 per contemptum opprimi. Rursum Bruto suade-
 bat ne turpiter & cum contumelia colligam
 urbe pelleret, à quo adiutus optime de patria sit
 meritus: sineret cum potius sponte discedere, &
 bona sua deportare per otium, atq; etiam sola-
 reiur eius infortunium munificēia publica.
 Hac monita cum à populo etiam laudarentur,
 Collatinus multum conquestus quod fraudi sibi
 esset suorum affectuum miserratio, propter
 quam cogeretur carere patria, magistratu se
 abdicat. Brucus laudata eius prudentia, quod
 tum sibi tam reipub. consuluisset optime, roga-
 bat ne ea de causa uel sibi uel patriae fieret in-
 sensior, uelq; etiam post mutatū domicilium con-
 tra ciues suos nullis inimicorum communicaret
 consilijs, & peregrinationem hanc uerius cre-
 deret quam fugam aut exilium, & corpus aliò
 transferens animum apud dimitentes se relin-
 queret. His uerbis delito conscientie populo
 dono das uiginti talenta ex æario, additis

B

quinq;

quinq; de propria pecunia. Tarquinius fortuna
sea ferente profectus est Lavinium uicerem La-
tinorum patriam, ubi senex admodum sat fun-
ctus est. At Brutus nolens solus imperare, ne
ciues suspicarentur regni cupidine collegam ab
eo pulsum patria, conuocato populo in campum
Marium, ubi mos erat reges ex magistratus
creari, collegam assumpsit P. Valerium à Sabi-
nis oriundum ut diximus, virum multis nomi-
nibus laude admirationeque dignum, sed fruga-
litate precipua. Inerat enim huic innatu quod-
dam sapientiae studium, ut in multis eius factis
apparuit, de quibus diceatur paulo post. cum hoc
sanè per omnia consentiens continuo supplicium
sumpsit de coniuratis omnibus. seruo coniuratio-
nis indici premium fuit libertas et non medio-
ris pecunia, honoris etiam gratia ius ciuitatis
additum. Deinde consules tribus egregijs consi-
lijs et reipublica utilissimis aluerunt concor-
diam ciuium, et diminuerunt factionem re-
giam. sacer autem h.ec. Omnium primum pre-
cipuos ex plebe allegerunt in patriciorum ordi-
nem, et ex his senatum suppleuerunt ad trecen-
torum numerum. deinde bona tyrannorum po-
pulo diripienda dederunt: agrum quem illi pri-
uatis possederant, in opibus ex plebe diuiserunt,
uno rancum campo excepto, qui sius est urbem
intra et flum. is iam ante Marii sacer erat,
praeum equis et iuuentui in armis exercende.
accom

accommodum. id Tarquinius contempia religione suis applicuerat segetibus, sicut satis apparet ex decreto cōsulū de cius frugib⁹. cū enim omnia tyrannorum bona agēda ferendaq; permisissent populo, quicquid frumenti erat in cius campi arcis uel in stipula uel tritum iam, non permiserunt auchi religione uestrā, iussiruntq; eotum effundi in Tiberim: & nunc quoq; manet eius facti monumētūm bene magna insula sacra Aesculapio cincta flumine, concava (ut fertur) ē frumenti aceruis putrescētibus, & pālatim alijs que ferri icmēre flumen codim inuestis facta auclior. postremo ciuib⁹ cum tyranno profugis redditum in patriam cum impunitate præceritarumq; offensarum omnium obliuione concesserunt, præstituo uiginti dierum spatio, intra quod si quis non redisset, exilio perpetuo multaretur & amissione bonorū omnium referendorum in erarium publicum. Ita factum est ut regia præda quomodo cūq; potiti, meū ne rursus eam amitterent, alacres essent ad subcunda pericula: qui uero consciū sibi alicuius facinoris sub tyrrannis patrati meū iudicij spontaneo se damnauerant exilio, timore hoc liberati deseritis tyrrannis in patriæ partes concederent. Post hæc Coss. paratas ad bellum copias prope urbem in campis coniinebant sub signis & ducibus, uacantes interim militaribus exercitijs: quod numeraretur conatus exulum ex omni-

B 2 bus licet

bus Heruscorum populis exercitum contra se
 colligentium, duosq; ex professo illos adiurare,
 Videntes ex Tarquinios, missa uerinq; non con-
 temnenda manu militum: ex reliquis adesse eis
 uoluntarios, uel ab amicis missos uel conducti-
 cios. ubi uero hostes iam ad bellum egressos est
 cognitum, obuiam profecti priores iraiecerunt
 flum, nec procul ab Heruscis castrametati
 sunt in pratis Iunii ad syluam sacratam heroi
 Arsin: Ex force acciderat ut pares essent illis
 uel numero uel pugnandi cupidine. ut in conspe-
 ctum uentum est primi equites, peditibus etiam
 cum castra metantibus, congressi inter se uiru-
 tis fecerunt periculum, ex post brucuē uelitatio-
 nem uiriq; se receperūt ad suos, nullo insigni ac-
 cepto uel illato incōmodo. deinde uirinq; in acie
 prodierunt pedites simul ex equites codem mo-
 do instructi, latera peditatus claudeniibus aliis
 equium. In dextro cornu Romanorum Valerius
 consul praeerat oppositus Videntibus: in sinistro
 Brutus ex aduerso Tarquiniensium, quos du-
 etabant regij iuuenes Tarquinij. prius quam si-
 gna canerent prouectus ante Heruscam aciem
 Aruns Tarquinius animi ac corporis robore
 fratrum prestantissimus, cum eō processisset un-
 de agnoscit exaudiri à Romanis posset, inces-
 sebat Brutum conuitijs, bestiam immanem ap-
 pellitans contaminatam filiorum sanguine, im-
 bellem ex timidam, postremo ad singulare cer-
 tam

namen prouocans. Tum dux Romanus probroru
impatientis concitato equo procurrit et ipse ex-
tra ordines, cōtempnis amicorum dehortationi-
bus ad faciem moreē fortiter properans. adeoq;
infestis animis concurrerunt, neuer dum hostē
uulneraret sui protegendi memor, ut per pārmā
atq; thoracem uterq; transfixus, alter per co-
stas letale uulnus acceperit, alter per ilia. equi
quoq; impetu nimio collisi et in posteriores pe-
des erecti sessores excusserunt saucios. quibus ita
iacenteibus et luctantes animas effundentibus
cum mullo sanguine, reliqua copia ut duces
prostratos uidere clamore sublato concurrunt,
maxima contentione omnium tam equitū quam
peditum, fortuna quoq; non dissimili. Dexirum
cornu Romanum cui consulū alie^r Valerius
praeerat, profligatos reūentes usq; ad castra
persecutum, medium campum replete cadave-
ribus. Dexirum item Heiruscōrum ducū sexi
et Titi uicit egregie Romanos in sinistro cor-
nu sibi oppositos: quibus in castra compulsis
etiam uallum oppugnare ausi, acceperis milieis
uulneribus reiecti sunt. præsidium enim consta-
bat ex triariis quos uocant, uecerano et spe-
ctatæ uirentis milieis, cuius opera in extremis uti
solent periculis. Sub solis occasum denum uiriq;
in castra reuersi sunt, non tam laeti uictoria,
quam moesti propter desideratorum multitudi-
nem, quod uix sufficiunt uideretur instaurando si

B 3 opus

opus esset prelio: tam vulni erant inter superstites fauicij. sed maior apud Romanos luctus & desperatio fuit propeer ducis interitum, adco ut mulier cogitarene noctu castra descrere. inicr huiusmodi cogitationes & colloquia circa primam ferme uigiliam è sylua ad quam castra habebant uox quedam ab omnibus ueriusq; partis militibus exaudita est, siue ea fuit herois cuius ibi finum est, siue Fauni quicun uocane. nam ad hunc aurorē Romani soli resurre panicos terrores, spectraq; uarijs formis formidinem mortalibus incutientia: & ab hoc aiunt edi horrendas uoces demoniacas. ea uox bono animo Romanos esse iubebat, uictores dicens, & uno plus Etruscorum cecidisse in acie. Hac animatus Valerius sortur ante lucem aggressus Etruscorum uallē, multis cæsis, reliquis fugatis, castra etiam diripuisse. atq; ita pugnandi fine facto, Romani spoliis hostium cadaveribus, suis humeris, domum inde reuersi sunt. Bruti corpus multis Laudiis ac lacrymis honestatum, coronatum etiam in urbem humeris foreissimorum equitum relatum est. aduentanis senatus obuiā factus, triumphe. ali pompa ducem inscribi iussit, populus crateris & mensis pleniscepit exercitum. Consul quoq; triumphans regio more urbem inuenctus, rediuita facta & dedicatis spolijs, eius dici relictum exegit inter Epulas cū nobilissimo quoq; eorum. postera die pullarus ipse Brutus corpus in

in foro proposuit in lectica ornatisima: aduocatoq; in concionem populo, pro tribunali funebrem orationem habuit: qui mos tumne primum institutus sit à Valerio, an à regibus Romanis traditus, certò affirmare non possum: sed quod Romanorum non Græcorum, uetus inuentum sit laudari magnos uiros in funere, compertum habeo ex doctissimorum tam poëtarum quam historicorum scriptis uerustissimis. ibi enim uironum equorumq; cereamina funebria in honorem heroicorum uirorum ab ipsorum amicis celebrata legimus, ut ab Achille in Patrocli funere, & anic in Pelopis ab Hercule: laudatos publice nemo prodidit præter Atheniensium tragicos, qui assentantes in hoc urbi sua, Theseo sepelienti arguos affinxerunt id quoque. Seru enim Athenienses legitimis funerandi ritibus laudacionem addiderunt, siue id in desideratis ad Artemisium & Salaminem primum factum est: siue in eis qui ad Plataas Marathoniaue occubuerunt pugnantes pro patria. Ut demus morem hunc cœpisse à Ascarionensi pugna, haec quoque sedecim annis funere Pruti est posterior. Quod si quis simota inuenzionis questione usum ipsum funebrium laudationum examinet apud uiros se melius habeat, videbit hic tanto meliorem quam illic, quod Athenienses instituisse uidentur ut solorum in bello casorum sic honorarentur funera,

existimantes hominis alioqui forte nequam, uirum censem censendam et cummodo ex militari fortitudine. Romani uero omnibus claris uiris, siue illi bello gerendo praefuisse, siue Remp. in magistratu prudentibus consiliis factis uero adiuuisserent, eundem honorem habuerunt, non tantum in bello defunctis fato, sed quemcunq; uite & sorte exitum: rati bonis laudem deberi ob totius uite uirtutes, non solum ob gloriosum obieum. Hic finis Iunij Bruti, qui post expulsos reges primus consul creatus sero inclauit: ex quamvis exiguo temporis spatio floruisse, habitus est nihilominus omnium Romanorum prestantissimus. Liberos nullos reliquit superstites, nec mares nec foeminas, sicut proditum est a Romanorum diligentissimis, prater alia multa uno insigni argumento, cui non facile est contradicere, quod ille patritij generis fuerit. Qui uero se iactare eius familie posteros, Iunij & Bruti, omnes fuere plebej, & magistratus gesserunt quos a plebej geri iura permittunt, adilitates ex tribunatus uidelicet. Consulatus uero solis dabantur patritij. Seruor tandem & ad hos admisi sunt, communicatis cum plebe summis honoribus. Verum haec alijs discutienda relinquimus, quorum id interest, uel qui curant talia. Superstes Bruti collega Valerius, quasi regni affectator in suspicionem uenit apud populum, primum quia neminem in locum Brusti subrogauerat, deinde

 cum demum de bello consuliaretur. Non igno-
 rabant enim neutrū facturos, & belli hone-
 stos prætextus querebant, simul sperantes posse
 interim aduersarios suis deliniri officijs aeq; be-
 neficijs. His decretis, datoq; anno integro ad
 deliberandum Romanis, sibi uero ad bellum ap-
 parandum, & legatis ex arbitrio Tarquinij
 designatis, dimissum est concilium. Reuersis ad
 suos Latinorum præsidibus, Mamilius & Tar-
 quinius uidentes multitudinem pronam ad pa-
 cem & seruanda foedera, spem ut dubiam no-
 lebant collocare in exercitū: murataq; sententia
 conabantur ciuile & inexpectatum bellum in
 urbe cōcire, irritatis contra diuites pauperibus.
 iam enim magna pars plebis, præscrevit egeni
 & opprissi sc̄enore, iniquo animo præseniem ci-
 uitatis statum scribant. impotenter enim se ge-
 rebant sc̄enatores. & in neruum abducebant
 obseruatorum corpora, quibus non alicet uectan-
 tur quam empeitijs. His cognitis Tarquinius
 misit ad urbem in Latinorum legatorum comi-
 tate

tatu quosdam deferentes secum aurum, de quibus non facilis esset suspicio. hi collucuntur cum egenorum audacissimis, largiendo nonnihil, sed plura pollicendo post regum reditum, ualde muleros cires corrupiunt: coniuraturnq; est contra optimatum administrationem non solum ab ingenuis inopibus, sed etiam à seruis nequam spe liberaatis inductis: qui propere conseruos supplicio eradicatos anno proximo male affecti erga dominos, & ipsi uicissim suspecti quasi per occasionem ausuri similia, facile ad societatem pellecti sunt. coniuratorum consilium fuit talc. Capita coniurationis obseruata nocte per lunæ silentium obscura, arces & loca urbis munitora occupare: seruos uero quam primum hæc occupata clamore ex composito edito senserint, necare oppressos somno dominos. quo facto direptisq; diuitium edibus, portas tyrannis aperire. Sed affuit urbi, que cum sepe alias eam periculis eripuit, cum hodie quoque incolumem uetur, diuina prouidentia, detectis insidijs apud alterum consulum Sulpicium indicio duorum fraterum Tarquiniorum Marci & Publi Laurentinorum, diuina quadam ui expresso, cum essent coniuratorum precipui. In somnis enim obuersabantur eis horribiles quedam species, intentantes poenus aroces nisi cœpro desisterent: uidebanturq; sibi exagitari à quibusdam surijs & uerberari, oculos etiam effodi sibi tracte

eractatis miserum in modum, ita ue horrore ac
termore excitareniur, ac ne somnum quidem
præ huiusmodi terriculamentis possent capere.
hi primum auerruncatorij quibusdam & pia-
cularibus sacris conabaneur infestantes se de-
monas auertere: cumq; nihil proficerent, uates
consultabant, cælanies arcanum propositum, &
hoc tamen sciscientes, adesse ne tempus perfisi-
ciendi que cuperent. uate uero respondente ma-
lam eos uiam insisteret, ipsis perniciosa ni mu-
tarente consilium, perituris modo fœdissimo:
ueriti ne præuenirentur ab alijs, prodiderunt se-
creum ei consuli qui cum in urbe aderat. qui
laudaris horum dictis, multiq; pollicitus si &
facta præstarene similia, apud se domi eos re-
tinuit. Latinorum uero legatis, quibus haec tenus
responsum dare distulerat, in curiam introdu-
xit ita ex senatus sententia respondit. Amici
nostrí & cognati renuntiatae Latinis, Popu-
lum Ro. neq; prius in Tarquinensium gratiam
concessisse tyrannis reditum, neq; post ab omni-
bus Heruscis eadem postulantibus, & Por-
sene ductu grauisimum bellum inferencibus fle-
cti potuisse: maluisseq; post uastatos in consper-
eta suo agros uillusq; incensas obsidionem ferre,
quam imperata que non placerent facere. Vos
quoque Latini miramur cum hæc sciatis nihilo
minus tyranos recipere, & ut Fidenarum ob-
sidionem solui inbeatris huc uenire, minarij;
bellum

bellum nisi pareamus. Definite frigidas istas &
 incredibilis inimicitiae causas preterexere: si haec
 pluris quam cognationem facientes bellum cogi-
 rat, quid cunctamini? Cum hoc responso lega-
 tis dimissis & exire a urbe deductis, cum denunt
 exponit senatu de occulte coniuratione que ex
 indicibus didicerat: acceptaque ab eo plenaria po-
 testate inquirendi consiliorum socios & inuen-
 toros plectendi, non arrogante & tyrannicam
 uiam ingressua est, sicut aliis quispiam in talem
 necessitatem deductus fecisset: sed rationabilem
 & leutam est securus, conuenientemque praeferri
 forme rip. neque enim domi correptos & ab uxo
 ribus ac liberis parentibusque abstractos ciues
 ad supplicium duci uoluit, cogitans quam mi-
 serabile esset unuquenque; necessariorum suis affetti-
 bus ultimum uale dicere, ueritusque ne per despe-
 rationem ad arma recurrere inciperent, & ad
 ciuilem sanguinem iniuste profundendum se co-
 gerent. neque iudiciis rem committendam duxit,
 considerans omnes inficiaturos: nec adfore iudi-
 cibus argumento de quibus non posse ambigis,
 prater indicium, cui credendo capitum damnare
 ciues noxiros opus sit. Sed nouum quandam mo-
 dum inuenie quo rcrum nouarum studiosos deci-
 peret, quo primum ipsi coniurationis duces ne-
 mine cogente in unum locum contrahirentur,
 deinde indubius argumentis conuincerentur, ut
 nullam sibi defensionem reliquam facerent: de-

H

fin

slinato ad id loco nō solitario ubi paucis depre-
 benderentur etib[us], sed in foro, ubi in omnium
 conspectu detecti patarentur quicquid meruit,
 absq[ue] ullo tumultu aut commotione aliorū qua-
 les furi solent quoties de nouitatum affectato-
 ribus supplicium sumitur, presertim periculosis
 temporibus. Hic alius foreasse fariis putasset rei
 summam dicere, comprehensos à consule consu-
 rationis cōscios, affectosq[ue] supplicio, credēs non
 esse opus narratione uerbosiore. ego uero etiā mo-
 dum comprehendendi existimauī nō pretereun-
 dum silentio, reputans ex lectione historiarum
 aliquam utilitatem captantibus non sufficere
 si cognoscant solis rerum exitus: requiri etiam
 narrationem causarum unde quidq[ue] prouene-
 rit, & modum quo peractum sit, mentemq[ue]
 eorum qui negotium aggressi. cum quanquam
 fore una uel fuerit uel aduersata sit, ut nar-
 rationem affectetur per singulas rerum circum-
 stancias: rem publicam uero tractantibus ne-
 cessariam esse cognitionem talium, ut in simi-
 libus casibus exempla in prompeu habeant.
 Modus autem comprehendendi excogitatus à
 consule fuit talis. delectis cōsistoriorum numero
 qui etare & uiribus ualente maxime, ins-
 sit eos quam primum signum à se datum ac-
 ceperint, cum fidissimis amicorum & cognac-
 torum occupare munita urbis loca domicilijs
 suis proxima. equites quoq[ue] premonuit ut in
foro

soro circae ades opportunissimas presto essent
 cum gladijs iussa facturi. Et ne dum soncs
 comprehenduntur, familiars corum alijs ue au-
 derent aliquid, necue rcbus turbatis cades in-
 ter ciues paerarentur: per literas obssidenti Fi-
 denas collegae significauit, ut initio noctis e ca-
 stris ad urbim profectus cum meliore parte exer-
 citus subsideret in montano loco mœnibus pro-
 ximo. His ita præparatis indices iussit coniura-
 tionis ducibus edicere, ut circa medium noctis
 in forum ueniret cum sociorum fidissimis, eo loco
 accepturi ordinem rri gerenda simulq; tesseram,
 et audituri quid opus facto sie. Factum est ita:
 Et postquam socü cum suis omnibus in forum
 confluxerat, signo illis ignoto moniti armati con-
 festim arcet et loca urbis editiora occupant in
 defensionem patriæ: et circa forum erant equi-
 rum custodie, ne quis inde posset clabi: eodemq;
 tempore alter consul T. Lanius à Fidenis aduen-
 rabat cum copijs, quam primum autem illuxit
 consules cum armatis pro tribunali aderant: di-
 missisq; per omnes vias præconibus qui ad con-
 cionem vocarcnt populum, coikcl a mox uniuersa
 urbana multitudine, exposuerunt ei coniura-
 tionem de reducendo tyranno initam. Et indices
 statuerunt iuxta se. deinde facta poestate dicē-
 di si quis fidem indicum in dubium uellet addu-
 cere, nemine ad inficiationem refugiente, digressi
 e conutio in curiam, in senatu rogabat senten-
 tiis

ius: factuq; senatus consule reuersi ad concionem id recitauerunt. sicut autem huiusmodi. Tarquinij indicibus datur ius ciueatis ex in singulos dena drachmarum milia, ex agri ex publica uicena iugera: socios autem coniurationis comprehendendi placere, si idem uideatur populo, cumq; collecta multitudine probaret senatus decreum, iussis primum è foro secedere qui ad concionem conuenerant: imperatum est ministris ut coniuratos gladiis conficerent: qui cum eos quo loca seorsum inclusi erant corona cinxissent, omnes ad unum conerucidauerunt. quo facto C O S s. contra neminem amplius admiserunt indicium, sed omnes qui praesenteam poenam effugissent una sententia absoluunt a crimine, nequa in urbe tumulus materia resideret. atque ita in coniuratos animaduersum est. senatus consulum deinde factum ut lustrarentur ciuitas, quod populua necessitate coactus esset ciuilis cœdis autor fieri: quasi nefas esset sacris intresse ex participare uictimis, nisi exemptos piaculo solennibus lustracionibus: quibus legitime peractis rite paterio, cum demum diis gratias agentes sacris operati sunt, ludiq; decreti in eridu: qui cum celebrarentur Manio Tullio C O S. è sacro curru in ipsa circa prolapso, tertioq; post pompam die defuncto, reliquum anni spaciis quia perparum sicut, Salpicus solua magistratus obtinuit. Sequenti anno consules factis

P. VIT

*P. Veturius, P. Eburius Fielua. Forum Ebutio
res urban.e commissæ, quod diligenti opus ha-
bere uidcrent custodia, ne quis alius nouus ru-
mulus exorirceur à pauperibus. Veturius cum
dimidio copiarum Fidenacum agrum uastauit
arciente nemine, & obf. sum oppidum assiduis
renabat oppugnationibus: cumq; expugnare
nō posset, uallo ac fossa circū quaer; cinxit, fame
ad deditioñē coacturus. Iamq; magna difficul-
tate laborantibus commodu uenit Latinorum
auxilium, unā cum armis frumentoq; & alijs
ribus bello neciss.rijs submissum à Sex. Tarqui-
nio: quo frceti ausi sunt in aperto castra metari
non mediocribus aucti copijs. tū Romani omissa
circumuallatione ut superuacanç parabat se
ad prælium. pugnatum est prope muros aliquā-
diu neutrò inclinante uictoria. uicit postremo Ro-
manorum duricia muleis laboribus exercita. Fi-
denatis coactis terga uertere. cædes tamē nō
magna fuit ob propinquum refugium, cum inse-
quentes celis petereciur è mœnibus. quo facto au-
xiliarij diuersi abierunt oppidanis nihil adiuvis:
& obf. si denuo laborabant inopia exclusi cō-
meatibus. Eodem tempore Sex. Tarquinius du-
xit Latinorum exercitū ad Signiam Romano-
rum coloniam, sperans se primo imperiū oppres-
surum præsidiarios. sed repulsus strenue à pro-
pugnatoribus, multum ibi fruſtr. i coniuiit tē-
poris. coactusq; est infectare discedere, submissu*

nouo abrasiōio cum commēatu cura cōſalum, ex
obſidione exemplū oppidū. ſequenti anno con-
ſules creati T. Largius Flavus, Q. Clælius Sici-
lus. Clælius domi remp. curare à ſenatu iuſſus
eſt cum dimidio exercitus retendo ad cauendis
nouas res, uir mitis et populari ingenio. Largius
ad oppugnandos Fidenates inſtructum daxit
exercitum. quos diuturnitate belli rerumq; o-
mnium uictui neceſſariarū inopia feflos, infesta-
bat in ſuper fodientis ſubter mœnia cuniculis
excitandisq; aggribus, machinis etiam admo-
uens ex noctesq; diesq; oppugnationem coni-
nuans, quod s̄p craret breui ſe potiturum oppido-
nam Latinorum populi quibus maxime freti
Fidenates bellum tolerabat, eis ſeruare non
poterant. nullus enim per ſe ualebat obſidionem
ſoluere: in commune uero nondum contrarerant
copiis, ſed aliquoties per legatos appellati pro-
ceres ſemper idem reſponſum dabant, auxilia
breui affore. reſ auem non reſpondebat pollici-
tis, ſed uerbis tantum ſouabarur ſpēs. nec tamen
prorsus de Latinorum ope desperatum iſtā
Fidenarib⁹, obſtinata ſpē omnia mala perfe-
reñebus. quamuis ſuper alia fames dira preme-
ret, multosq; mortales conficeret. tandem pre-
graui calamitaribus, legatione ad consulē
miſſa induciis peribant ad certum dierum nu-
merum, deliberari iuſciri de pacis legibus. re-
uerā tamen non consultationis cauſa querelar-
e

811.

eur mora, sed comparandi auxilijs, sicut compertum est ex recentibus transfigis. proxima enim nocte nobilissimos ciuiū & gratosissimos apud Latinorum populos, ad totam gentem supplicatum legauerant. Quo cognito Largius petentibus induci. is respondit, deponenda esse arma portasq; aperiendas, atq; tum demum imperaturos colloquium: alioqui nec pacem nec inducias, nec aliud quicquam humanum moderatum sperandum eis à Ro. po. Ceterum legatos ad Latinum nomen missos accurate obseruabat ne redirent intra mœnia, interclusis omnibus uījs ad oppidum ferentibus. quo factum est ut obfesi desperatis externis auxilijs, coacti sint ueniam ab hoste precibus peccare: decretumq; pro concione ferre conditiones quascunque consul uictor dederit. Et adeò ciuilis erant mores dum eius seculi, abhorrentesq; ab omni arrogancia tyrannica, quam etatis nostre duces pauci euadere potuerunt elati potestatis magnitudine: ut deditione potius oppido nihil egerit de sua sententia: sed ademptis armis, & relieto in arce præsidio ipse Roman abire: coactoque senatu dissipendum patribus proposuit quomodo tractandi sint dediti. Qui leti taneum honoris à consule sibi habitum, pronuntiauerunt nobilissimos Fidenatum à quibus defectionis initium ortum fuerat, quoscunq; consul pena digna indicauerit, uirgis prius

H 4 cęsos

casos plectendos capite, de ceteris in ipsis potestare reliquerunt quidnam uellet statuere. Ille totius negotij factus arbitr, paucos aliquos Fidenarium accusatos ab aduersa factionis ciibus in omnium conspectu supplicio affecit, bonis corum addictis arario, reliquos omnes permisit frui bonis suis & patria. agri dimidium ademptum, quem diuisit relictis in arce Romanis milieibus presidiarijs. his rebus gestis domum reduxit exercitum. ceterum Latinos populos audita Fidenarum deditio terruit: passimq; male audiebant administratores rerum publicarum, quasi prodidissent socios: coactisq; rursum apud Firenatum concilijs presidibus, beli suasores in pacis studiosos muleis uerbis inuicti, praecepue Tarquinius & gener eius Mamilius, Aricinorumq; proccres, efficerunt suis cōcionibus ut omnes Latini nominis populi commone bellum contra po. Rom. susciperent. & ne quis populus societate proderet, n̄e sine communi cōsensu pacē priuatem faceret, iurciurando inter se deuincti sunt, additis diris execrationibus in eos qui à fœdere discederent, decretoq; ut pro hostibus haberentur à reliquis omnibus. In h̄c fœdus nomina dederunt, Addeate, Aricini, Bouillani, Bubetani, Corani, Cornetani, Gabini, Laurentini, Lanuini, Laninienses, Labicani, Nomentani, Norbani, Praenestini, Pedani, Querquerulani, Satricani, Scaepenses,

pienses. Scitini, Tellini, Tiburtini, Tusculani, Trebiani, Vlterni. Ex his omnibus populis delectu juniorum habito eorum copiarum conactum, quantu Octauio Mamilio, & Sex. Tarquinio fatus uisum est, penes quos erat imperium. Et ut honestam belli causam habere uiderentur, legatos Romā miserunt nobilissimos uiros ex uno quoq; populo. Qui introducti in curiam aiebant populum Romanum accusari à populo Aricino nō solum iter tutum prabuisse & eis bellum inferentibus Aricia, uerū etiam adiuuisse eos rebus ad id necessariis: deinde eos qui ex prælio effugissent excepisse inermes & saucios omnes seruassq; cum non ignorarent eos cōmune bellum intulisse uniuerso Latino nomini, si Aricia potuit suissne, facile occupaturos carera. Si igitur uelint iure cum Aricinius experiri in communi Latiorum iudicio, & stare illorū placitis, bello opus non fore. quod si solita superbia nihil iustum & quiumue cognatis concedant, minabantur geniem Latiorū cum eis bellū gesturam totis uiribus. Senatus nolens eosdem habere & accusatores & iudices, ueritusq; ne illi hoc obicio grauiora imperare posca, maluic bellum accipere: & securus quanum ad fortitudinem rei&q; militaris peritiam attinet, non nihil timebat tam numerosam hostium multitudinem: dimisissq; legatis circum finitimos populos ambiebat eorum societatem atq; amici-

H 3 siam,

etiam, Latinis ubiq; obnictibus, & multa cri-
 mina in populum Romanum cōgerentibus. Her-
 nici nihil sani responderunt in suo cōcilio, pari
 ueriq; suspecti. aiebant enim neutris se in præ-
 sens missuros auxilia, deliberaturos prius per
 otium utrorum postulatio sit iustior, & ad eam
 dcliberationē opus sibi anno integro. Neuli La-
 tinis auxilium discrie polliciti, Romanis tamen
 offerebant suam operam in impetrandis & quio-
 ribus conditionibus, si bello pacem anteponent,
 Volsci demirari se dicebant Romanorum impu-
 dentiam, qui & aliarum offendarum sibi con-
 sciū, & nonissime ablata agri partis optimæ,
 nihilo minus audeant ab inimicis auxilia pete-
 re. irent & agrum prius restituerent, ac cum de-
 dum ab amicis quo d & equum est peterent. He-
 trusci utrosq; frustabantur, cum Romanis di-
 centes recens fœdus sibi intercedere, cum Tar-
 quinijs cognationem & amicitiam. Talibus re-
 sponsis acceptis Romani nō abiecerunt animos,
 licet magno bello instantे nulla spes auxiliū se
 ostenderet: sed frexi solis domesticis viribus multo
 audaciores reddebantur contra pericula, quasi
 necessario fortes viri furi in certaminibus: &
 si res prospere successerint propria uirtute pa-
 raiuri uictoriā, nemini communicata gloria
 eæcum in apparando bello. & militem de-
 lectibus difficultatis fuit nonnihil, non omnibus
 pari alacritate danib; nominata, nam egenis
 præf

præsertim ære alieno præbi, quorum ingens erat
numerus, citati non parebant, nihil sibi cum pa-
tricis esse dictantes, nisi senatus consilio re-
mitterentur debita, immo non decrant qui de-
serturos se urbem dicentes: seq; in uicem horia-
bantur ad non immorandum in urbe in qua nul-
lius bone rei sint participes. hos aliquadiu pa-
tricū solari corabaniur & ad meliorem mentem
traducere: sed cion hac ratione nihil modestio-
res eos redderent, in senatu consultatum est quo-
nam honesto modo ciuitati tranquillitas posset
contingere. Patrum aliquot mediocris census ex
aerioris ingenij suadebant remittenda inopib-
us debita, redimendamq; paruo dispendio be-
nevolentiam ciuium, magnopere utilem tam pri-
uatum quam publice. huius sententiae princeps
erat M. Valerius Marci filius, fratrius P. Valer-
ij Publicole eius qui unus fuerat è Tyranno-
rum expulsoribus. is docebat, quorum pars ef-
fent commoda, eos solere in certaminibus pa-
rem exhibere operam: ceterum eis ad quos inde
nihil fructus redeat, nunquam innasci genera-
sos spiritus. addebat irritatos esse omnes inopes,
obambulantesq; per forum dictitare: quid no-
bis proderit uicisse foris hostem, si domi faene-
ratoribus licet nos ob æs alienum in neruū ab-
ducere? & asserto urbi imperio, ipsi ne corporo
quidem libertatem retinimus? nec id solum pe-
riculum ostendebat, si plebs infensa fueret sena-
tui, ne

cui, ne deserat rem publicam inquis temporibus,
 quod omnibus metuendum sit studiosis salutis
 publicae: sed aliud etiam hoc grauius, ne tyran-
 norum blandimentis decepta cum illis arma
 conera parvicos consociet, ac mox Tarquinium
 in regnum restituat. haec tenus intra uerba. ex
 minas eam constituisse, nec prorupisse ad opera:
 id uero cauendum in posterum, ex demerendam
 hac ope plebeculam, non nouo exemplo nec o-
 mnino indecoro. mulios enim se posse ostendere
 qui grauiora etiam pereculint, cum non dare-
 tur aliud remedium. Nec necessarii enim semper
 homines cedere, ex securitatis rationem prio-
 rem quam decori habendam. Enumeratis dein-
 de mulieris mulorum populorum exemplis, postre-
 mun adduxie Aiheniesium ciuitatis omnium
 confessione sapientissime: que non ante multas
 etates, sed patrum memoria, cogenis remissionem
 debitorum suas Solonis decreuerit: quod fa-
 Etum reprehensum a nemine, nec autorem con-
 siliu uocatum rei alienae interuersorem aut ma-
 leficum, sed tam inuenteris sapientiam probari
 omnium testimonio, quam execuricis prudetiam.
 Romanis uero qui non de paruis quibusdam com-
 modis periclitentur, sed ne rursum iradantur
 immanni omniq; bestia ferociori tyrano, que sa-
 na mentis uitio daturum, si eadem benignitate
 ciues cogenos pro inimicis reddant sibi bellis so-
 cios? mox ab externis exemplis transiit facto
 ad do

ad domistica, commemorauit necessitates superioris temporis: quando agro ab Heiruscis occupato inclusi mœnibus, extremaq; uictus inopia pressi, non sumpſcre animos insanorum mortemq; appetentium: sed à necessitate mutuari consilium, sustinuerūt obsides dare Porsene uirorum nobilissimorum liberos, & agro mulierari cōcessis Heirusco septem pagis, & in tyranorum causa hosti commisso de se iudicio, frumento insuper dabo & armis posuia, prebitoq; quicquid Heirisci in mercede pacis postulauerant. His exemplis usus negabat corundem esse hostibus nihil quod poscerent non cōcedere, cum ciuibus uero de re parua contendere: idq; post multos honestissimos labores pro imperio ab eis exaltatos etiam sub regibus, post assertam alacriter à tyr. innide parriam: paratis etiam in posterum ad nauiculam operam strenuam, si habita ratione inopie, anini taneū & corpora que sola supersint, impendenda sint reip. aiebatq; etiam si illi pr.e pudore nihil tale auderent dicere aut poscere, patriciorum esse decenter eis propicere, & quibuscumq; rebua opus habere sciret vel priuatim vel publice, eas prompec suggestere: reputando contumeliosum esse quorum utancur corporibus, eis non gratificari in re nummaria: & iactare apud omnes, belle se pro libertate gerere, qua suos adiutores spoliare, nō quod malisint, sed quod inopes, eoq; nomine miserritione dignior

digniores quam odio. His dictis cum multi assentirent non sine laude Valerij, Appius Claudius Sabinus suo loco rogatus sententiam suasit contrarium, negans seditionem in urbe cessaturam remissis debit is, imò periculosius ad diuites migraturā ab inopibus. omnibus enim liquere laturos agre qui fraudabuntur pecunijs, cum sint ciues ciilibusq; fungantur munijs, omnibusq; expeditionibus interfuerint: nec passuros bona reléta sibi à maioribus, aucta q; industria simul & parsimonia, publicari nequissimis & ignauissimis ciuium: ex quosdam de alicno liberales adimere possessionem eorum iustis dominis. cogitandum praeterea non ab inopibus in quibus nihil sit virium perdi respublicas, quando hi necessitatee coniunctaneur in officio: sed à diuitibus & tractantibus res populi, si à deterioribus afficiantur iniuria, & ius suū obtinere nesciant. Atq; ut nulla sequatur pecunijs defraudatorū indignatio, leniq; animo damna sua perferant, ne sic quidem honestum fore aut tuum patribus, ita gratificari inopibus, ut è uita tollantur contraclus & commercia, pro quibus succedat inhumanitas & rerum sine quibus commode non uiueri penuria, neq; in agro colonis scerribus atq; plantaribus, neq; nauis maria exercitibus aut negotiatoribus comedens transmarinos subuhenribus, alijs'uc iustis laboribus cogenis uacantibus. in omnia enim hac, quoicq; opus

opus fuerit, neminem diuitum impensurum suas
 pecunias. ita opes siccaturam inuidiam, cessatu-
 rum operandi studium: potioremque; fore conditio-
 nem perditorum quam frigi hominum, iniusto-
 rum quam iustorum, aliena usurpanium quam
 sua si ruantum. eis uero esse ueras seditionum
 causas in urbibus, et mutuarum cædiū omniumque;
 malorum per quæ uel fore unaissimæ ciuitates
 libertate excidunt, quedam uero minus felices
 etiam funditus intereunt. Sed maxime conside-
 randum his qui nouam reip. formam inducunt,
 ne quis malus mos surrepat, quod necessario
 qualiacunq; sine publica studia, talis etiam fiae
 uita priuatorum hominum. non esse autem morom
 peiorem in urbibus domibusque, quam unum
 queque; pro libidine semper uiuere, et potiores o-
 mnia indulgere deterioribus, siue id sponte siue
 coacti faciant. nec enim ex pleri amorem cupi-
 dines si portiantur quibus uelint, sed irritatas au-
 geri in immensum, idque; maxime uulgi esse inge-
 nium. que enim quisque; aut pudore proprio, aut
 ab alio prestantiore cohibitus ueretur facere,
 ea si more publico recipiantur audet facilius, in
 sua uoluntate confirmatus aliorum consueaudi-
 ne. Inexplebiles porro et infinitas esse insatia
 uulgi cupidines, quarum priusquam inualscant
 resistendum principijs, alioqui iam ad auctis se-
 ro medicinam fieri. nam omnes aquo animo
 speratis frustrari, quam simel sibi concessa amic-
 ture.

sere. Exempla deinde aliquot Grecarum urbiū cōmemorāvit, que inēc p̄stina lenitate admis̄sis malorum mor. i principijs, nō amplius eos peruercent collere, eoq; in granissim:is calamitatis inciderint. ciuitatem enim similem esse uni homini, in quo senatum animus, corpus plebem referat. itaq; si senatum pl̄bi subicerint, perinde fore ac si corpus pr̄ficiat animo, nec ratione ducantur sed affectibus quod si plebem senati perire assūficerint, sic facturos ut illi qui corpus animo subdunt. & in omn: vita uirtutem non uoluptate respiciunt. Post h̄ec aiebat urbē nihilopeius habituram, si geni negata sibi debitorum remissione derectent militiā, dicens omnino paucos esse quosdam qui pr̄eter corpus nihil sibi reliquerint: quoruū neq; pr̄esentia in expeditionibus magnam utilitatem afferat recip. neq; absentia mulium incommodet: quod c̄sum minimū habentes ultimū in bell: locū teneant, & legionum additamentū sint ad pauore incutiendum hostibus, ut qui pr̄eter fundas nihil telorū gestent, quarū minimus usus sit in pralijs. Eos neero qui ciuium nō ualentium & alieni dissoluere egestatē miseratione auxilioq; dignā existimant, cōsiderare iubebat unde nam illa c̄gestas acciderit, cū agri portiones à maioribus relatas acceperint, & in militia multa lucrati sint, ac postremo direptis tyrannorum bonis rem familiarem pro sua parte auxerint: ne quos ueniri turpibus

turpibusq; uoluptatibus impendisse patrimonia
 uidcane, eos propudia & labes urbis existimēt,
 magnumq; reip. cōmodum si ultro in malā rem
 abeant : quos uero iniquitate fortunē excidisse
 facultatibus, eis de proprijs bonis bene faciāt.
 id enim facile discerni cū unā uixerint : & au-
 xilium ferendum sponte non alijs cogentibus, ut
 pro pecunij honestiūs debeatur gratia. cōmuni
 autē opem ferre malis pariter ac probis, & de
 aliceno benefacere, cum quibus adempta sit pecu-
 nia, eis ne gratiam quidem pro beneficio debitā
 relinquere: id uero alienum à Romanis uirtuti-
 bus. Postremo rem esse omnium longe grauiſſi-
 mam: nec ferendam affectatibus in alios impe-
 rium: si quae maiores parta magno labore pro-
 gnatis ex se reliquerint, ea non sponte, neq; per-
 suasi, neq; suo tēpore quādo cōſulendum est recip.
 sed quasi capta urbe aut breui in hostis potesta-
 rem uentura, praeter suā uoluntatē ita collocen-
 te inde nihil aut parum cōmodi percipient, &
 insuper graue sibi accersant periculum. Longe
 enim satius esse Latinorum imperata ut minus
 iniqua facere, ac ne bellum quidem admittere,
 quam nullius bonae frugi hominibus cōcedendo
 que postulant, fidem à maioribus in exemplo con-
 secratam & annuis honoratam sacrificijs, ex
 urbe tollere in funditorum gratiam, ne in bello
 desit eorum opera. Summa autem sententia hāc
 erat. Ciues qui aequo iure cum alijs experiri ue-
 ...
 I line

lint belli fortunā, assumēdos ad res gerendas: eos uero qui quomodocūq; paciscātur de armis sumendis pro patria, ualere sīcēdos, ut inutiles fūturos etiā si quid impetrāuerint. Si enim hāc senatus uoluntatē esse didicerint, ultro uēturos ut operā suā bene reip. cōsulētibus offerāt, seq; patratos profitātur. nā stultorū semper id esse ingeniū ut cōtra obsecūdātes insolēcat, nec nisi teriti sapiāt. Ita codē tēpore duc aduersissim.e senātie dict.e sunt, & pr.eter eis aliquot alie moderātes utriq; nā quidā cēsebat his tātē remittenda debita qui n̄ hil possideāt, ut fānēratorib; abducēdi ius esset in bona, nō etiā in corpora. quidā ex cr.ario persoluendū es alienū eorū qui soluēdo nō sint, ut per publicā gratiā priuatorā inopū fides fiat incolmis, & creditoribus caucatur ab iniuria, quidā nexos neclēdōsue in libertatē restituēdos, & pro his reddēda fānēratoribus bello acquisita mancipia. his omnes una feneentia uicēt, nihil in pr.escientiarū statuis sed bello bene finito cōsules super ea re ad senātum referre debere, suspēcis interim omnibus debitariū pecuniariū ex actionib. aitq; etiā indicij, ut magistratus à reliquis negotijs uacui appārando bello tantūmodo studeant. Hoc s. c. ubi in populū exūt, turbationē minuit ciuiū, nec tamē in totū cessavit seditio. quidam enim ex opificiis uulgo nō multū spei ponētes in senatus auxilio, postulabāt duorum alterū: aut remissionē debitorum

rum cōcederēt, si se uellent periculorū socios, aut
 per dilationes fucū sibi facere desinarent. aliam
 enim mentē cōsse indigētibus, aliam assēcuis ca
 quibus cōquerat. In hoc rerū statu senatus curās
 nequa nascetur à plebe nouatio, decreuit con
 sulari potestate in prēsens sublato, aliū magis
 tratū creare belli pacisq; & omniū rerū poten
 tem, à quo nō liceat cōsiliorū factorū ue rationē
 reposcere. ei semestre tēpus prēstis uū, quo ex aucto
 consules gubernacula reip. recipēt. ut autē ad
 depellendū tyrānorū belli spōle subirēt tyranni
 dem, inter alias precipua causa fuit lex Vale
 ria, quā anīcē diximus latā à Publicoli: quae se
 tenuit cōsulū capitales irritas faciebat ni popu
 Rom. iudiciū accederet, permissa rcis pronoca
 tione ad plebis suffragia!, ante que in iuto erāt
 ipsorū tam bona, quā corpora. cū uero qui cōtra
 hanc legē fecisset, impune licet occidere, itaq;
 uidetur manēre hac lege ad nulla munia per
 magistratus cogi posse inopes: nimirum sublato
 meru supplicij, quod repræsentari nō poterat, sed
 expectāda erāt suffragia populi: cessāte uero le
 ge necessario iussa facturos. & ne palam uiolāti
 legē aduersarētur, par tyrānicē potestas intro
 ducta est in rcmpl. omnibus legibus superior. atq;
 ita hoc S.C. prodito inopibus astū nō servītibus
 ablatiū est Valeria legis auxiliū. fuit autē tale.
 Largiū & Clæliū C O S S. & si quis alius ma
 gistratus sit in rep. potestatē deponere. Vnū autē

virū à senatu electū, approbatūq; suffragüs po-
 puli, habere semestrē potestatē rerū omniū, am-
 pliorē quā sit cōsulū. Hoc quid sibi uellet nō sa-
 sis intelligētes plebeij, senatus cōsuleū ratū fece-
 runt: quāuis potentior esset hic magistratus quā
 dominatio legitima: simulq; electio senati per-
 missa est. ac mox agitatū in senatu de uiro ad
 hoc idoneo. Videbatur enim resp. opus habere a-
 liquo industrio rei q; militaris pericissimo, ad h. ec
 prudēte ac tēperato, qui sapiēter uerecundus pot-
 estatis amplitudine: artibus etiā imperatorijs in-
 structo, qui moderate regeret, scueretq; castigaret
 nō parētes imperio, quod iū quarebatur maxi-
 me. Cūq; omnia hec adesse uideret alteri cōsulū
 T. Largio (nā Clēlius excellēs ciuil. bus artibus
 industria militari caribat, ex militior quā pro
 magistratu lētus erat ad supplicia) senatus pu-
 dore quodā retinebatur, ne abrogato alicri ma-
 gistratu legitimo, amborū potestatē alicri lar-
 gireetur maiorē regia: simulq; subuerbatur ne
 Clēlius prēlatū sibi collegā agre serēs, id factū
 interpretaretur in suā cōrū meliā: mutataq; uo-
 luntate plebē amplexus patrocinio turbaret fla-
 rum reip. cas cogitatiōes omnibus in mediū pro-
 ferre cūlātibus, maximus natu cōsulariū hono-
 ratissimus sic tēperauit seniūia, ut amborū pa-
 ri honore seruato, et ab illis ipsis magistratui ma-
 gis idoneū acciperet. Sit enim sibi uideri, quā-
 doquidē s. p. Q. R. uni uiro summa potestatē cō-
 mittien

mittendā decreuerit, & duo supersine curanda, cui nam dandus magistratus par tyrānidi, & à quonā legitime crādus: alierū cōsulū, siue cedē-
re collega, siue sorito, electorem factū ei mādere curā reipublice, quē iudicet ex omni numero ci-
uiū maxime ad eā idoneū. inter regibus enim nūc
opus nō esse, penes quos regē nominādi ius fuc-
rit, quando res publica legitimū magistratū ha-
beat. Eā sentītiā laudatibus omnibus, assurgēs
alius: Mīhi, inquit, uideur addēdū: quoniā hoc
tempore duo præstātissimi uiri administratē repu-
blicā, quibus meliores uix inueneritis, alieri da-
ri nominādi potestatē, alierū à collega eligi, ubi
inter ipsos cōparatiū fuerit uer magis idoneus:
ut honore & quaeri pariter quoq; gaudent, alier
ob ornatiū collegā suo testimonio, alier ob college
de se iudiciū. nā utrūq; & iucūdū & honestum
est. Equidē scio etiā si hoc nō fuisset additū sentē-
tiae, ipsos facturos: rectius tamē fieri uobis etiā uo-
lentibus. Placuit omnibus, et nihil amplius ad-
dendo senatus cōsultū factū est. Tū cōsules acce-
pta potestate discernendi uer ipsorū aptior ad
imperiū, mirādū quiddā fecerūt & uix ulli cre-
dibile. nā uerq; collegā se digniorē uideri uole-
bat: et totus ille dies cōsumptus est in deprecā-
do honore, ac enumerandis alierius uirtutibus,
mirāte senatu suspēsoq; ad cōtētionē cōsulū. di-
missō deinde senatu, cognati utriusq; et reliquo-
rum senatorū honoratissimus quisq; Largiū cō-

uentum usq; ad noctem obtinebant precibus,
docentes in illo fidam totam senatus spcm, ex
istum honoris contemptum esse damnosum Reip.
ille constanter eos precibus atq; obiectionibus
pergebat repellere. Sequenti uero die coacto rur-
sum senatu, tergiuersanec runc etiam ex contra
omnia uota non decedentem de proposito
assurgens Clælius pronuntiat, quæadmodum per
interreges solitum, ipseq; magistratum eiurat.
Huius primo omnium Romæ summa ex libera
belli ac pacis omniumq; aliorū negotiorum po-
testas est credita, cum dictatoris nomine : siue à
potestate imperandi ex edicendi quidlibet, cum
alijs prescribendi æqua ex iusta suo arbitrio.
que edicta Romani vocantur siue (ut quidam ma-
lunt) quod à collega dictus, hoc est nominalius
sit: non enim à populo magistratus accepit more
patro, sed ab uno viro designatus: simulq; ca-
uebatur ne inuidosum ex molestum nomen im-
poneretur magistratus gubernaturo ciuitatem
liberam: tum subditorum causa, ne offenderentur
odiosiocabulis: tum ipsorum qui id imperium
assumunt respectu, ne imprudentes uel effrancur
plus quo ab alijs, uel ipsi eos tractent insolentius,
sicut in tanta potestate solet fieri. Nomen
ceret non pre se fieri tantam potestatē tyrannicæ
proximam. Videlicet autem mihi Romani ex
hanc administratione publicæ speciem muruisti
à Gracis. nam qui cùm uirtutæ apud priscos
Gracos

Gracos uocabantur, sicut in commentario De regno Thicophrastus narrat, tyranni quidam erant electiij. eligebantur autem à ciuitatibus pro ratione temporum, non sine præfinito termi-
no neq; perpetui: sed ad circum temporis spa-
cium, quemadmodum ex quantisper postulabat
Reipub. utilitas: sicut Mytilenæ olim eligerunt
Pittacum contra exules Alæi poëta & socios.
primi autem inueniores rei. utilitatem experi-
mento didicerunt. A principio enim omnes
Græcæ ciuitates erant sub regibus, nisi quod illi
non barbarica licentia dominabantur, sed legi-
rime iuxta patrios mores regnum exercabant:
optimusq; rex habebatur qui esset iustissimus
Ex legum seruantiis, nusquam discedens ab
institutis patrijs: id quod ex Homero liquet, ap-
pellante reges δικαιοτόλοις siue δεμιοτέλοις, hoc
est iuris reddidores siue iuridicos: diuq; regna-
tum est certis conditionibus, sicut apud Lacede-
monios. Sed postquam aliquot corum incepérunt
abrei potestate, ex in ribus administrandis non
tam leges sequi quam suam libidinem, regni ec-
diō magna pars Græcia mutauit statum publi-
cum, in leges ac magistratus translata potestate,
qua conservarentur respublie. Quoties autē nec
leges satis tuerentur iusticiam, nec magistratus
ad legum iustitiam sufficerent, ex in temporum
non citatibus opus esset institutis non tam optimis
quam ad præsentem rerum statum accom-

modatissimis, non solum in improuisis casuum aduersitatibus, uerum nonnunquam et in immo-
dicis prosperitatibus, quae bonam cōstitutionem
Reip. corrumperent, celeremque; ac liberam corre-
ctionem postularent, necesse erat regias ac tyran-
nicas potestates rursus in medium proferre, con-
uelatas honestioribus uocabulis. Sic Thessali-
archos, sic Lacedemoniū harmostas eos appellau-
bant pro tyrannis uel regibus: quod religio esse
restieuerat potestates, cum iureiurando et deuo-
tione abrogatas deorum monitu. Ego igitur (ue-
dixi) à Greecis desumptū hoc exemplum opinor,
sed ab Albanis mutuauē manule Licinius, qui
primi post Amulij Numitorisq; obicium defi-
ciente stirpe regia magistratus annos creare-
rint cum regia potestate. Dictatores uocatos.
ego non tam de nomine inquirendū putauī, unde
profectum Romam peruenieret, quam de exemplo
ipsius potestatis quam in se continet hæc appella-
tio. Verum de hoc plura scribere non uidetur
præsenis operis. Quas autē res Largius primus
dictator gessit, quemue ornatiū addiderit huic
magistratu, compendio conabor dicere, ratu le-
ctori hæc uirilissima, quæ magnam copiam pra-
bebunt honestarū ac conducibilium exemplorum
legislatoribus et iuuentuis eruditioribus, cæte-
risq; omnibus qui ad res publicas tractandas
animum adiiciunt. Non enim illaudata humi-
lis ue ciuitatis instituta et uite rationes, neq;
ignob.

ignobilium negligendorumque virorum consilia
resq; gestas narrabimus, ut uideri possem uerbo-
sus parua etiam friuolaq; prosequi: sed eius qua-
m uite honesteq; statuat omnia: deq; uiris qui eam
ad hoc dignitatis fastigium perduxerunt: quo-
rum cognoscendorum studiosus facile sapiens ex
ciuilibus negotijs apius evascerit. Ergo mox us
magistrorum myr, equorum magistrum creauit
Sp. Cassium, qui consulatum gesserat Olymp. se-
piuagesima: qui mos usq; ad nostram etatē ser-
uatur à Romanis, nec ullus unquam dictator fuit
absq; magistro equitum. Deinde potestatis vim
ostendere uolens quanta sit, ad terrorem magis-
quam ad usum lictores iussit cum fascibus secu-
res sibi per urbem præferre, patrio quidem more,
sed post exactos reges intermissa à consulibus,
dum Publicola primus Cos. uiri magistratus in-
uidiam uile minuere, tunc uero renouato. his ca-
serisq; regū principatus insignijs ubi eubulenos
quosdam ex nouarū rerum studiosos pericerruit,
ante omnia tribuim censum egit ex optimo in-
stiuio scriuū Tullū regum gratiissimi apud po-
pulum, ascripsit nominibus etatibusq; ex ipso-
rum qui censibantur ex liberorum: breuiq; tem-
pore metu pæne, ne deerestante ciuitate simul
ex bonis multarentur, censa sunt C L. milia eo-
rum qui puberatatem attigisse, ex septingenti
insuper. deinde militari etate separata à senio-
ribus, digestaq; per centurias, tam pedies quam

equi

equites quadrisariam distribuit, ex è quatuor
 præcipuam partem circa se habuit, è reliquis
 Clælio in consulari collegi optionem fecit quam
 uelle accipere, teriam sp. Casio magistro equi-
 tum attribuit, ei que supererat fratrem præfecit
 sp. Largum. hæc urbi præsidio suit, manens una
 cum senioribus intra mœnia. Bello satis appa-
 rato, productisq; copijs, eterna castra metatus est,
 quæ maxime uenturos Latinos suspicabatur.
 Cogitans autem prudentis imperatoris esse, non
 tantum suis partes cōfirmare, uerum etiam ho-
 stiles debiliores reddere: ex in primis sine pugna
 laboreq; hostem debellare, aut ceree quam mini-
 mo dicerimento militaris multitudinis: eaq; pe-
 sima esse bella ex molestissima quæ contra co-
 gnatos et amicos necessario suscipiuntur, exi-
 stimabat ea magis ex & quo quam ex iure finien-
 da. quapropter certis hominibus, de quibus nul-
 la erat suspicio, dimissis clam ad Latinorum no-
 biliſſimos, suadibat eis ut de pace agerent: pa-
 lam quoq; legationibus cum singillatim popu-
 los, cum in commune totam geniem sollicitans,
 facile effecit ne omnes &que proclives essent ad
 eam militem. sed maxime proceres demeruit,
 et ducibus parum morigeros reddidit. At La-
 tinorum imperatores Sextus et Mamilius in-
 era Tusculum continendo copias parabant se
 quasi Romanus uersus moriri, diu tamen tempus
 serobant, siue quod expectarent eos populos qui
 nond

nondum aderant, siue quid non litarent in sacrificijs: interim pars quedam à reliquo exercitu diuulsa Romanū agrum populabatur. Largius re cognita immittit in eos Cloeliū: qui nec opinis superueniens, paucos aliquoe repugnantes interficie, viuos capie reliquos. hos dictator curatos ex vulneribus, & ceteris humanitatis officijs deuinctos, uniuersos Tusculum remisit sine prelio, & cum his legatos misit Romanorum nobilissimos: per quos impetratum est ut dimisso Larinorum exercitu induciae in annum fierent. His gestis domum reduxit exercitum. & nondum exacto imperij tempore, consulibus prius designatis dictaturam depositit, nemine ciuium a se occiso, nec pulso in exilium, nec mulierato gravius. Id exemplum omnes postea dictatores secuti sunt usq; ad etatem ab hac nostra certiam. Nusquam enim in omni historia prodium repetimus aliquem in hoc magistratu se gestisse immodeste uel inciuiliter, quamuis sape Resp. solennibus magistratibus abrogatis omnia unius potestati permisit: qui si in externis tāium bellis dictaturam adepti bene patriam defendissent nil corrupei magnitudine imperij, minus mirū esse: nunc inter muleas magnas seditiones ciuium, uel regnum tyrannidēmque affectanib; quibusdam ciuib; uel imminentibus innumeris alijs calamitatibus, ad prohibendas eas porstare acceperis omnes ad unum sine reprehensione nisi primum illum

illum dictatorem emulati sunt: ut nulgo crederetur unicum id esse cuiusvis insanabilis mali remedium: ex extremam hanc salutis spem reliquam ceteris deficereibus. Sed paucum etate quadringentis annis elapsis à dictatura T. Lar-gyi, odiosa res uisa est omnium mortalium iudicio, quando L. Cornelius Sylla primus ex solus acerbe crudeliterq; usus est ea, ut cum primum sentirent Romani quod superioribus temporibus ignorauerant, dictaturam esse tyrannidem. nam ex senatum ex qualibuscunq; constituit, ex tribunitiam potestatem fecit quam minimam, ex urbes desolauit integras, ex regna alijs dedit, alijs abstulit, aliaq; multa superbe gestae, de quibus longum esset dicere. ciuium quoq; praeter eos qui prelijs absumpsi sunt, deductiorum interfecit non minus quatuor milia, ex his excruciatos prius aliquot. An autem necessariò ex Repub. omnia illa fecerit, inquirere non est praesentis temporis: tantum indicare uolui cur graue ex iniurium redditum sit dictatoris voculum: id quod non solum potestatisibus, sed alijs etiam nulgo mirandis experedisq; rebus interdum cœnit. Omnia enim honesta ex utilia uidentur ratiisper dum usus eorum rectus est: quo per eos quis illis præsumit depravatio, eadem iurpia habentur ex iniurilia. Sed ita fere rerum natura, ut uel optime fatales habeant terminos. Verum hac disputatio non est huius temporis.

DION

DIONYSII ALEXAN-
DRI F. HALICARNASSEN.
*antiquitatum sue Originum
Romanarum, Liber
Sextus.*

In quo hæc continentur. Bellum cum Latinis, & Regillēsis pugna. Bella cum Volscis, Sabinis, Auruncis. Seditio propter nexos consularium orationes grauissimæ. Secessio pl. in sacrū montem. legatio de concordia. Brutī oratio. Trib. ædiliumq; pleb. creatio. Cn. Marcii Coriolani laus. fœdus cum Latinis. tēpus quinq; omnino annorum.



E Q V V N T V R Coss. A.
Sempronius Aeratinus, M.
Minurius, sepiagesima prima
Olympiade, qua uicit stadio Ti-
sifacris Crotonien. Hipparcho
Achenarum principe. horū consulatu nec bello
nec pace quicquam actum quod dignum sit me-
moria. nam & inducia cum Latinis dabant ab
externis bellis oriu, & suspensa ex S. C. exactio
fœnorum, donec futurum bellum finem securum
inuenierit, cohibebar in arbe motus inopū remis-
sionem debitorum flagitantium. eo anno aliud
S. C. æquissimum plebs sanciē: sique mulieres
Latine nupre & essent Romanis uiris, aut Romanae
Latii

Latinis, penes ipsas arbitrium esse, ut lini nem
 nere apud coniuges, an patrias repeteret. et liberis
 marces apud patres suos mancri, foeminas innu-
 peas proficisci cum suis matribus. etiam autem
 frequens inter utrumque populum connubium pro-
 pier cognitionem et amicitiam. hanc cum acce-
 pta ex hoc decreto licentia, satis indicarunt
 quanto tenerentur urbis desiderio. nam et Ro-
 mane Latini oppidis maritisque relictis penè
 omnes ad parentes reuersae sunt: et Latini in
 urbe nupti et duabus exceptis maritos prætulerunt
 patria, omnino auspiciatissimo futur.e uictorie.
 his Coss. ferunt templum Saturno dedicatum in
 cliuo Capitolino qua è foro ascenditur, et ferias
 publicas decretas cum sacrificio anniuersario.
 Aram uero que ibi antea fuerat sacra tam ab
 Hercule, ubi Greco ritu ab illo tradito adole-
 bantur uictime. id templum quidam scribit loca-
 rum à T. Largio superioris anni Cos. quidam
 à Tarquinio Superbo. dedicatum uero ex S. C. à
 Posthumio Cominio. Horum igitur consulatu,
 ne diximus, alia pax fuit. Post eos facti sunt
 Coss. T. Posthumius T. Virginius, quando fi-
 nitae sunt cum Latinis inducie, utrisque denuo se
 ad bellum expedientibus. Romana multitudo io-
 ra erat ad decernendum alacris: Latini contra
 maxima ex parte iniusti cogebantur, proceribus
 populorum preter paucos corruptis Tarquinij
 Mamiliisque muneribus et pollicitis: plebejus uero
 quibus

quibus bellum non placet. semper à cura Reip. nec enim rationem belli poscere licet: quam obrem multi moleste ferentes indignitatem ret, neesse habebant relictis suis ciuitatibus ad Romanos transfigere. non enim uerabatur à poterioribus, quibus pergratum erat dissentientes à se ulro profugere. hos Romani excipientes, quoiquor cum uxoribus & liberis ueniebant, domestici e ascribebant milite, intermixtos urbanis cohortibus reliquos circa urbem per castella & colonias diuisos obseruabant nequid noui molirentur. cumq; uniuersorum uotis rursum experceretur unius uiri libera omnium rerum gubernatio, iunior Cos. A. Posthumius à collega Virginio dictator dictus magistrum eq. more iam recepero assumpsit T. Ebucium Heluanum: properatoq; iuniorum delectu, & diuissim quadrifariam copys, unam partē sibi alienam Virginio consularius collegae attribuit, tertiam Eburio magistro equitū, quartam A. Sempronio, cui cōmissa urbis custodia. Iamq; omnibus rebus ad bellum instructo speculatores nūciane Latinos iter ingresos cū eoto exercitu: ac mox alij, obiter ab eis occuparum munimentū quod Corbionē nominant, à paucis custoditū præsidarijs, quos ad unū occiderūt, & eum locū fecerūt belli receptaculū. capitiis iamē & pecoribus non multis potiti sunt; præter capra in Corbione, eo q; agrestes māture cū rebus suis que agri ferriq; possent in proxima munina

munimenta se contulerint. quapropter in uillas
 saeum incendio, terraq; vastata est. acceperant
 autem in ea expeditione ab Antio Volscorum
 urbe nobilissima & recces copias, & arma, &
 frumentū aliaq; bello necessaria: qua accessione
 mulum animati bonam spem habebant ceteros
 quoq; Volscos in societatem uenturos facto ab
 Antiatibus initio. His cognitis, Posthumius ce-
 leriter occurrit hostibus prius quam in unū con-
 uenirent omnes eorum copiae: properatoq; per no-
 tem itinere cū exercitu uenit prope castra La-
 tinorū ad Lacum Regillū loco munito posita. ipse
 castra metatus est in tumulo alto & arduo im-
 minente hostibus, loco mulio q̄ illi opporeuniore.
 At Latinorū duces, Octavius Tusculenus Tar-
 quiniū regis gener, uel sicut quidā scribunt generi
 filius, & Sex. Tarquinius, qui ium forte seorsum
 castra habebant, in unum locū ea contulirūt: &
 adhibitis in consiliū tribunis atq; centurionibus
 consulabāt quonam modo bellum gerere opor-
 teat, uariaeumq; est sentiētūs. quidam enim cen-
 sebant imperium faciendū in occupatiū à dicta-
 tore tumulum, donec ipsi essent terrori hostibus,
 sic ineptantes, timoris confessionē esse. locum
 tam munitū castris metandis que situm. alijs, cir-
 cumuallando eos & obsidendo parte exerci-
 tis: reliquum ad urbem ducendū ut expugnare
 facilem absente iuuenturis robore. alijs suadebant
 expectanda à Volscis cæterisq; socijs auxilia,
 & præ

Et praeferenda tutiora cōsilia fortioribus. Romanis enim moram nihil profore: sibi uero meliora expectanda processu rēporis. His ita deliberatibus superuenit T. Virginius, repente uā emensus nō
 Ele praterita una cum exercitu: seorsumq; à dictatore in alterius montis dorso aspero et na-
 eura munito castra posuit, ut utrinque Latinis
 claudereur in hosticum exitus, à dextris dicta-
 tore assidente, à sinistris cōsule. Ita magis etiam
 turbatis hostiū ducibus ruit modo circūspectā-
 bus, et uerētibus ne ducēdo bellū cōmecatu de-
 stitueretur. Posthumius animaduersa eorū impe-
 ritia, mittit magistrū equitū T. Ebueiū cū equi-
 tū et leuis armaturae lectissimis qui occupērī mō-
 re quēdā imminētū ē uiae qua Latinis domo cō-
 meatus subuehebātur. is noctu cū suorum manu
 per sylvas nullis callibus eritas euadens, prius
 quā hostis seniret occupari cū tumulū. duces ue-
 ro hostiū ut cognouere insessa à tergo loca mu-
 nitā, ac ne cōmecatus quidē spem sibi relictā. q
 non posset euero aduehi, deturbare inde Romanos
 decreuerūt, priusquā uallo tumulū muniāt. cum
 Sextus ducum alter equitibus assumptis inuasit
 Romanū equitatū, ratus sustineri nō posse suum
 imperū. sed fortiter exceptus, repulsusq; icrum
 atq; iterū, loci etiā natura aduersantc, que cōsu-
 pernis pugnātes adiuuās, irrita conatu subeūti-
 bus in monte nihil afferebat praeiruulera, re-
 infecta retro in castra abyte, territis insuper ad-

K.

ueniu.

uentu novo militum, quos selectos è legionarüs Posthumius precedentiū usq; ligia sequi iussrāt. Romani iam securē locū tenētes, p; alam cōmuniuerunt ibi præsidū. post hcc Latinorū ducibus uisum nō amplius diffirre præliū, sed quā primū armis decernere. Ceterū dictator quāuis à principio animū haberet debellare absq; prælio, idq; se effecturū speraret per hostiū uictus inopiam, magna de causa mutauit propositum. Intercepit enim erant ab equitebus uias obseruātibus nūc q; cum literis à Volscis ad Latinorū duces, signifcantes magnas sociorum copias adfore ad dicimtū, & alias item ab Etrnicis, quo factum est, ut necessario præter propositū acceleraretur prælium, cuius signū posteaquā datū est, in medium castrorū spatiū uiriq; progressi instrubāi acies in hunc modū. Sex. Tarquinius præerat sinistro Latinorū cornui, dextero Octavius Mamilius: mediā acium tuebātur alter filius Tarquinij Tiberius, & circa eum Romani trāsfug.e atq; exules: equitatū quoq; trifariam diuiso in alias cornuum & mediā aciem. Romanorū hero dextrū cornu tenebat magister equitū T. Ebneius oppositus sex. Tarquinio, sinistrū T. Virginius ex aduerso Octaviū Mamiliū, mediā aciem explēbat dictator Posthumius, cōgressurus cū T. Tarquinio & exilibus. Stabat autē in utraq; acie, in Romana x x i i . peditū milia, mille equites: in Latina quadraginta peditū, equitū tria milia.

milia. Sed prius quam ad manus ueniretur, et
 Larinorum duces multis uerbis adhortabantur
 suos ad fortitudinem non sine precibus: et
 Etator uidens milites territos aduersariorum
 tanto maiore multitudine, ad eximendum eum
 timorem progressus in cōcionem unā cum sena-
 torum natu maximis, sic eos allocutus est. Dū
 nobis adsunt, Milites, et tam extis, quam au-
 spicūs ceterisq; uaticinij pollicentur ciuitati
 nostrae liberae ac latae q; uictoriam, remune-
 ranter nos pro perpetua pietate qua eos colli-
 mus: et inimicis nostris merito infensi, quod
 multis magnis beneficijs à nobis affecti, et tam
 cognatione nobis deuincti quam amicitiae fœ-
 dere, quo iuratum est communes utrisq; fore ini-
 micos: et amicos, omnibus his contemptis ini-
 stum bellum nobis inferant, non de imperio po-
 tentiaq; contendentes, utris ea magis cōueniant:
 id enim utrumq; ferri poterat: sed de Tarquinia-
 rum tyrannide, ut ex libera scruam nostram ci-
 uitatem faciant. Opus est ergo ut uos centurio-
 nes atq; milites, cum sciatis præsto esse decorum
 opem fortiter certaneibus, et quantum in se est
 ad uictoriam aspiraneibus, non pericula et la-
 bores fugientibus, forces uos uiros præbeatiss.
 nec desuis fanori numinum qui semper haet-
 tius seruauit reipublicam. Habetis enim fortu-
 ne beneficio alia quoq; multa que pro uictoria
 nostra faciant, sed in primis erit manifestissi-

uentu noceo militum, quos selectos è legionarüs Posthumius precedentiū uestigia sequi iussrāt. Romani iam securē locū tenētes, p̄ alam cōmuniuerunt ibi pr̄sidiū. post h̄c Latīnorū ducib⁹ uisum nō amplius diffirre pr̄alū, sed quā primū armis decernere. Ceterū dictator quāuis à principio animū habere debellare absq; pr̄elio, idq; se effecturū speraret per hostiū uictus inopiam, magna de causa mutauit propositum. Intercepit enim erant ab equitibus uias obscuratibus nūq; cum literis à Volscis ad Latīnorū duces, signifcantes magnas sociorum copiis ad fore ad dicimtereū, & alias item ab Hernicis, quo factum est. ut necessario pr̄aeer propositū acceleraretur pr̄e. lium. cuius signū posteaquā datū est, in medium castrorū spatiū uiriq; progressi instrubāti acies in hunc modū. Sex. Tarquinius pr̄aeerat sinistro Latīnorū cornui, dextero Octavius Mamilius: media acium tuebātur alter filius Tarquinij T̄ius, & circa eum Romani trāsfug.e atq; exules: equitatu quoq; trifariam diuiso in alas cornuum & mediā aciem. Romancrū uero dextrū cornu tenebat magister equitū T. Eburius op̄ositus sex. Tarquinio, sinistrū T. Virginius ex aduerso Octaviū Mamiliū, media aciem explēbat dictator Posthumius, cōgressurus cū T. Tarquinio & exilibus. Stabat autē in utraq; acie, in Romana x x i i i. peditū milia, mille equites: in Latina quadraginta peditū, equitū tria milia.

milia. Sed prius quam ad manus uenirentur, et Tarinorum duces multis urbibus adhortabantur suos ad foreitudinem non sine precibus: et dictator uidens milites territos aduersariorum tanto maiore multitudine, ad eximendum cum timorem progressus in cōcionem unā cum senatōrum natu maximis, sic eos allocutus est. Dū nobis adsunt, Milites, et tam extis, quam auſpicys ceterisq; uaticinijs pollicentur ciuitatis nostrae libertatem lacramq; uictoriam, remunerantes nos pro perpetua pietate qua eos collimus: et inimicis nostris merito infensi, quod multis magnis beneficijs à nobis afficti, et tam cognitione nobis deuincti quam amicitiae fœdere, quo iuratū est communes utrisq; fore inimicos et amicos, omnibus his contemptis iniustum bellum nobis inferant, non de imperio potentiaq; contendentes, utris ea magis cōueniant: id enim utrumq; ferri poterat: sed de Tarquiniorum tyrannide, ut ex libra scruam nostram ciuitatum faciant. Opus est ergo ut uos centuriones atq; milites, cum sciatis præsto esse decorum opem fortiter certantibus, et quantum in se est ad uictoriam aspirantibus, non pericula et labores fugientibus, forces uos uiros præbeatiss, nec desitis favori numinum qui semper hactenus seruauit reūpublicam. Habetis enim fortunæ beneficio alia quoq; multa quæ pro uictoria nostra faciant, sed in primis erit manifestissi-

K 2 ma.

ma. primum mutuam fidem, qua nihil conerat
 hostes validius, non enim hodie coire coepit uestra
 societas & amicitia, sed communis patria
 iamdudum uobis hanc felicitatem peperit. si-
 mul estis educati eisdemq; instituti artibus, in
 eisdem sacra dys fecistis alearibus, bonorum
 malorumq; longa iam tempore socij, quod uali-
 dissimum amicitiae uinculum inter mortales na-
 tura esse uoluit, quoties certamen instat de re-
 bus maximis. Deinde si hostes superiores fue-
 rint, non alij quidem expertes erunt malorum
 omnium, alij conerâ patientur calamitates gra-
 uiissimas: sed ex aequo omnes amittentia digni-
 tatem, libertatem, atq; imperium: nec uxoribus,
 liberis, facultibus, aliena bona re ulla quam
 nunc habetis frui dabitur. proceres autem ciui-
 tatis & magistratus reipublice miserrimi mo-
 dis priua excruciazi tradentur exitio. Nam si
 nulla nostra noxa nec magna nec parua lesi,
 ipsi nullâ à nobis omnibus abstinuerunt iniuriā:
 quid expectandū est à uictoribus alia mente re-
 positam habentibus distractionē à patria, bono-
 rum suorum direptionem, nec unquam postea con-
 cessum per uos accessum soli natalis? Postremū
 est neutrō iam dictorum. Icuius, si recte conside-
 retis, nimirum non tales nobis occurrisse res ho-
 stium quales suspicabamur, sed multo opinione
 deteriores nam preter amiciates neminem aliū
 eis adesse uidetis bellū socium: nos vero puera-
 mus.

mus ueneuros omnes Volskos in eorū auxilium,
 mulcos etiam è Sabinis & Hernicis alijsq; po-
 pulis, meū fingēte sibi uana terricula. *Si ista*
Latinorū erant somnia, irrita spe uanisq; sub-
nixa pollicitationibus. alijs enim deseruerunt eo-
rum societatem, dediti nati ram imperitorū ducū
imperia. alijs cunctantur magis quam opiculan-
tur, spem frustantes & cōpus terentes inaniter.
qui uero nunc in apparatu sunt, post praliū sero
uenientes ad nihil erunt eis uiles. Quod si qui ue-
strum recte hæc à me dicta credentes, solam ho-
stium multitudinem metuunt, eos rem leuē me-
euere paucis docebo, uel potius reuocabo in me-
moriā: primum si cōsideretis maiorem illorum
partem coactā conera nos armæ sumpsisse, sicut
ex multis ipsorum dictis factisq; nobis satis ap-
paruit: reliquorum qui ulero & alacres pro ty-
ramis certaturi sunt paruum admodum esse nu-
merum, quotam pueris portionem si conservan-
tur ad nostras copias? Praeterea in bello nō mul-
titudine freis uictoriam contingere solitam, sed
fortitudine. longū esset cōmemorare Græcorum
barbarorūq; exempla quoties ingētes exercitus
superari sint à modicis, adeò ut quibusdam ui-
deatur incredibile. Omitto cetera. uos ipsi quo-
ries debellastis prospere, cū minores quā nūc ha-
beretis copias, oppositi maioribus quā nunc sunt
hostium? Si force alijs quidem fuisse terribiles
assueri eos uincere: à Latinis uero iſlus & Vol-

K 3 scis

scis eorum socius merito contemnimi, ut qui in
 præteritis conflictibus experti sine quales nam
 sis. immo omnes uos scitis, muleis prælijs gentes
 has uictas à nostris maioribus. quemam igitur
 ratio est, istorum post eoe clades conditionem ui-
 deri meliorem, nostram uero deteriorem qui eos
 roties uicimus? aut quis sanè mentis hoc diceret?
 ac deminor si quis uestrum horret hostium mul-
 titudinem, in qua pauci sunt strenui: nostrum ue-
 ro cōsciente tam magnum & ualidum exerci-
 tum, quo nullum unquam uel numero uel uiri-
 bus præstantiorem habuimus in omnibus bellis
 que hactenus gessimus. Unum etiam hoc ad au-
 dendum incitamentum est maximum, præsentes
 adisse omnes senatus primates ut cernitis, com-
 munem nobiscum subituros belli alçā, quamvis
 emeriti sint & immunitatem militare habeant
 etatis priuilegio. Annon igitur turpe uos uiri-
 bus ualentibus tergiuersari: hos uero iam annis
 granis offerre se ad libores atq; pericula? &
 senibus audetibus si non hostem perdere, saleam
 perire pro patria: uestrum robur, quibus si bene
 cedat licet salua uita uincere: si secus, &
 facere & pati foreier, nec foreunam experiri, nec
 uirutis gloriam post se relinquere? Nonne ante
 uestrum seculum milites multa cgregia facino-
 ra apud alios edita sunt decantari dignissima?
 multa item uestra celebrabuntur apud poste-
 ros, si huius belli bene gesti laudem ad alias pri-
 flinas.

stinas adieceritis? Et ut iam fortibus premia,
 quam timidis supplicia proposuta sciat, iudice
 quid utrosq; maneat. qui ergo alicuius faci-
 noris in pugna editi testes habuerit, ei præter so-
 lennes istos honores agrum ex publico adiçia,
 efficiamq; ne in posterum necessarijs ad uitam
 indigeat. cui uero dijs iratis mala & turpis cu-
 pido fugæ incesserit, representabo moriem fru-
 stra uitaram. talem enim ciuem mori eum ipsi
 cum patriæ utile fuerit: & sic peremptis nec se-
 pulcra nec parentatio dabatur, sed neglecti, in-
 deplorati, à seris laniabuntur & alius. Hæc
 igitur cum presciatis ite alacres omnes ad pre-
 lium, bona spe ducti ad rem gerendam fortiter,
 uno hoc periculo redemptri quicquid uotis ex-
 petendum est, exempturi libertatem uestram à
 meru tyrannidis, reluturi patriæ reposcere iu-
 talium & educationis gratiam, teneram libe-
 rorum et acem & nuptias mulieres defensuri ab
 inimicorum libidine, sibi patribus præsti-
 turi ut quod superest uite cum uolupate exi-
 gant. ô felices quibus libabit huius belli erian-
 phum deducere, excipientibus uos uxoribus, li-
 beris, & patribus. ô maestos uirtute, qui corpo-
 ra impudente patriæ. Mors certe fatalis est o-
 mnibus ignavis & quæ atq; fortibus: sed glorioſa
 nunquam nisi bonis uiris contigit. Adhuc ex-
 tremi ad fortitudinem inhortantis uerba erant
 in auribus, cum diuinitus audacia quedam inua-

sit exercitum, ex quasi uno ore conclamarunt,
 duceret se, et suis miliebus fideret. Tum Post-
 humius laudata eorum alacritate, uoisiq; fa-
 Elis, si felix pugnam sequatur exitus, sacra se
 diis facturum magnifice, et anniuersarios lu-
 dos instituturum splendide, dimisit militem
 ad suos ordines. accepta deinde a ducibus res-
 sera, et tubis signa canentibus, cum clamo-
 re hostem inuadunt, leui armatura uerique
 procurrent et equitibus, subsequentiibus le-
 gionarjis instructis et armatis pariter: ac
 mox ubique pugnabatur acriter, nusquam
 cessante milite. ut uero utrosque sua fecellit opi-
 nio: nam uerique animo praeceperant pugna
 sibi opus non fore, sed ne primum quidem im-
 perium hostes laturos: Latini freei equitatus
 multitudine, percussura Romanos equites pri-
 mo ue putabant incursu: Romani rati se terri-
 tuos hostem audacia contempnuntq; periculi:
 hac inquam opinione uerique frustrari, nec iam
 in aduersariorum formidine, sed in sua forti-
 tudine collocantes fiduciam et spem uictorie,
 supra uires egregios pugnatores se praestiterunt.
 sicutq; uaria et reciproca fortuna certaminis.
 Anee omnes dictator in acie media selectissi-
 mos inter equites fortier exemplo suo pugnam
 cens impulit oppositos, cum Titus Tarquinij
 filiorum alter impacto in dexirum humerum
 pilo granier saucijs manu non posse uti am-
 plius:

plius: quamuis Licinius & Gellius non habita
 ratione, temporum, ipsum regem Tarquinium
 faciunt ex equo pugnantem & saucium, virum
 pene nonagenarium. prostrato autem Tito, eius
 milites post non longum certamen relato viuo
 ducis corpore nihil postea gesserunt fortiter, sed
 pedem referentes cedebant dictatoris militibus.
 ac mox in fratribus locum succurrente Sexto cum
 Romanis exilibus equumq; leclissimis, no re-
 stiterunt modo sed impressione in aduersos fece-
 runt. Ita ibi pugna & quara, parte alia T. Ebu-
 sius & Octavius Mamilius inter se oppositi
 egregie pugnando quacunq; se uertere, uel ho-
 stem profligabat, uel suos tributarios restituebat
 in gradu: postremo ex prouocatione inter se con-
 currentes, grauier non ramen letaliter alter al-
 terum vulnerauit. eq. magister in pectus! Mamilius
 hasta per thorace adacta, Mamilius con-
 tra illius transfixo dextro brachio: amboq; equis
 decubati sunt. Vtq; ex acie relato, succedens
 in magistri equum locu legatus ipsius M. Val-
 erius cum aliquantulum restituisse cum suis, re-
 iectus est extra aciem ab hostium equitibus,
 quibus exulum equitatus & leuis armatura
 subuenerat, ac postremo Mamilius iam ex ul-
 nere recollectus ualidam equum uelutumq; manu
 eò adduxerat. In eo conflictu legatus M. Vale-
 riis, qui primus de Sabinis triūphauit, & ani-
 mos po. Ro. post cladem ab Heiruscis accepitā col-

X 8 lapsos

lapsos erexit, hasta ictus cecidit, et circa eum
 honestorū ciuitum magnus numerus. de cuius ca-
 davere magna contentio fuit, Publio et Mar-
 co Publicola filiis patruū protegentibus: qui in-
 spoliariū et adhuc spirantē armigeris impositū
 cum in castra remisissent, ipsi q; in medios hostes
 præ dolore furentes ruerent, ab exilibus multi-
 tundine vulnorum conficti una occubuerunt. post
 quorū casum acies Romana in sinistro cornu la-
 borans usq; ad Posthumianos medium locum
 venientes, agre scrubabat ordines, cùm dictator in-
 clinatis iam ad fugā celerriter succurreret cum eis
 quos circa se habebat equitebus: iussuq; altero
 legato T. Herminio cum equitū ali legiones cir-
 cuuehi, et à tergo suorum fugā sistere, nisiq; pa-
 reant, fugientes occidere, ipse cū foreissimo quoq;
 equite in constipatum hostium globū facit im-
 perū. iamq; propinquus primus equū in aduer-
 sos pleno cursu concitat. rancaq; fuit uis incur-
 rentium, ut furentes et efferaios Latini non fe-
 rentes, in fugam uerti multi caderent. Interea le-
 gatus Herminius suos ex fuga receperos iamq;
 firmatos uertit in Mamiliū: congressusq; cum
 uiro statura ac robore omnium et acis sua pra-
 statisimo, et illū interfecit, et ipse dum cada-
 uer spoliari, gladio in latuus à quodā ictus ince-
 rię. At Sex. Tarquinius sinistrū Latinorū cor-
 nū regens resistebat constanter, tandemq; loco mo-
 uit Romanos oppositos. sed ut uidet tendentem in
 se cum

se cum delictis equisibus Posthumū desperata
 salutē cōiecit se in medios: ubi circūuenius à Ro.
 equitib. simul & peditibus, relis und:q; sc̄ræ in
 modum impetus, non innlus tamcn periit, in-
 terfectis aliquor qui cum ausi sunt cominus la-
 cessere. Ita cæsis ducib. reliqua Latinorū multi-
 tudo tota in fugā uersa est: castra quoq; à custo-
 dibus deserta Romani ceperūt, ubi luculēta præ-
 da inuenta cessit milici: maximaq; ea clades
 Latinorum fuit, qualis nunquam antea, cuius
 diurnus sensus fuit reliquus. nam è quadra-
 ginta milibus peditū, tribus equitum, quæ dixi-
 mus, superstites uix decies mille domum rediere
 incolumes. in eo prælio feruntur Posthumianis
 equisibus apparuisse duo primæ lanuginis iuue-
 nes præstantiore statura & forma quā quæ ui-
 deri posset mortaliū, præcedentes Romanum
 equitatum, hostemq; hastis ferītes cominus, &
 in fugā cogentes. ac rursum post susos fugatosq;
 Latinos & castra eorum capta, serè iam fructu
 prælio in Romano foro nisi esse adolescentes duo
 militari culu procerissimi et pulcherrimi, uul-
 su adhuc retinente quam in pugna habuerant
 speciem, & equis sudore madentibus. cumq; de
 equis descendissent ambo, lauissentq; fontana
 que ad eadem v. st̄e profluens paruam sed pro-
 fundam facit lacunam, mulieris eos circūsistenti-
 bus, roganibusq; ecquid ab exercitu noui affe-
 rant, pugnā indicasse atq; uictoriā: digressosq; è
 foro

foro nusquam comparuisse postea, quāuis ualde à
 p̄fectō urbis quesitos. Postero die cūm sena-
 tūs ex dictatoris literis inter cetera eius præli
 memorabilia cognouisset de hac quoq; uisione,
 ratus uerobiq; eorundem spectra obuersata oculi
 lis, uerisimili coniectura credidit Castorum eas
 eas fuisse imagines. Eius mirificæ apparitionis
 numinū in urbe multa extant monumēta: in fo-
 ro templum Castorū publice constructū ubi ui-
 sa sunt eorum imagines, uicinusq; fons his sacer
 dictus &c usq; ad nostra tempora creditus: eum
 sacrificium splendidum, quod quotānis populū
 Romanus per primarios equestris ordinis Idibus
Quintilibus peragit, qua die uictoria hæc illi
 cōrigit. Præter omnia uero post sacrificiū trans-
 uectio eorū qui equos habent ex publico, qui per
 tribus &c ceteras distincti, ordine in equis ue-
 huncur omnes quasi è pugna redeant, coronati
 frōde oleagina, &c eogis palmaris amicti, quas
 uocant trabeas, initio popæ factō ab æde Mar-
 eis que exera urbem sita est, &c pertransientes
 cū ceteras urbis partes, eum forū ademq; Casto-
 rum, nonnunquam quinq; uirorū millia, gerentes
 quicquid donorū militariū acceperūt à ducibus,
 egregiū sanc spectaculum, dignumq; imperij ma-
 gniudine. Hæc sunt quæ ob gemellorū Iouis si-
 liorum apparitionem dicta factaq; à Romanis
 obseruauimus: unde facilis cōiectura est quā dijūs
 cari tunc fuerint homines, præter multas &
 magnas

mugnas alias. At Posthumius illa nocte in castris acta sequenti luce coronauit eos qui praeclarum in prælio nauassent operam: ex captiuis custodia traditis, uotiuia sacra reddebat superis. Cui coronato etiam cum ex ea aris imponeret, speculatores quidam ab edioribus locis cursu in castra delati, nunciant aduentare hostium exercitum. Erat autem Volscorum selectum robur, Lacinis ante pugnam missum auxilio. quo cognito iussie omnes arma sumere. ex inera castra ad suas quæque signa presto esse, pulchreque instructos imperata expectare. Volscorum uero duces ubi conuenient est unde prospctus parebat, ut uidere stragem eorū capis editam, uirisque castris stantibus, nemine uero e munimētis prodire nec amicū nec hostē, aliquādiu stupentes nō poterant conydere quenam esse fortuna partiū. deinde ubi ex quibusdam fuga seruatis cognouere de prælio, consultabat inter se quid opus factū sit. Audacissimus quisque cœcerat optimū esse ex itinere ualuum Romanorum inuadere, donec multi libararent ex uulneribus, omnes labore fessi essent, armis etiā maxima ex parte inutilibus obvisis et fractis, necdū ab urbe recēs subuenisset auxiliū. ipsis adesse magnū ualidumque; ex bene armatis exercitū bellorum peritū, ex tunc improvisa aduentu audacibus etiā terribilē. Prudentioribus autem nō videbatur ruitū absq; sociorum auxilijs lassere uiros forces ac bellicosos, claraq; recēti de Læs

de Latinis uictoria, præferim in alieno territo-
rio, in quo siquid secus quam uellent accidere,
nulli habituri essent refugium. præstare celeriter
redire in patriam, et pro lucro reputare quod im-
pune ferrari eam militiam. Alij neutrorum proba-
bant, nimis iuuenilem dicentes eorum audaciam
qui ex incertitate uellent imperium dare, sicut turpe si-
ne causa domum refugere: uerum uis horum fecerint,
hosti gratiam rem facturos. Horum sententia erat,
muniret tunc castra, & pararet se futuro pæ-
lio. interim per nuntios ab alijs Volscis peterent,
aut multi alias copias pares Romanorum viribus,
aut iam missas reuocari. sed postrema maxime
placuit honoratoribus: mittendos exploratores
in Romanorum castra, protectos legatorum nomi-
ne: qui dare duci dextra dicant se socios uenire
à Volscorum genere: dolereque suam uicem quod se-
rius aduenirent, nullam aut exigua relatiuri pœ-
ptæ uolumatis gratiam: certum ipsorum fortunas
gratulari, qui rato pælio absq; auxilijs uicto-
res evaserint. ita fore ut deceperis illis amicissæ
specie uerborumq; blanditijs exploretur omnia,
numerus eorum, armatura, paratus, quid ue ani-
mi habeant quibus cognitis se facile electuros
cōsiliū, uerū facius sit aggredi illos accitis alijs
copijs, an domum se recipere. Ergo cū legati ad
dictatore uenissent, productiq; in cōcione expo-
suissent mādū ad decipiendū cōposita, Posthu-
mius paulo post ita respōdit. Mala cōsilia Vol-
sci bo-

sci bonis uerbis ecgitis, & cum faciatis hostilia,
uulcis reportare opinionem amicitiae. Vos missi
estis contra nos in Latinoru[m] auxilium. n[on]c quia
post pugnā uenistis, & illos uictos uidetis, uulcis
nos decipere, s[er]vientes corum que facturi eratis
contra: & neq[ue] bencuolentia quā uerbis simu-
latis, neq[ue] adūctus uistri præexcus quicquā sa-
ni habet, sed omnia fusa a doloq[ue]; plena sunt. nō
enim nostræ felicitati cōgratulatū missi estis.
sed exploratum quantū nobis sic uirium: & cū-
re uera sitis speculatores, uerbis legatos agitis.
Tum illis inficiantibus ait se breui ueritatē de-
claraturum: moxq[ue]; literas, quas Latinoru[m] du-
cibus scripsit & auxilium pollicētes ante præ-
lium interceperat, protulit, simulq[ue]; laiores earū
produxit. quibus perlūctis, & capiuis auditis
quenam mandata accepissent à suis, militaris
multitudo ad serciendum Volscos cōcitata est, ne
deprehensos & confessos speculatores. Posthu-
mius uero negabat bonis uiris imitandam alio-
rum malitiam, satius dicens & Romana ma-
gnanimitate dignius seruare iram in eos qui
ipsos miserant, quā in missis effundere: & no-
mini legationis quam præ se ferant donandum
salutē hominum potius, quā seuicendum propter
rectum speculationis facinus: ne Volscis detur
honesta belli occasio, simulaturis legatos esse ca-
sos contra ius gentium, & alijs inimicis facultas
mentiendi de se uerisimiliter. Ita cohibita uulgi
ira,

ira, iussum homines reero unde uenerare abire, ac
 ne respicere quidem, nedum reverent amplius: si-
 mulq; equites addidit, qui eos usq; ad castrā
 Volscorū deducerent. moxq; speculatoribus cie-
 tis, militē curare corpora & in crastinū para-
 re se iussit, producturus eos in aciē. Sed nō opus
 fuit prālio. nam duces Volscorū in tempesta no-
 ete desertis castris domū sese receperunt unā cū
 exercitu. Ita omnibus rebus ex uoto cedenteibus,
 humarī suorum cadaveribus lustratoq; exerci-
 tu, triumphans in urbem rediit: in qua pompa
 transuicti sunt multis plaustris armorū cumuli
 & militaris supellex, captuorum quinq; millia
 ereducta & D. insuper. De spoliorum decimis
 ludos & sacra dīs. fecit x L. talentorum im-
 pendio, & adē locauit Cereris Liberi Libe-
 rēq; nam initio bellū laboratum est uictus ino-
 pia, & magna metua erat ne in toto deficeret.
 terra fructua negāte, & bello ne cōmeatus sub-
 ueherentur uerāte. quamobrē Sibyllini libri ius-
 su dictatoris inspecti sunt à suis custodibus: &
 monenteibus oraculis placāda esse hæc numina,
 uotum fecit prius quā exercitū educeret, si im-
 perij sui tempore felix prouētus fieret qualis an-
 tea, templa se illis cōstructurum & instaurarū
 in singulos annos sacrificia. exaudiuerunt dīs
 dederuntq; magnum prouentū frugum cum ar-
 borearum cum terrestrium: & Posthumius uoi-
 dannatus templum eis promissum reddidit. Ita
 Romani

Romani Latino bello depulso decorum benevolentia, sacris uocabant & scrips. Post aliquot dies legati totius Latini nominis, ex ea factione quae bello reclamauerat oppidatim delicti, uenerunt supplices, qui ad senatum adducti, culpa illata belli referebant in procires: uulgas hoc tantum peccasse, quod malis ductoribus propria lucra querentibus obsecuti sint. Decepitos quidem se, sed necessario, ut ea facilias ueniam magis quam accusationem mereatur, propter uim dolo additam: satisq; poenarum darum, ex unaquaq; ciuitate flore iuuentutis sublato, ut non temere domus inueniatur que luctu careat. perebantq; ut scilicet deditioinem facientes recipere, non de imperio nec de aequo iure contendentes, sed posthac semper futuros socios subditosq;, et quicquid fortuna Lætinis ad imperium uoluit, addituros ad Romanoru felicem foreitudinem. In fine orationis per cognitionem obtestabantur, & serredis auxiliis promptam quandam societatem renocabant in memoriam, deplorantes suum infortunium longe maius quam pro merito, & lambris prosequentes calamitates singulis, procumbentesq; senatu ad genua, positis ad Posthumij pedes supplicum insignijs, ita ut totus patru confessus molliretur ad lacrymas eorum adiunctas precibus. ubi uero est senatu excesserunt, & dici coepit sententia: T. Largius qui primus omnium dictator paulo ante fuerat, moderate fortuna uicendum censuit,

L

princip

principuam laudem dicens ut singulorum ita ci-
uitatum, non corrumpi felicitatibus, et bona
sui ferre a quo modis loq; animo. omnes enim
prosperitates inuidiosus esse, præsertim quæ à
prostratis et obnoxijis iniuriam nō abſtineant.
nec fortunæ credendum, cuius uerſatilem incon-
ſtantiam suo malo bonoue roties experti ſint. nec
cogendos aduersarios ad exercitum periculum
quod plerunq; inuitis ex desperatione addat a-
nimos. Verendum etiam ne publicum odium ſibi
contrahant omnium in quos affectent imperiū.
ſi peccantibus acerbos ſe præſtent et implacab-
iles, obliti quibus artibus ad tancam clarita-
rem euaserint, et imperium quod ante princi-
patus et præcellenia fuerit, uerentes in tyran-
nidem. nec enim indignandum ſi affueri libertatis
arq; imperio populi ueterem dignitatem reuine-
re cupiant. quod ſi rerū bonarum cupidos, dein-
de ſpe ſua fruſtratos, malum immadicabile ma-
neat, breui omnes homines interituros mutuis
cladibus. omnibus enim innatum libertatis de-
ſiderium. Addebat ope rimum et firmissimum
effe imperiū, quod ſubditos beneficio magis quam
pœna in officio contineat. illius enim beneuolen-
tiam, huius timorem effe comitem. quicquid au-
tem timeatur, id neceſſitate naturali exofum
effe omnibus postremo ad egregia maiorū exem-
pla eos hortatus eſt, laude immortalē digniſti-
ma, recensens urbes ui captas, quas illi non di-
ruerint.

ruerint, non casis pubcibus desoluerint, nō op-
 pidanos in potestatem redactos sub hasta uen-
 diderint, sed colonias populi Romani fecerint, et
 uictis quoquot ad se migrare uellent ciuitate
 data urbem ex parua magna reddiderint. sum-
 ma sententiae fuit renouari pristinum sedis cum
 Latino nomine, abolit. omni praeteriarū offen-
 sarum memoria. Post eum rogatus Sc. r. Sulpi-
 cius, de pace renouandoq; fædere nihil contra-
 dixit. Sed quoniam Latini non cum primū uio-
 lissent fædera, ut deceptos se & coactos excus-
 santes mercantur ueniam, sed antea quoq; sc-
 pius, ut castigatione opus habeant, satius esse
 concessa omnibus uenia & libertate ob cognac-
 tionis respectum, dimidio agri eos mulctari,
 eumq; ciuibas Romanis diuidi, qui fruantur illo
 appositi genii pro custodibus, ne quis post hac
 res nouas moliri audeat. Sp. Caſſius deinde di-
 ruenda eorum oppida consuluit, mirari se dicebat
 simplicitatem eorum qui peccata impunita su-
 nenda suadeant, quod non intelligat eos proper
 innatam sibi & nunquam eximendam inuidiam
 qua persequantur crescentem Romanum pop.
 alia post alia bella ferere, nec unquam sponte
 quieturos ab insidiandi proposito, donec miserum
 hunc affectum gerant in præcordijs, quandoqui-
 dem postremo non uerii sint immanissime o-
 mnium bestie tyrannidem in cognatam ciuita-
 tem asserere, calcatis omnibus fœderibus, con-

temptisq; düs eorum testibus, non alia spe fraci
 quā nostrae clementiae, cui nullus pœnas daturi
 essent aut leuisimus, adducibarq; ex ipse ma-
 iorum exempla, qui Albam unde ipsi omnesq;
 Latini populi deducti, quia uidetur inuidere
 ipsorum felicitati, et prima uenia ad nouas in-
 sidias abutit, una dic delendam decreuerint, exi-
 stimantes perinde esse, nullum mediocre peccatum
 dignari uenia, ex in nullum enorme atq; incor-
 rigibile animaduerteere. id enim esse stultæ cuius
 dam indolentie, non humanitatis ex modestie,
 in autoribus sui generis coloniæq; immodicam
 ac intolerabilem inuidiam non pati, ex eandem
 ferre in cognatis, ex post multatos patria de-
 prehensos in leuioribus criminibus, ob irreconcil-
 iabile odium præ se ferentibus nullam pœnam
 exigere. His dictis enumeratisq; mnibus Latini-
 norum defectionibus, ex reducta in memoriam
 multitudine eorum ciuium qui superioribus bel-
 lis Latinis ceciderant, aiebat quam Albani
 dederat pœnam meritos, ut dirueis oppidis ager
 ciuibus Romanis diuidetur. Latinorum uero
 quoiquot benevolentiam declarassint erga Ro-
 pulum, in columbus facultatibus ciuitate do-
 nari debere, defectionis uero autores ex fædoris
 uiolatores securi ut prodiores percuti, reliquum
 uulgas egenorum otiosum ex inuile in manci-
 piorum haberi numero. Ha facie primiorū se-
 natorum senectia, è quibus Largy maxime di-
 etatori

Etatori placuit: ex nemine post contradicente legati in senatum reuocari sunt, ut responsum accipere. Tum Posthumius exprobrata eis inemendabili malitia, Nos quidem, inquit: digni estis extremis calamitatibus, ut qui si successisset quod sorties terastis, nos nihil tractassetis mutius: sed non est Romanum iuri & quietate postponere, cognationis respectu, ex quod confugiisti ad offensorum misericordiam: ideo hoc quoque peccatum impune uobis erit, in gratiam deorum quibus cognationis iura curae sunt, ex fortunae incertae penes quam opes sunt. Nunc igitur ite absoluti omnino ex liberi. ubi uero captiuos dimisceritis, per fugas dedideritis, exules eiaceritis, cum de amicitia societateque legatos ad nos mittite, imperaturos quicquid equum est. Cum hoc responso dimisi legati post paucos dies reuersi sunt captiuis remissis, adducentes quoique potuerunt trans fugas, exilibus etiam pulsis cum Tarquinio: pro quibus meritus a senatu in pristinam societatem amicitiamque recepti sunt, renouato per facias federe. Hic finis fuit belli quod cum tyrannis post eorum electionem per quatuordecim annos gestum est. Tarquinius rex solus suo generi superstes, nonagesimo secundam etatis anno liberis orbarus ex genero, senectamque uel inimicis miserabilem tolerans, neque Latinis intra oppida cum recipientibus neque Heeruscis, neque Sabinis, neque ullo alio propinquuo ex libero populo, in Campania Cumas

se contulit ad Aristodemum cognomine *Mallacum* Cumanorum tyrānum, apud quē paucis postquā uenerat diebus uixit, & mortuus ab ipso sepultus est. cuius comitum exulum pars Cumis māsit, pars per alios populos dispersi in exilio uitā finierūt. At Romanis ab externo bello quietis domi seditio nata est, restituīs per senatum iudicij, & cōrouersij quae propter bellum dilatae fuerāt, ad iudicis reuocāis ut dirimere-
tur legibus. nō perplexae de ære alieno lites mul-
tas grāves & pēstates excitabant, dum plebejū se
non esse soluēdo impudenter fingunt, causantes
agros ob bellorum diuturnitatē tot annis incul-
eos, abacta pecora, mancipiorū captiuitates &
erās fugia, rām familiarē exhaustā impēsis mi-
litiae: s̄ generatores cōtrā referunt cōmunes omnium
fuisse h̄is calamitates, nō solis incubuisse debi-
toribus, negantes se ferre posse, si rebus suis per
bellum spoliati ab hostib⁹, insuper ea quoq; co-
gantur perdere, que tempore pacis ciuib⁹ ege-
nis munēum dederint. itaq; dum hi nihil de iure
suo remittunt, illi iura nihil faciunt, his etiam
usurpas reposcētibus, illi ne caput quidem debiti
per soluebant. inde iam cœius & circuli fiebant
eorū quos similitudo querelarum cōtraheret. &
in foro cōglobati ex aduerso stabant, incredum
nō temperantes manibus, cōurbato omni ciuili
ordine. Hec uidens Posthumius, cui etiam cum
honor habebatur ex equo ab omnibus, externo
bello

bello ciuiles tempestates sedandis censuit: ex priusquam imperij sui tempus exire eiurata dictatura, ex indicto comitiorum die, una cum collega consule magistratus constituit. ita de novo consules annum legiimumq; magistratum assumunt, Ap. Claudius Sabinus, P. Seruilius Priscus. qui scientes nihil esse magis è Republ. quam turbulentam plebem ab urbe in externa bella abstrahere, expeditionem in Volscos, cuius alter ipsorum dux sit apparant, ueluti quod contra se Latinis auxilia mississint, ex nondum satis paratos præoccupaturi. nuntiabatur enim ex illos exercitum magna cura conscribere, ex propinquas gentes ad belli societatem per legatos solliciare, cognito quod plebs dissideat à patruis, ex spe concepta facile excindi posse urbem laborantem seditione domestica. Ergo postquam ex senatus quoq; sententia uisum est consulibus expeditionem facere, edixerunt ut omnes militaris statis ad cereum tempus præsto essent daturi nomina. cumq; delectu cœpio plebey citati non parerent, ex sacramentū recusarent, non conueniebat inter cōsules, ex iam inde toto magistratus tempore discordes fuere. Nam Seruilio placebat minorē uiam ingredi, iuxta M. Valerij popularissimi ciuis sententiam: qui censibat medendum seditionis principijs, decreta remissione aut diminutione debitorū, si fieri possit, sin minus, non permittendo tunc in neruum duci eos qui non

L 4 sol

soluissene ad præsticulum terminam: ex persuadendos potius quam necessitate adigendos ad sacramentum inopes: pœnas quoq; iussa deere. Et anibus non graues et immites infligendus, quasi in ciuitate unanimi, sed moderatis et aequitati conuenientes. Periculum enim esse nec in facto ad insolens aliquid se uertant homines quoridam uictus indigi, si cogatur militare sumptu proprio. Appi uero qui præcipuus erat factionis optimatum, sententia fuit austera et rigida: nihil indulendum plebi, sed permittendam debitorum quocunq; ure ex actione fœneratoribus, et consistoria iudicum ordinanda more patro per urbanum consulem: pœnas quoq; delictorum iuxta leges exigendas: nihilq; nisi iustum plebeij concedendum, nec akendam eorum malam potentiam. Nunc enim, inquit, immodi-
 cal libertate lasciuunt, sublati tributis que ante pendebant regibus, et pœnis quas illis luebant corpore, nisi iussa celeriter facerent. quod si quid de præseui rerum statu mouere aut nouare conabuntur, coercedamus eos per sanam populi partem et sobriam, quam uieiosa longe priorem uidebitis. nec parum virium habemus in inuentore patria iussis nostris obsequientiis. sed ualidissimum celum ad conficiendam plebeiorum insolentiam est senatus potentia, quam pro legibus stancem ubi uiderint, non scriveri non posseunt. quod si nos postularis eorum
 submis

submisserimus, primò dederimus incurremus permissa plebi Repub. cum eam ab optimis regi licet: deinde periculum est ne quis ingenij et rannici uir eius fauorem ciblinditus legibus superiorum potentiam sibi comparauerit. rursum libertas nobis pereat. Ad hunc modum disceptantibus inter se consulibus non solum in priuatis colloquijs sed etiam in senatu, & uiris multis adhaerentibus, cum per alterationes ex inconditum uerborum strepitem nihil salutare decerni posset, patres re infecta dimissi sunt. In has contentiones insampto multo tempore alter consulum S. ruilius, cui sorte exercitus obiugari, multis precibus & obsequijs demerita plebe ut uellet esse belli particeps, contractisq; pro tempore copijs uoluntariorum magis quam ex necessarijs dilectibus, ad bellum exiit Volscis etiam cum in apparatu occupatis, opinantibus Romanos nec cum exercitu uenturos, ne quorum res ne domi quidem fatis pacare essent propter mutuas inimicicias, nec si quis ulro lassissim au-suros congregidi, sibi uero ineigrum effe bellum cui inferre quando libet. cum uero conera quos bellum parabatur, ipsos id inferre uiderent, territi hac celeritate, seniores honoratissimi ex oppidis progressi obuam supplices, fasq; peccatum, committiebant se in fidem & arbiterium seruili. qui accepto in usum exercitus frumento ac uestibus, iacentisq; obsidibus delectis ex nobilis-

L 8 sima

sima quaq; familia, retro abiit, finem belli credens quæ suæ dilatio uerius, donec qui cum celeritate præuenti sunt, ad id instaurandum per otium se instruerent. quamprimum enim Romanus exercitus abiit, denuo coeperunt munire oppida, & locis opportunitis praesidia disponere, ascitis in societatem sabinis & Hernicus propalam, clam uero nonnullis alijs. ceterum Latini legatos corum sociatis petenda causa ad se missos ininxerunt Romamq; perduxerunt: quibus senatus ut fidelibus & studiosis Rom. populi (ulero enim offerebant ad id bellum suam operam) cōcessit quod eos putabat maxime cupere, sed præ ueracundia non audere petere, captorum proximo bello sermè sex milia, idq; sine pretio: & quod maxime ornabat debitā cognacis munificentiam, omnes uestitos & cuiuslibet liberaliter. ceterum auxilio Latinorū negauit se opus habere. Satis sibi uirium esse ad sumendas pœnas de imperij defereoribus. cum hoc responso dimissis Latinis, bellum contra Volscos decreuit. Interim pairibus in curia consuleantibus quantis contra cum hostem opus esset copys, magno natu quidam se in forum proiecisse, pannosus promissaq; barba & capillatio squalidus, implorans Quiritium fidem. factoq; concursu ex proximo, stans conspicuo loco, ait se ingenuum ciuem & emeritum militem, post duodecim annos prælia, donaq; militaria sepe reportata, difficultate Reip

Reipublice iniquo suo tempore & alicum fecisse
ut tribuum imperatum conficeret: deinde agello
ab hostibus populo, domi re familiari per an-
nonae cariacem absimpta, cum soluendo non es-
se ductum se à sacerdatore una cum duobus filiis
in seruieum: et quia domino quiddam durius
imperanti responsasset, casum flagris affatim.
His dictis, pannusq; abiectis, ostentabat honestas
cicatrices aduerso pectore, ergumq; sedum re-
cenibus uestigijs uerberum Ad quam indigni-
tatem clamore cum lamentatione cooro, scna-
tus solitus est: totaq; urbe discurrebant inopes,
quiritantes & deplorantes suum infortunium.
Simulq; è priuatis & eis nexo ob & alienum
proripiebant se in publicum squalidi, nemine re-
tinebre audente: quos si quis uel auingeret, sta-
tim res agebatur manibus: tanta rabies plebem.
id temporis corripuit: moxq; forum erae plenum
profugis à creditoribus. Ibi Appius ueritus ne
in se, ne horum malorum autorem, multitudine im-
perum faceret, eripide fugit è comitio. At ser-
uilius abiecta praetexta procumbens cum lacry-
mis ante singulos plebiorum gratiosos apud
suum ordinem, agre persuasie cis ut illo die se
continerent, & redirent postero, promittens rem
curæ fore senatus. His dictis praconem iussit pro-
clamare, nemini creditorum licere ciuium cor-
pora in priuatum usum abducere, donec senatus
super ea re statuat: & praesentes posse abire
secure

secure quocunq; libeat: atq; ita tumultus sedatus est, discedente è foro populo. sequeti die summo mane non tantum urbana plebs aderat, sed etiam vulgus uicinorum agrestium: coactoq; senatu ad consuliandum quid in negotio tali opus facto sit, Appius colligam popularem uocabat & ducem insolentiae inopum: contra seruilius illum austерum & arrogantem, causamq; malorum præsentium. nec finem faciebant altercandi, donec Latini equites aduolarent in forum nuntiantes Volscos infido exercitu uenire, iamq; transisse Latium terminos. Ad quem nuntium ordo paetiorum equitumq;, & quaneum erat diunum uel nobilium, ut in summo periculo arma capiebant celeriter, egeni uero prescrevit obserari, nec arma curabant, nec ullam Recipub. nauabant operam, gaudentes insuper & grata bellum exēnum accipientes, quasi per id inuenturi finem malorum præsentium: & si quis eos horaretur ad defendendam patriam, catenas ostentantes ac compedes cum iurio rogabant, ecquid horum bonorum causa pugnare & quum su. nec debrane qui auderent dicere, satius esse apud Volscos seruire, quam perferre paetiorum iniurias. interea tota urbs strepebat, rescrebat ciuitati & lamenis mulierum. Id uidentes Patres alterum consulum seruilium, cuius in eo rerum statu grauior uidebatur autoritas, obsecrabant ut patriæ succurreret. Is aduocata cōcione ostendebat

debat præsentem necessitatem, in qua non esse
locus ciilibus contentionibus, orans ut nunc in
hostem cane unanimes, nec patianeur cuorei pa-
triæ, in qua deos à maioribus culos, ipsorumq;
maiorum monumenta singuli habeant, quæ ho-
minibus sunt carissima: certè parentes reuerean-
tur qui se per etatæ non possint defendere: mi-
sericordiæ mulierum quibus iamiam ferenda
sunt infandæ libidines, sed maxime etatis teneras
non in has educatæ iniurias ex contumelias. ca-
cerum postquam à præsenzi periculo omnibus
connitentibus liberati fuerint, deliberandum quo-
nam modo æquabiliter ex salubriter constituta
Republ. nec diuitibus infideliæ struantur per pau-
peres, nec illi insolent forenis humilium. Hæc
enim non esse ferenda in ciuitatibus: sed fore ut
ex pauperibus ciuale nō desit auxilium, ex cre-
duorum conueniens habeatur ratio. Nam optimum in uita contra omnes iniurias remedium,
quo constet concordia ciuium, non omnino nec in
perpetuum collendum è Romana Republ. præter
morem cæsararum omnium. Hæc ex alia qua
tempus postulabat differens, postremo adiccie
nonnihil de sua erga plebem constanti beneuolen-
tia, unam reposcens gratiam, ut secum expedi-
tionem susciperent, quando penes collegam urbis
cura sit, penes se uero exercitus imperium, for-
ribus ita uolentibus. aiebarq; pollicitos sibi pa-
tres, ratum fore quicquid ipse plebi promitteret:
seq;

seq; illis uiciisim , persuasurum plebeiū ne pā-
 eriam prodane hostibus. His dictis iussit praecon-
 nem proclamare : quorquod Romanorum contra
 Volscos ductu consulis prof. Eti fuerint , horum
 domos nemimi liccre neq; retinere , neq; uendere ,
 neq; oppignerare , neq; familias eorum ullo pacto
 abducere , neq; prohibere uolentes dare nomina .
 quorquod uero deseruerint militiam , contra hos
 actionem esse creditoribus . Hec audita flexerūt
 inopes , moxq; omnes magna alacritate ad bel-
 lum se parabane . pars spe lucri exciti , pars im-
 peratoris gratia , sed plurimi ut Appium et
 urbanorum insulations effugerent . At Sernilius
 cum exercitu properat cōtinuato itinere , ut
 hosti extra fines Romanos obuiam fiat : quē cum
 in Pomptino campo tēndenī offendisset . uastan-
 temq; agros Latinorum , quōd noluissent esse bel-
 li socij , sub uesperam circa quindam tumulum
 uiginti fermē stadijs à Volscis distantem et ipse
 castra meatus est : qui noctu consulem aggressi
 sunt , rati paucos secum habire , eosq; fessos de
 longo itinere , nec proprios ad nauandam ope-
 ram propter seditiones inopum que uigere uide-
 bantur ut cū maxime . At Sernilius quam diu
 nox fuit uallo defenso , ubi prima luce animad-
 uerit ab hostibus nullos seruari ordines , ad
 unum signū simul omnibus portis immisit in eos
 militem . qui repente nec opinato casu territi ,
 pauci resistere conai ante nullum pugnantes
 contr.

contradicari sunt, reliqui effusissime fugientes,
 multis suorum amissis, plerique saucij et incermes
 intra suum uallum se receperunt. sed a Romanis
 est uestigio sequentibus circundati, post non lon-
 gam defensionem castra dediderunt mancipijs et
 pecoribus armisq; ac certero apparatu bellico
 referentissima. captus est etiam liberorum corpo-
 rum magnus numerus partim Volscorum, partim
 sociarum gentium, et pecuniarum, auri, argenti,
 uestium plurimum, hanc secus quam expugnata
 opulenta urbe aliqua: que omnia concessa milies
 a seruilio, ut unusquisque lucraretur in publicum.
 ita preda diuisa et castris incensis exercitus
 ad successam Pometiam ductus est. nam haec urbs
 amplitudine habitatorumq; frequetia, praeterque
 diuitijs et gloria precellebat, uelut genis ca-
 put. hanc obsessam noctesq; diesq; sine intermis-
 sione oppugnauit, nequid orum hosti daretur ad
 interquicendum somnumque capiendum aut cu-
 randa corpora: qua contentione effecit ut fame
 consilijq; ac propugnatorum defectu pressi ex-
 pugnari sint intra non longum temporis spa-
 riuum, omnesq; interfecti qui pubertatis annos
 attigissent. concessaque haec quoque preda milii,
 exercitus ad alias urbes ductus est, Volscis de-
 fendere non ualenteribus. ita domitis Volscis, al-
 ter Cos. Appius productos in forum cccc. co-
 rum obfides, ne quis post fidem datus ubsidibus
 confirmatam uiolare remere, uirgis casos in
 confip

conspectu omnium sicuti percussis Reuerso deinde post paucos dies collig.e & ex more triumphum à senatu ob rem bene gestam petenti obstierit, seditionis appellans & corruptorem discipline publicae. sed maxime incusabat nihil ex eius belli præda relatum in publicum aerarium, absumptraq; omnia priuatis largitionibus: persuasitq; senatu ne triumphum decernere. Tum Servilius iniuriam sibi à senatu factam existimans, præter Romanum morem se gestis arrogantiis. aduocata enim in campum Martium concione, denarratisq; rebus à se eo bello gestis & collegæ inuidia, repulsaq; quā ipse à senatu passus sit, ait se ex suis factis & exercitus laborum socij voluntate habere potestatē triumphi rei feliciter gestæ debiti. simulq; laureatis fascibus assumptis, ipse laureatus triumphali habitu procedebat in urbe, prosequente toto populo usq; in Capitolum, ubi uotis redditis dedicauit spolia. quo facto plebis fauorem sibi conciliauit, patritiorum uero maiorem incurrit inuidiam. In eam exacerbatis rebus fuerunt tamen aliquandiu tacite quædam inducia, quicunque seditione dum ciuitas patrijs sacris operatur & magnifice festiuitates concelebrat: cùm Sabini occasio nem adesse rati ex improviso eos aggrediuntur, initio noctis iter ingressi, ut adcessent priusquam sentirentur in urbe: fuissentq; uoti complices, nisi uelices aliquos à reliquo peditanu diuulsi prædæ cupid

cupidine , adortiq; uillus tumulum exciuissent ;
 moxq; cum clamore agrestiu concursus ad mœ-
 nia factus est prius , quam hostes ad portas ac-
 cederent . quorum aduenium ut cognouit popu-
 lus coronatus & spectaculus intentus interim ,
 relictis lidiis ad arma discursum est : priorq; Ser-
 uilius uoluntariorum manum presto habuit , qua
 instructa hostem inuasit sessum nocturno itinere
 & uigilia , nec expectantem Romanorum impe-
 rum . ut uero intra iactum uenium est , coocur-
 gerunt ueriq; nullo ordine p̄e festinatione ni-
 mia : sed ut sors tulit legioni legio , centuria cen-
 turiis , uiro uir occurrit , pugnabanteq; promiscue
 pedites & equites : & subueniebant utrisq; è
 propinquo qui laborantes in integrum restitu-
 rent , ut in longum tempus certamen id protra-
 etum sit . tandem Romani equitatu sibi affluere
 Sabinos fundunt denuo : muleisq; casis reucreun-
 tur in urbem ducentes magnum capi uorum nu-
 merum : conquisiatisq; intra mœnia Sabiniis , qui
 spectandi p̄e extit uenerat , occupaturi in suo-
 rum aduenium arces & loca munera cetera ut
 compositorum fuerat , omnes eruerunt in carce-
 rem . Sacra uero per tumulum interrupta duplo
 maiori quam ante sumptu ex senatus consulto
 instaurata sunt , atq; ita rursum populus erat
 in epulis & hilaritatibus . nondum finito festo
 legati ab Suruncorum gente ueniente , que
 campi campani regionem tenebat præcipuam .

hi in senatum introducti reposcebæ polscorum
 Ecceiranorum agrum, quem populus Romanus
 de Ecceiranis capiū diuiserat eius loci præ-
 sidiarijs, deduciq; inde præsidium postulabant.
 quod ni fieret denunciabantur Auruncos breui
 uenturos in Romanum agrū, et sumptuosas pœ-
 nas pro illatis in finitimos iniurijs. quibus ita
 responsum est: Renuntiate ligari Auruncis, po-
 pulum Romanum iusto bello et virtute quaesita
 tanquam res proprias solere prognatis ex scre-
 linquere: neq; timere bellum ab Auruncis, ut
 nec primum nec grauissimum nimurum assueros
 cum quibusvis cereare de virtute imperioq;, et
 si ad manus uenient fuerit, excepturos hostem
 interepide. Post hæc Auruncis cum ualido
 exercitu uenicibus Romani cum domesticis
 copijs Seruilio duce occurserunt ad Africam,
 que ab urbe distar centesimo et uigesimo sta-
 dio. uiriq; castra posuerunt in natura munitis
 montibus non mulum inter se distante, ualloq;
 circundato processerunt in aciem: collatisq; si-
 gnis à mane usq; meridiem tam acriter prælia-
 bantur, ut multi uirinque caderent. bellicosas
 enim Auruncorum gens erat, statura et robo-
 re eruciq; oris aspectu pre se ferens ferum quid-
 am et terribile. in hoc prælio laudatur equi-
 tum Romanorum opera, et in primis ducis eo-
 rum A. Posthumij Albi qui dictator superio-
 re anno fecerat. locus enim in quo pugnabatur
 non

non capiebat equites, confragosus saxeis tumulis et interrupuis profundis angustisq; uallibus, ut neueri pari equitatus qualisq; posset esse usui. Ibi Posthumius equiribus iussis descendere, ex facto sexcentorum globo, qua maxime parte legiones laborabant, ea hostes inuasit, confestimq; repressit illorum imperii. tum reiectis semel barbaris Romanos audacia subiit, accensis equitum emulacione pediebus: factoq; ex utrisq; cuncto dextrum hostium cornu impulsum est usq; ad tumulum. quo factum est ut pars in castra refugiens cedereetur ab inseguientibus, altera constanter pugnans a ergo circumueniretur. Sed his quoq; auersis ex labore per acclivia sufficienibus instabant nervos pedum ex poplites succidentes obliquis ictibus donec intra uallum compulsi sunt. cuius prophygmatorebus per vim submoris facile, neque enim multi erant, castra quoq; capta ex directa sunt, non magno labore militum. nihil precer arma equosq; ex instrumenta belli repertum est. Hæc sunt quæ gessere in suo consularu Claudio ex Seruilius. post hos creati sunt C O S S. A. Virginius Cæclimonianus, T. Peturius Genuinus, principe Athenis Themistocle, anno ab v. c. ducentesimo, sexagesimo, quorum consularus præcessit initium septuagesima secunda Olympiadis, qua Tisicrates Crotoniæ nunc iterum his C O S S. Sabini rursus contra po. Ro. maiorem quam ante parabat

M 2 exerc

exercitum, et Medullini defecerunt icto cum
 eis societatis fidere. quorum mente cognita pa-
 tricij uolebant confessim eos totis adoriri uiri-
 bus, plebe imperium decretante. que meminerat
 se totius falsam eorum pollicitationibus de sub-
 leuanda inopia. decretis omnibus irritis. itaque
 coetus paulatim facientes coniurabant non
 amplius armis iuuare patricios, et unicuique
 inopum adesse contra cuiuscunq; uiolentiam:
 apparuitq; statim ea conspiratio cum in alijs
 contentionibus et rixis, tum maxime C O S S.
 delectum habentibus. cum enim citati ad dan-
 da nomina uenire nollent, iussus est licitor unum
 quendam arripere. ac mox congregati inopes eri-
 puerunt hominem, repulsis et male multatis li-
 ctoribus. quod si quis eques aut patricius se in-
 terponeret, ne ab his quidem manus abstinebat:
 paulatimq; tota ciuitas confusione ac tumultu
 repleta est: et interim dum intus gliscit sedicio.
 foris bellum magna conatu parabatur ab hosti-
 bus, Volscis ad defectionem spectantibus, qui-
 bus sequi se adiunxerant, et crebris socioru-
 legationibus senatum solicitanteibus ne se des-
 rat obiectos in via hostibus urbi bellum inferenti-
 bus. Latini enim aiebant agros suos uastari
 sequorum populationibus, iamq; direpta ali-
 quot oppida. Crustumerie quoq; praesidiarij si-
 gnificabat Sabinos prope esse, cupidos oppugna-
 di praesidijs: alijs aliquid malum nuntiabat iam factum
 aut.

aut immensus, poscetes opem celarem. Iamq; ex
Volscorum legati aderant, à senatu postulan-
tes ut agro suo decadatur, bellum minantes ni-
fiat. Ergo consulterantibus patribus, primus sen-
tentiā rogatus T. Largius, dignitate tunc
præciliens ex prudentia, sic locutus est. Mihi
P. C. quæ alij timenda existimant ex celeri ha-
bere opus remedio, nec timenda uidetur nec ad-
modum urgentia, quæ ad opem socijs ferendam
ex arcendo hostes attinent. quæ autem illi nec
maxima mala putant, nec curā necessariā nunc
postulare, negligentes et anquām nihil danū da-
tura, ea uero mihi horronda apparent, et nisi
reprimatur celeriter extremam confusionem ex
subuersione reip. allatura, uidelicet plebiorum
inobedientia decetaniū iussa consuli, et no-
stra ipsorū erga refractarios et liberius se ge-
rentes morositas. ego certe nunc nihil aliud ma-
gis prospiciendum censco, quā quomodo sublatis
ex urbe his uitis, unanimes maiore publicae rei
quā priuata & respectu ciuitatē gubernemus: que
concors erit satis idonea iuendis amicis terren-
disq; hostibus: seditionibus uero iactata, ut nūc,
neutrū horū præstare poterit: mirum ni scipsam
confectura, et hostibus sine labore traditura
uictoriā: quod per Iouē deosq; omnes breui fo-
re opinor, si ita pergamus ut cœpimus. diducti
enim sumus ut uideris in duas ciuitates, quarū
alterā paupertas et necessitas regunt, alteram

M 3 sup

superbia & saceras. pudor autem & decorum
 ius, in quibus consistit omnis ciuilis societas, ab
 ueraq; exulant. Itaq; manu iam iura reddimus,
 & summi ius ponimus in summa uiolentia, siue
 bestie, malentes aduersarios nostro malo perdere,
 quam nostre securitati consalendo una cum illis
 manere incolumes. Hunc ego rei prospiciendam, &
 super ea consultandi censco quam primum lega-
 eos absoluuntur: quibus ita nunc responderi pla-
 cet. Volscis repeuentibus a nobis que uictores
 armis quaesuimus, & ni reddamus bellum mi-
 nantibus, dicemus Romanis honestissime acqui-
 sita uideri que in isto bello pareat sine, nec tam
 stultos esse ut uirentem fraudem suo premio, sed
 daturos operam ut huiusmodi possessiones ad ne-
 potes transcant. alioqui si ipsi nobis eas adime-
 remus, nos ipsos tractaremus hostiliter. Latinis
 uero laudata prius eorum beneuolentia timore
 eximamus inuentes bono esse animo. nunquam
 enim opem defore, donec in fide po. Rom. manser-
 int: nec passarios quidquam propice nos, sed ma-
 ture affueras eis copias quante ad defensionem
 sufficiant. Hec responsa puto fore optima &
 iustissima: post discessum auctem ligatorum aio
 primum senatum dandum urbanis tumultibus,
 idq; die crastino. hac sententia collaudata a pa-
 eribus, ligari cum iam dictis responsis profecti
 sunt. Sequenti uero die consules coacto senatu
 de corrigendis rebus urbanis ad eum reculerunt.
 ac

ac primus scenam rogatus. P. Virginius vir
popularis, media uiam ingressus dixit: quoniam
superiore anno plebs egregiam operam nauauit
reip. Volscorum & Hiruncorū ualidis exer-
citibus nos inuidentibus opposita, mihi uide-
tur eis quorum ope in bello adiuti sumus conce-
denda remissio, ut creditoribus nec in corpora
eorum ius sit nec in bona. & idem ius esse pa-
renteibus eorum usq; ad auos, natis quoq; ad ne-
potes, in ceteros ius esse creditoribus iuxta obla-
gationes contractum. Post hunc T. Largius
dixit. Mihi p. c. uideatur optimum, non hos so-
los qui in bello fortes fuerint, uerum etiam totam
plebem à contractibus liberam facere. nec enim
aliter poterimus totam ciuitatem in concordiam
redigere. Tertius deinde sp. Cl. Iudius superio-
ris anni consilium s. dixit. Quoties p. c. de hoc nego-
rio consultandum est, semper eandem obiinco
sententiam, plebi permittecdum nihil eorum que
postular, nisi iustum & honestum, neq; summi-
tendos ei generosos ciuitatis animos. neq; me ha-
cenus huius consilij praeuicit, alioquin esset mor-
talium stultissimus. si cum praeterito anno colle-
gæ dissidenti & plbcē in me concitanti resti-
terim constanter in proposito perseverans, nec ter-
tore flexus, nec precebus, nec gratia: nunc priu-
tus meipsum decicerē, & libertate laquēdi pro-
dere. ut cunq; cuiq; uestrum appellare libet hanc
animi mei libertatem, siue generositatem siue

M 4 arrog

arrogantiā, nunquam eum inducam ut malis
 uiris & alienum largiar, immo eiā autores eius
 sententiae oppugnabo alacriter, repueans quōd
 omnia uitia & dissensiones, & ut cōpendio di-
 cam, subuersio ciuitatis ex interuerso ære mu-
 tuaricio nascitur. & siue quis prudēter, siue in-
 sane quasi priuata magis quam publica specte
 commoda, siue quomodo cunq; hæc à me dicta
 opinabitur, fruatur sua ista opinione per me li-
 cet, modo mihi uicissim liceat semper aduersari
 noua instituta præter patriæ morem inducenti-
 bus. quoniam autem non de ære alieno ut agatur
 tempus postular, sed de præsentaneo quo piam
 contra seditionem remedio, dictatorē quam pri-
 mum dicendū censeo, qui pro imperio & senatu
 & plebem cogat ad consilia reipub. utilissima.
 alias nullus erit horum malorū finis. Fine Appi
 y uerborum iunioribus tremitu approbanibus
 Seruilius conradicturus assurrexit & aliquot
 alijs seniores qui parati ad hoc uenerantur: quibus
 tamen frustra obnitentibus uicis rādem Appi
 sententia. deinde consules de communi consilio,
 præter plurimorum opinionem qui Appio di-
 etaturam destinabant ut soli ad hoc idoneo, re-
 pulsō illo M. Valerium fratrem Publī primi
 consulis, ualde popularem ut apparebat, iam se-
 necm creauerunt dictatorem, rati ad terrorē po-
 testatem ipsam sufficere, ceterum miti uiro esse
 opus in tali negotio, ne rebus exasperatis exi-
 sicer

steret aliqua nouitas. is initio magistratu, &
 electo magistro eq. Q. Seruilio, fratre collegae
 Appy, in concionem vocavit populum. qui cum
 frequens adesset, tunc primum ex quo Seruilius
 magistratu deposuerat, & plebs dum ad mili-
 tiam cogeretur ad manifestariā insolentiam se
 uicerat, pro tribunali sic locutus est: Sat scio
 Quirites, nunquam uos poenitere magistratum
 genitis Valeriae, per quam a grauiſſima tyran-
 nide liberari es̄tis, & consecuti aqua omnia,
 permettentes uos arbitrio uirorum plebis aman-
 tissimorum. quare non opus est ut uos doceam con-
 seruaturos populo libertatem qui eius autores
 fuerunt, sed ut paucis admoneam, posse uos nobis
 euò fidere quicquid polliciti fuerimus. ea enim
 erat sumus in quam non cadit doli suspicio, ea
 dignitate quam minime deceat remeritas: et quod
 uita superest non alibi agetur quam inter uos, ue
 decepti possitis paenas de me sumere. uerum hac
 (ut dixi) apud uos totius rei non ignaros tace-
 bo, ut que multis uerbis non egeam. Carterū quo-
 niā merito suspectos habetis omnes, eties fru-
 strati ab alijs, qui ad arma in hostem sumenda
 uos cohortando, quicquid opus haberetis impe-
 traturos se à senatu polliciti nihil hactenus pre-
 stiterunt: idem & de me suspicari uos iure non
 posse. duabus modis fidem faciam: uel quod se-
 natu me plebis amantissimo non abuseretur
 ad tale ministerium. cùm non desine alij magis-

M s idon

idonei: uel quod nō in aliud me ornari hōc summo imperio, quām ut quae priuato uisa sint opima, & nunc ad opem uobis ferendam exequar. ccriē non est cur pueris me prudentem & doli consciū uelle uobis inferre iniuriam. quod si me puratis adeò hominum omnium nocentissimum, facite de me quod libet, tantum suspicionem istā ex animis uestris eximite: iras porrò ab amicis transferre in hostes, qui patria uos & libertate spoliare cogitant, alijsq; grauiissimis cladibus afficere, & nuniantur iam non longe abesse à nostris finibus. expedite igitur nos alacriter, & ostendite eis quod etiā inter se dissidentiū Romarum uirius potensior est quām aliorum cōcordia. aut enim non expectabūt nos si contra carmus unanimes, aut meritas pœnas dabune audacia. sic enim puratae, Volscos esse Sabinoq; qui bellum nobis inferunt, multis à uobis uictos praelijs, & neq; maiora corpora afferre, neq; fortiores animos, fricos tātum uestra discordia. ubi uero de hostibus uindictā sumpseritis, ego spondeo uobis scnatum non solum quod nunc de ære alieno concenditis ex æquo & bono concessurū, sed etiam alia uirtutis præmia. interim libera sunt omnia corpora, omnia bona Ro. ciuium, abesto ab eis omnis omnium sceneriorum uexatio cuiuscunq; obligationis nomine. qui uero forteiter certauerint, ijs probhon: stissima corona erit incoluies patriæ, nec minus honeste con-

cōtinget laus à socijs. nos quoq; ralibus eum ho-
 nestabimus pr̄emij, quæ et rem familiarē pos-
 sint restituere, et clariorē reddere ipsam fa-
 miliam. Exemplum audendi à me sumite, pro
 uobis enim periculis nūc obūciam, non secus quā
 si esset uestrum ualidissimum. Hęc dicitur ēm̄to-
 ra plebs et libinier audiū loquacium sine fructo
 ac serio, et mox pollicita est ad id bellum suam
 operam. decem legiones conscrip̄e sunt qua-
 ternorum milium. ex his teneat cōsulibus attri-
 buta sunt et equitum quātum sat era: reliqui
 dictatoris auspicia sequibantur cum quatuor
 legionibus: confestimq; maturauerunt iter, in
 Aequos T. Titurius, in Volscos A. Virginius,
 ipse dictator Valerius in Sabinos. ad urbis cu-
 stodiā cum senioribus et paucis iuniorum. T.
 Largius est relictus. cum Volscis cito debellariū
 est. fidentes enim maioribus copijs, et oblitii su-
 periorum cladiū, ne primum Romanos uidere,
 castra conculerunt cum eis: progressi q; in aciem,
 post acrem pugnam maiore clade accepta quā
 redditā, in fugā uersi sunt: simulq; castra ui-
 capia, et Velitrae expugnatae nobilis gentis eius
 oppidum, pari modo et Sabinorū superbia in-
 tra breue temporis spatiū est domita, decretūq;
 uno pralio: deinde ager uastatus et expugnata
 aliquot oppidula, unde magna præda cum re-
 rum cum corporum miles potius est. Aequi
 autem diffisi suis uiribus, postquam audiueret

deb

debellatum cum sociis, continebant se locis munieribus non ausi in aciem procedere, et quapropter erant recessantes per saltus aut iuga montium, clisis aliquandiu hostibus. non potuerunt ramen incolument exercitum reducere, castris ui captis, milite Romano auditer evadente per ardua rupium. quo facto fuga se proripuerunt ex agro Lætinorum, ac mox secundæ crebræ delitiones oppidorum quæ primo imperi tenebant, aut expugnationes etiâ, si qui obstinate arcis reuincere contenderent. Valerius re feliciter gesta ex more triumphans urbem inuenitus dimisit milites non admodum uolentes senatu, ne tam cito inopes promissa repererent. agrum Volscis ad imperium diuisit selectis ex inopibus qui contra hostem essent praesidio, et seditionem in urbe turbam minuerent. His ita ordinatis petiye a senatu, ut pronauata in bello opera quod promiserat, redderet. quo negligente rem et ut antea reclamante ipsius sententiæ, non pauci iuniores audaces conspiratione facta aduersabantur uiro in curia, etiam in foro totam eius familiam infamantes ut adulatricem plebis et malarum legum auctorem. quod ubi dictatori nuntiatum est, esse qui apud populum uociferetur eius consilii aboleri totam patriciorum potentiam, mulcum questus de iniustis eorum calumnias cum deploratione infelicis talium consiliorum exitus: et ut fieri soleat in talibus aduersitatibus, uel pre dolore, uel ue

uel ut erat praeccellenti prudentia multa uitici-
 natus, è curia se proripuit: aduocatae deinde con-
 cione sic populum allocutus est. Cum magnam
 gratiam uobis Quirites haberem ob proprieos
 ad militiam animos, maiorem eti. im ob specta-
 ram uestram uirtutem in bellicis certaminibus,
 ualde mihi curæ fuit eam uobis referre praestan-
 do que senatus nomine sum pollicitus, & recon-
 ciliando exasperatos seditionibus animos, si mo-
 nitor & arbiter utriusq; partis fierem. sed huic
 meæ uoluntati obstat quorundam non bene rei-
 publicæ consulencium & priuatis canum com-
 modis studentium obstinatio: qui numero ac ui-
 tribus ceteros superant, ipsi pro iuuenili etate
 feruidiores quam præsens rerum statu postular.
 Ego contra senex, ut uideris, similis habeo so-
 cios, consilio pollentes, sed ad ea exequenda de-
 stitutos uiribus: nec aliud nobis est reliquum,
 quam ut h. ec, quam habere uidemur, utilis recipi
 blicæ prouidentia, et a suerfa abripiantur simul-
 tariibus & disibijs parti:im, quas amb. us offen-
 dimus. nam senatus me criminatur ut plus sa-
 tis studiosum uestræ multitudinis: apud uos tra-
 duclimur quasi patres conscriptos maiore prose-
 quamur beneuolentia. Si igitur plebs prior affe-
 cit beneficio non stetisset promissis senacui me-
 rito pro me respondisse, uestrum id menda-
 cium esse, me uero alienum à culpa. nunc quo-
 niā senacui pollicita sunt irrita, necesse ha-
 beat ap.

beo apud plibem causam meam agere, non factum id consensu meo, sed suum factum ambo bus, immo mihi magis quam uobis: cui non solum ut cum alijs omnibus deceptio fit iniuria, sed priuatum etiam male audio, quasi prædam de hoste captam egenis plebeij non ex senatus senectate dederim captans propria commoda, et nunc ciuium uelint noline bona publicare cupiam: inuitioq; senatu uos absoluerm à militia preter discipline rationem, quos debuerim in hostico castris laboribus durare crebrisq; itineribus. Obijcitur mihi et colonorum in Volscos deductio, quod agrum magnum et bonum non patricijs aut equitebus largitus sim, sed egenis ex uestro numero diu scrim, et quod eos pessime habet, quadringenti uiri aut amplius censu aucti in equestrem ordinem allocati sint. Hec si mihi corpore ualenti accidissent, declarassim inimicis quali uiro contumilia facta sit. nunc quia sum maior septuagenario, nec possum me ipse uelisci aut descendere, nec uestris seditiones compescere, magistratum depono, et si qui se à me deceptos purant, eis mei corporis potestatem facio, iratcent me ut liber. His auditis tota plebs ad miserationem mora è foro discedentem domum deduxit, id quod magis etiam senatum exasperauit. ac mox uarum motus secuti sunt. inopes non amplius clam neq; noctu ut antea, sed propalatæ coetus facientes, cōsultabant de secedendo à patricijs.

stricūs. senatus uero uolens uolens iusitie consules
 nondum exercitus dimittere. habebat enim le-
 giones in potestate quod sacramento teneretur,
 nec possente signa deserere. tāta erat in unoquoq;
 iurisurandi religio. praeexbarur autē causa.
 quasi Sabini & Aequi contra pop. Rom. con-
 spirauerint. eductis deinde legionibus cum consu-
 les uicina inter se castra haberent, milites cum
 armis in unum omnes congressi autore quodam
 Sycinio Belluso, raptis signis defecerunt à consu-
 libus. nihil enim in Romanis castris habetur ue-
 nerabilius, haud secus quā denrum simulacra:
 crearisq; nouis tribunis et rei summa delata ad
 Sycinium, montem quendam occupare situm ad
 Anienem non longe ab urbe, qui nunc inde uo-
 catur sacer mons. cumq; à consulibus & tribu-
 nis reuocarentur cū precibus & lacrymis, mul-
 ta interim pollicentibus, respondit Sycinius: quid
 uobis uulcis patricū, nunc eos reuocantes, quos
 ipsi expulisti patria. redactos è libertate in ser-
 uitium? aut qua fide promissa uestra firmabis,
 toties deprehensi in mēdacio? si ita placet, ut so-
 li urbem habeatis, abite, non crunte uobis molesti
 humiles & inopes. nos contenti erimus quacūq;
 terra ubi libertatem iueri licebit, eamq; pa-
 triam nobis puebimus. His in urbem renuntia-
 tis magnus tumultus fuit & cōploratio discur-
 susq; per vias, plibeyūs urbem deserere parati-
 bus, patricūs eam à proposito diuertere conan-
 tibus

tibus, aut per vim retinere invitos etiam: eratq; clamor circa portas & trepidatio, nec dictis fa-
ctisq; temperabatur hostilibus, nulla etatis, a-
amicui&, dignatis, uirentis reverentia. rejectis
deinde custodibus exitum, quod pauci non ua-
larent subsistere contra imperium multitudinis:
cum uero magna pars plebis se effundebat, ut
capta urbe plorantibus qui relinquebantur, non
sine incusatione mutua desolari urbem uidentiu-
secutae sunt consultationes multae, & accusa-
tiones eorum qui causam secessioni prebuerant.
per idem tempus & hostes prætabundi excus-
reabant usq; ad moenia. sed qui defecerant mili-
ties contenti frumentum in propinquos agros pe-
tere, cætera temperabant a malificijs, sub diuo
manentes & receptantes confluencem ad se
tam urbanam plebem quā agrestium è castellis
finitimis, crescente in horis numero. refugiebant
enim eò non hi soli qui iudicia miseri. usq; inde
secuturas uitabant, uerum & alia turba otio-
forum ac segnium, nec habetium unde satis fa-
cerent suis cupiditatibus: cum eorum qui malis
artibus studibant, aut inuidebant felioribus,
uel quacunq; de causa iniquo animo feribant
præseniem statum recipibile. Ne patricij tan-
to malo actioni meminibant ne illi prima quaq;
occasione cum externo hoste conuncti facerent
in urbem imperium: ac uelut signa dato armati
una cum familiaribus & clientelis, pars uita
seruat

seruabant quā timerent adueniū hostium, pars
 castella proxima occupabant præsidūs: alij ca-
 stramentati sunt pro mœnibus. qui uero propter
 senium nihil horum facere poterāt, in mœnibus
 sunt dispositi. postquam autem urbani cognoue-
 re, secessores nec hosti se adiungere, nec agros ua-
 stare, nec quidquā dāni dare quod alicuius mo-
 menii esset, desierunt metuere: & mutata senti-
 tia deliberabant quibus recōciliari possent con-
 ditionibus: uariatumq; est in senatu inter cōsu-
 lares, maximis nati modeste differentibus &
 pro ratione præsentis tēporis: non malitia seces-
 sisse plebē, sed pareim compulsam calamitati-
 bus, pareim inductam à malis consiliarīs, &
 ira magis obsecutam quām sano iudicio, ut fie
 in imperita multitudine. præterea ipsos patres
 sibi consciōs, quod pleriq; male consuluerint rci-
 publicā, & correctionē erratorum iam requi-
 rere, modo detur honesta occasio. cum igitur pre-
 se scrant pœnitētiā, si bona spe in futurum con-
 cepta impunitatē eis decernant, & honestas
 conditiones præscribant, fore ut illi quoq; con-
 tenti sint in proprias sedes se recipere. orabant
 deinde ne præcillentes cætero, deteriores essent
 quantum ad iracundiam, néue expectarent do-
 nec tempus partes conciliet, dementibus neces-
 sitate coactis sapere, aut minore malo maiori
 mederi traditis armis, deditisq; in seruitutem
 liberis hactenus corporibus, id quod uideatur

penè impossibile. Quod si modeste se gerant patres, initium ab eis fore consiliorum utilium, ipsosq; priores reconciliationem tentaturos, reputantes quòd ad patricios magis reipublicæ cura pertineat, et bonos uiros deceat pacis et amicitiæ principium querere. Maistatam porrò senatus non eo detrimentū accepturam, quòd necessarios casus ferens fortius, iuxta sequatur consilia, sed si per iracundiam cladem recipub. afficeret. Insenorum autē esse, magis decoro quam salutē consulere. Optadum enim uerunq;, si possint simul contingere. quod si alterutro cōdendō sit, honestati præferendam incolumentem us magis necessariam. Huc dcniq; tendebat horum admonitio, ut legati mitterentur acturi cum successoribus de amicitia, quando erratum corum non sit immedicabile. Placuit id senatu: moxq; electi ad eam legationem maxime idonei missi sunt in castra cum mandatis, ut quererent ab eis, quānam re opus habeant, et quibus legibus in urbem redire postulent. Si enim equa pereant et possibilia, nō habituros senarum difficultem nunc si positis armis in urbem reuertantur, cum impunitate oblivionem offensarum in posterum ei concidere: quòd si strenuam operam reip. præsticerint, et pro patria periculis se fortier cibicerint, non defuerat honesta et commoda præmia. His mandatis expositus apud exercitum legati orationem adsecerunt conuenientem ejusmodi

ei tempori. Respuerunt eam invitationem secessores grauiter inueti in patriciorum morositatem ac superbiam: quasi uero ignoraret quibus rebus plebs opus habet, aut quanta necessitate coacta sit secedere. largiri eos sibi secessionis impunitatem, quasi et penes illos adhuc sit, cum egant ciuium auxilio contra externum hostem iamiam affuturum cum totis viribus, contra quos ne nullum quidem possint attollere, qui nunc ipsorum salutem putent non tam sibi fore bono, quam ferentibus opem cōmodo. postremo sic orationem clauserunt: scire ipsos in qua necessitate constituta sit ciuitas, et breui intellecturos quales habituri sine aduersarios: multa minati insuper. ita legati infectare ad patricios reuersi exposuerunt quid responsum sit. Tum uero in urbe multo magis tumultuari et trepidatum quam prius: et neque senatus expediebat malorum remedium aut dilationem aliquam, principibus patrum nihil aliud quam inter se altercabitur: neque plebs urbana que adhuc detinebatur patriciorum fauore aut desiderio patriae, sui perstabat similis: sed hi quoque clam'ue palam'ue magna ex parte diffugiebant, et nihil firmi uidebant reliquum. Interea consules, quorum magistratus pauci menses supererant, indixerunt comitia. quorum tempus ubi aduenit, cum tam deberent in campo ferri suffragia, nemine illum honorem ambiente, ac ne uliro quidem

oblatum admittente, ipse designauit cōsules qui
 cum magistratum iam antē gesserant, uiri ex
 & quo grātiosi apud optimates ac plebē. Posthu-
 mius Cominius & Sp. Cassius, quorum auspi-
 cijs Sibini dibellati fuerant. Horum consulatus
 incidit in septuagesimam secundam Olympiada,
 qua uicit stadio Tisicrates Crotoniensis, princi-
 pe Ahenis Diogneto. Hi cū maturius solio
 consularum inissent Calend. Septembribus, ante
 omnia reculcrunt ad senatum de plebis reditu:
 primumq; rogaerunt Agrippam Menenium,
 uirum stāta etate insigniq; prudentia, sed mā-
 xime laudarum quod honeste se gereret in cura
 reip. mediis inter partes, nīq; superbiam souens
 optimarium, nīq; plebi permittens licentiam:
 qui ad pacem horians sic locutus est. Si omnes
 quoquor hic adestis P.C. eandem menem ha-
 bereis, nec esset qui obstarce paci cum ple-
 be quibuscumque componende conditionibus.
 & de his tantum consultandum esse, pau-
 cis exponrem quid ego censem. nunc quo-
 niam quidam de hoc ipso ambigune, utrum sa-
 tius sit reconciliari plibi, an bellum cum ea
 gerere, non uideor mihi facile in pauca uer-
 ba conferre meam sententiam: sed neesse ha-
 beo prolixiore uero oratione, ut intelligatis eos
 qui inter nos à pace abhorrene, parum reip.
 prespicere, & manter nos terrere obiectis
 leuibus incommodis facileque medicinam ad-
 nūscēti

miserentibus, maxima uero & incurabilita mala negligere: quod non aliam ob causam faciunt, nisi quia magis iram quam ratione in consilium adhibet. Quis enim dicere istos praeuidere quid utile aut possibile, qui putant ciuitatem hanc cuius tam late patet imperium, ut inuidiosa & grauis sit finitimus, posse in officio continere aut incolumes si ruare gentes subditas absq; ope plebeiae multitudinis: aut pro hac quæ secessit, aliam meliorem introducere, quæ foris pugnet pro imperio, domi quiete degat, neuerobi discdens à modestia. quid enim aliud possunt dicere, quo freti à pace nos dehortentur? quam autem utrumq; hoc stultum sit, uobisipsis considerandum relinquo, repurantibus post discessum infime plebeccule non ferentis quosdam inciuit er abuenties suis calamitaribus, que tamen nihil uobis mali nec facit nec cogitat, eaneum honestam pacem expectans, multos esse uobis male uolentes qui cupide arreptas occasione inflan-
tur, iactantes hoc esse illud tempus operatisimum, quando imperium uestrum cruciere da-
bitur. Nam Aqui, Volsci, Sibini, Hernici, hostes nostri perpetui, & nunc recentibus ex-
asperati cladibus, agros nostros sibi diuidendos spe precipiunt. Campanie uero Etrurie &c; quic-
quid dubia fide reliquimus, aut aperie desciscunt
aut occulte defectionem cogitant. Quin et Latinorum cognata gens uideatur parum constans in

N 3 offic

officio, & fide amicitiae, uerum eius quoq; magna pars nuntiatur laborare nouarum rerum cupidine, quarum pleriq: omnes natura sunt audi. Nos qui nuper alijs arma inferebamus, nunc ipsi obsidemur, aruis sine simiente relictis: prospicimusq; villas diripi, predas abipi, servitiae transfugere, nec possumus his malis occurvare. & haec patimur adhuc sperantes cum plebe concordiam, scientes in nobis situm uno semper consulio seditionem componere. nec melior est rerum nostrarum status domi quam foris. nam neq; sociorum auxilijs instructi sumus contra externam uim, neq; ipsi prope urbanorum infrequenciam ad arcendam sufficiimus, insensis nobis tot gentibus. atq; in hoc ipso modico & imbelli numero maior pars plebeia est, quotidianis operarum mercedibus se sustentantes clien- tes nostri & opifices, non admodum firmi custodes periclitantis optimatum regiminis. ad haec crebri ad secessores transfugae & reliquos omnes suspectos faciunt. Sed super omnia commatus per hostes interclusus fame nos iam territat: quod si accesserit inopia, magis etiam terribit. praecepsa bellum nunquam sinit animos nostros conquiescere: & quod molestissimum est. mulierculae secessorū paruuliq; pueri & parentes senio cōficti, habitu squalido ac miserabili oberrare per foras & cōpita, plorantes, supplicantēs, tangentes dexteram uniuscuiusq; atq; genua- lamen-

lamentantes suam præsentem, & magis etiam
 futuram desolationem, miseranda & non ferenda
 specie. nemo enim tam immanis est ut ad horum
 aspectum non turbetur animo & afficiatur ho-
 minum infortunio. quapropter si plebecys fidere
 nolumus, tollenda sunt è medio & hæc corpora,
 partim obfitioni ferendæ inutilia, partiim dubie
 fidei quibus expulsis quid virium reliquum erit
 ad urbis custodiæ? aut quibus auxilijs fricti au-
 debimus aduersus tot simul ingruentia mala re-
 sistere? nam proprium nostrum refugium & uni-
 ca firma spes, robur pauciorum paruum est ut
 uideris, nec dignum ob quod de nobis sentiamus
 magnifice. quid igitur belli ferendi autores uel
 ipsi delirant, uel nos decipiunt, ac non potius
 aperie suadent, sine sanguine ac labore urbem
 inimicis iam nunc dedere? At fortasse ipse na-
 niloquus non timenda timet: ceterum urbi nihil
 aliud accidere potest quam mutatio res non ma-
 gni negotij, quod facile sit ex quibusuis gentibus
 & locis mercenarios colonos & clientelarum
 uulgas recipere. hoc enim est quod plerique iactat
 plibus aduersarij, per Iouem non omnino ut ipsis
 uideatur stolidi. nam eò stultitia iam uenit est.
 ut pro salutaribus sententijs afferantur uota
 inania. Quos ego libenter rogarerim, quantum
 temporis nobis ad ista exequenda concedatur,
 hoste imminente urbi cù proximo. aut quam ue-
 niam mereatur cunctatio in expectandis auxilijs,

N 4 aduersus

aduersitatibus nostris nil cunctantibus? aut quis
 more alium immortalem aliumue interim nos tunc bieur,
 dum per otium undecunq; conerat hanc et huc
 adducuntur auxilia. Iti uero qui relictæ suæ
 quisq; patria commigrabūt ad nos, qui tandem
 erunt? Virum domi diuines et honorari uel ma-
 iorum suorum nobilitate uel uirtute propria? Et
 quis sustineat relictis domesticis bonus alieno-
 rum malorū turpiter fieri pareiceps? Non enim
 ut pace ac delicijs una nobiscum fruantur huc
 uenient, sed ad bellum et pericula, quorum in-
 cereus exierit. An plebeiam et lare carentem
 introducimus multitudinem, expulsæ hinc simi-
 lem, uidelicet æs alienum et mulierationes ac
 huiusmodi male libeneer quocunq; secum trans-
 laturam: quam ut demus alioqui frugi et mo-
 destam fore, certè uel hoc ipso plibe nostra longe
 deterior erit, quod aliena à nostra consuetudine,
 uitæ ratione, moribus, legibus, institutione, omniū
 harum rerum imperita, male nobis conueniet.
 Et indigenarum liberi, uxores, parentes, alijs uel
 affectus hic sunt obsides, atq; adeo naturalis soli
 desiderium, quod omnibus mest necessariò, nec
 potest eximi. At accersitum istud et inquili-
 num uulgas si nobiscum cohabiter, cum nihil tale
 hic queat ostendere, nihil boni habebit pro quo se
 exponat periculis: nisi quis eis promittit agros
 et pariem urbis ad domicilia, spoliatis horum
 possessoribus: que etiam ciubus ægre cōcedimus
 post

post multa pro Repub. certamina. ac fortasse ne
his quidem solis contenti fuerint, aff. Et aturi
etiam honores & magistratus, aliarumq; be-
narum rerum communionem ex aequo cum pa-
ritijs. Ita fiet ut si non concesserimus quicquid
postuluerint, inimicos eos habeamus: si uero
permiserimus, percat Republica, à nobisipfis
peſſundata. raceo quod corporibus bello idoneis
nunc opus habemus, non agricolis, nec operarijs,
nec negotiatoribus, nec opificibus sellularijs, qui
bellando discant bella gerere. durum enim est
non assuero periculum facere: quales utiq; crune
isti collectanei ex omnibus nationibus. at mili-
tare auxilium neq; usquam video, neq; si se ex
improviso offerret, suaderem recipiendum intra
mœnia, cum constet multis urbes oppressas à suis
præsidij. Hec sanè atq; alia iam dicta confide-
rantes, simulq; iunctantium nos ad concordiam
memores, quodq; non nouo exemplo pauperes
dissideant à diuitiibus, humiles à nobilibus, sed
in omnibus ut ita dicam paruisq; magnisq; ci-
uitatibus male inter plus & minus cōueniat, in
quibus Reip. præsides moderatione scruerunt
patruis, superbia uero & sua bona & sese per-
diderunt: & quod quicquid ex multis partibus
constat, aliqua uitiosum sit necesse est: præterea
neq; in humano corpore semper resecandum mem-
brum uitiatum, ne faedetur reliqui species, &
natura breui deficiat: neq; à ciuili societate

N s malo

malo aliquo infectam partem excludendam continuo : quod alioquin paribus paulatim depercuntibus uniuersitas ipsa consistere salua haudquam ualeat : postremo cogitantes necessitatibus uim , cui soli coguntur uel dij cedere, ferte & quo animo forenta uicissitudines , neque quasi semper suuri compotes uotorum sumere arrogancia & inscitia , sed fletimini & cedite , exemplo felicium consiliorum non aliunde sumpro quam à nobismetipsis . Oporice enim cum ciuitates , cum singulos uiros cum scipisis concendi , operamq; dare ut posteriores corum actio- nes à prioribus non degenerent . Ergo uos ipsi multos infensissimos hostes sub iugum redactos neq; occidistis neq; expulstis è sua patria : sed domibus & agris redditis siuistis eos retinere sedes pristinas , nonnullis etiam ciuitatem largiti & ius suffragij : quodq; magis mirandum est , uestrorum ciuium mulieris , post grauia pec- cara in uos admissa , paenam remisistis conuenit in aurores iram effudisse , ut missis colonis An- temnas , Crustumeriam , Medulliam , Fid.n.u.s , mulierisq; alijs . quorsum enim attinet omnes enu- merare , quos ui captos moderate castigasti & ciuilicer ? nec ullum unquam ciuitati aut periculum aut dedecus inde accidit : sed laudatur uestra clementia , in tuio est hac parte ciui- tas . Et qui hostibus pepercisti , cum amicis pugnabieis ? qui perdomuisse multam remisisti , propug-

propugnatores imperij uestris male multabitur? qui urbem uestram praebetis omnibus eò refugientibus tuum reccipaculum, sustinebitis indigenas ex ea pellere, cum quibus diurnam habuistis consuetudinem, pariter educari, communium aduersitatum & felicitatum bello paceq; particeps? Non, si quod iustum est & uos deceat uolueritis facere, & sine ira quid utile sit iudicauensis. Dixerit aliquis: Nobis quoq; placeat sedari dissidium, & uehemener id cupimus. sed quoniam modo id faciendum ostende si potes. Vides quanta sit in plebe arrogancia: qua cum prior nos leserit, iam non dignatur legatos de pacere mittere, ac ne nostris quidem responderet humane & ciuiliter, sed tamen fastu minatur, nec quid sibi uelit coniectura est facilis. Audite igitur meum consilium. Ego neq; plebem tam insensam nobis existimo ut reconciliari non cupiat, neq; facturam qua minatur, hoc inde coniiciens, quod dictis facta non respondere videam: immo puto tam pacis magis quam nos cupidam. nos enim habitamus carissimam patriam, rem familiarem, domos, parentes, omnia que magni faciunt homines, in potestate nostra habemus. illa exul aris focisq; caret, orbata propinquis necessitudinibus, ne quotidiano quidem uictu suppetente. Quod si quis roget, cur igitur misera neq; nostras invitationes admittit, neq; per legatos nobiscum agit? ei hoc tantum reser

referam: quia per louem cum semper eadem uerba à nobis audiat, nihil postea uel humanitatis uel equitatis uidet quod re illis respondeat: Et proinde uerbis solis se lactari existimat, nobis semper prouisionem aliquam pollicentibus, nunquam pollicita præstantibus. nec potest animum inducere ut legatos mittat, uerita ne propter istos accusatores suos quotidianos repulsam patiatur. Aut forte insanae coniunctionis id uitium est. Nec mirum, quando hoc peruicax contentionū studium aliquot nostri ordinis occupauit, et vulgari uirio nolunt aduersare parti cedere, sed quocunq; modo uincere, nec prius largiri beneficium, quam accepturos obnoxios sibi fecerint. Hac sanctè reputans censeo legatos ad plebēmittendos ex his quibus facilime fidē habitura sit, dandimq; eis potestarem res componendi conditionibus quibuscumq; ipsis æquum uisum fuerit, nihil ad senatum referendo amplius. Ipsi enim se præbebunt faciles, qui nunc uidetur nos uelut è sublimi despicere, ubi senserint serio uos studere concordie, et ad equiores condescendente conditiones: nihilq; in honestum post labore nec impossibile. Sic enim natura cōparatum est, ut uel modestissima ingenia exasperantur irriter a contumelijs, sed eadem facile mitescant officijs. Hac Menenij dicta murmur exceptis, patribus per partes capita conferentibus: et qui plebi æquiores erant se se inuicem cohortantibus ad omnem oper

operam nauandam quo plebs reducatur in patriam, quandoquidem ducem ad id se prabeat nobilis: mus factionis optimatum: diuersae autem sententiae hominibus, qui nihil omnino uolebant mutari de prius statu Reip. cum nullum expeditarent presentaneum consilium, non libenter discederibus a proposito, nec tamcn uolentibus in copersistere: integris porrò ex neutri factioni deditis, pacem cupientibus, ex id unum spectantibus quomodo praecaueri posset obsidio. postquam autem omnes conticuerunt, maior consul laudata ingenuitate M. n. c. et ceteros etiam horeatus ad capessendam curam Reip. libereq; promendum quicquid sentiant, ex equedum que comprobata fuerint, sequentem nominatim rogauit M. Valerium, fratrem unius ex patriæ liberatoribus, virum optimatum nemini secundū populari gratia. Qui cum assurrexisset, primū com memorauit patribus acta sua ciuilia ex sāpe se predixisse his calamitates, alijs uerba sua nihil facientibus. Deinde suadebat paci reclaman- sibus, non ut aequitatis rationem haberent, sed quandoquidem seditionē non passi sint eximi ex urbe priusquam glisceret, nunc salicē dispicerene quomodo tolli queat quātocyus, priusquam iam adulior fortasse insanabilis fiat, aut certe curauit perdifficilis, magnam aliquam calamita- tem ipsis afferat. I'libis enim postulata nūc alia fore, nec uideris statuam inira eosdem quos antē
serm

terminos, ex aris alieni remissionem canum per-
tituram: sed fortasse aliquid etiam auxiliū, quo
rata permaneat in posterū. Dictatura enim in-
troductiona in Remp. antiquatam legem per quam
libertas eius antea saria recta fuerat: quae nō su-
nebat ciuem indemnatum à quoquam interfici, aut
plebeios in neruum adiudicari patritijs, sed pro-
nocationem eis cōcedebat ad populum, absoluens
dis dynnandis' ue ex eius suffragijs. Aliā quoq;
potestate plebi penè in totum ademptam, que
penes eam fuerat superioribus seculis: quando nec
triumphiū à senatu imperare potuerit uiro ne-
mini uirtute secundo & hoc honore dignissimo
P. Scrutio. quapropter uulgas offensum merito
male sperare de securitate sua, quando nec con-
sulis nec dictatoris fauor sibi profuciebat, adeò ut
magistratus ipsi ob id studium incurriterint con-
sumeliam. Quae omnia clam effecta non à gra-
tiosissimo quoq; ordinis patritijs, sed à contume-
tiosis quibusdam & iniustorum lucrorum au-
dißimis: qui ciuibus mutuari pecuniam magno
furore oppressos abduxerint in scrutium, &
cruda iiter eis ac superbe dominando alienauerint
uniuersam plebem ab optimatisbus: & factione
confaraduce Ap. Claudio, uiro paucorū poten-
tiae studioso & insensō plebēijs hominibus, illius
opera subuertane Remp. & nisi sanior senatus
pars id genus impedimenta repulerit, periculum
esse urbi ne diripiatur & diruatur ab hostibus.
post

Postremo probari sibi dixie senectiam Menenij,
et ut propere mittatur legatio. Legatos uero
rentare an possint arbitraiu suo seditionē com-
primere: quod si plebs ablatas conditiones dedi-
gnata fuerit, ipsos quascūq; illa dederit accipere.
Post hunc rogatus est sp. Claudio, aduersa
plebi factionis vir multum sibi psc tribuens, nec
omnino immerito. nam et quotidiana eius uita
sobria fuit ac uenerabilis, et generosus in admis-
tistrandis rebus animus, dignitatis optimacium
conscrudande studiofissimus. Is occasione arrepta
ex concione Valerij, uerba fecit in hunc modum.
Rectius existimationi sue consuluisse Valerius,
si contentus suo loco sententiā dicere, temperaſ-
ſet ab incusandis diuersum sentīcibus. Sic enim
poterat nihil audire de suis ipsius uitis. nunc
quoniam ei non fuit satis id cōſulere, quod nos in
tererrimorū ciuium seruitutem coniūciat, uerum
etiam in sibi aduersaries inuectus, in me quoq;
uelitus est, ualde mihi necesse est ad hæc re-
ſpondere, et primum ad ea quibus me calūnia-
rus est. Exprobrait enim mihi nec ciuile nec li-
berale studium, quod lucra cōſecter modis omni-
bus, mulcosq; pauperes libertate spolianerim,
quodq; non minima causa ſeſſionis plebis ſim.
quorum nihil uerum eſſe neq; ſanum facile uo-
bis ostendero. Dic mihi Valerī, ſcī atquem à
me nexum ob alienum eſt? quos unquam cines in
ueruo habui, aut nunc habeo? quis ē ſeſſoribus
propt

prope*c meam crudelitatem aut auariciam caret patria?* certe proferes neminem. Tantum enim abest ut alicuius ciuis libera*cum ob&es alienum oppressem, ut mulios eiam de meis bonis subleuauerim, remisso debito, nec unquam quenquam qui soluendo non esset in servitutem vindicauerim: sed omnes per me sunt liberi, omnes gratiam habent ut clienes & amici deuineti summa necessitudine.* Nec hoc dico in accusationem eorum qui non idem faciunt, sed quod legibus permitteuntur facere: uerum calumniatori ad meum crimen respondco. Quod autem morosum me appellauit & antesignanum malorum hominum, infensumq; plebi & paucorū potentiæ studiosum, insimulans quod ope*matibus faueam, cōmuniā hæc mihi uobiscum sunt crimina, quo* quos cum suis ipsi meliores detrectatis deteriorum imperium, & quā à maioribus accepistis Remp. non fertis degenerare in uilissimam omnium speciem popularis regiminis. nō potest enim iste opussum administrationē significare paucorū potentiæ nomine, ut res per se bona nouato vocabulo adducta in inuidiam percat: nos iustius & uerius exprobraremus ipsi ambitionē & affectionem tyrānidis. constat enim sermè omnes tyranos ex plebis adulatoribus fieri: & expedita via est ad opprimendam ciuitatis liberaic, que per fauorem pessimorum ciuium dicit ad potenciam: quos iste semper coluit, ac ne nunc quidem dissi-

desinit, stitis uos ipsi nunquam hęc ausuros fuisse
 uiles et abiectos homines, nisi ab hoc magni-
 fico amatore patrie concitatos spe non impuni-
 tatis solum, uerum etiam posterioris conditionis
 quam antea. Et hęc uere dici ex ipsis uerbis
 potestis colligere, si meministis dum uos bello ter-
 rret, et reconciliationē esse necessariam uelle
 ostendire, negasse conuenios fore pauperes aris
 alieni remissione, sed postulaturos aliquod au-
 xilium, nec imperium nostrum ut antea laturos.
 postremo suāfisse ut boni consulueremus et per-
 mitteremus plebi quascunq; leges redditus, nullo
 honestarum inhonestarumque, iustarum iniusta-
 rumque discrimine. Tanta arrogātia repluit in-
 sanum uulgas uir senex et nostro fauore omni-
 bus defunctus honoribus. Id uero te dignū erat
 Valeri, alijs falsa probra obūcere, cū ipse et ali-
 bus sis obnoxius criminibus? Si d̄ hęc corrā istius
 calumniā sufficerint. Quod uero ad präsentem
 consultationem attinet, mihi uidetur iustum et
 p̄ Ro. dignum nobisq; utile, si quemadmodum à
 principio dixi, et nunc quoq; cōstanter eadem
 affeūcro, non confundamus bene constituum
 reip. statum, nec moueamus non mouēdos mores
 acceptos à maioribus, nec tollamus è uita fidē,
 rem sacram, per quam ciuitatibus contingit se-
 curitas: cum ingratæ plebi non cedamus, concu-
 piscenei res iniustas ac nefarias. Tācumq; abest
 ut ab aduersarijs perterrear, qui ideo uulgas in
 o hac

hac urbe in me concitare, ut duplo magis quam
 anicè indignar plebi postulanti talia. Vistram
 quoq; P. C. absurdam mentem demiror, qui quod
 ei negasti prius quam ex professo hostis fieret,
 aris alii et iudiciorum remissionem petentis,
 nunc armatae et hostiliter agenti concedere
 uultis, et quicquid illi præterea collibueris: li-
 belbie autem ante omnia postulare ius aequum
 gerendorum honorum, et ue carundem rerum
 quarum et nos sint participes. Ergo ad plebis
 administrationem patiemini res recidere, que
 forma reip. ue dixi est crassissima, et uobis mi-
 nime digna qui aspiratis ad imperium. Non, si
 sapientis. alias essetis omnium stultissimi, si de-
 dignati unius viri tyrannicum dominium, nunc
 plibus belue multorum capitū uosissi subiectis
 tyrannidi, idq; non gratijs inducti, sed nece-
 ssitate adaeli, quasi uero nihil superstit alud, nisi
 præter animi sentenciam illi cedere. Quod si se-
 mil insensata mulierudini pro debita peccato
 poena insuper honorari contigerit, quam arro-
 gantem et superbam puratis fore? non est enim
 quod speratis his imperialis modestiorum furu-
 ram postea, si ab omnibus uobis ea sibi decreta
 cognoueris. multū hic opinione sua fallitur Me-
 neni, vir ineiger, et alios ex suis morib. aesti-
 mans. perget enim molista esse per arrogātiōnē
 que uictoriā comitari solet, et per insipiciām,
 cui maxima uulgi pars est obnoxia: quod si non
 statim,

statim, certe aliquāto post ob unāquāq; repul-
 sam armis arreptis codīm modo uos terrere co-
 nabitur. Itaq; si prima postulata concesseritis ei
 pro tempore, mox accessiis uol is aliquid dete-
 rius, ac mox rursus aliud illo ipso molestius,
 quasi & prima illa terrore uobis expresserit, do
 nec postremo urbe pellamini, sicut in alijs mulijs
 ciuitatibus accidit, & nouissime Syracusis, ubi
 agrorum domini à colonis suis clientibus pulsi
 sunt. Si n autē percisi eadem eius improbitatem
 concessuros uos negabitis, quid uerat iam nunc
 ut ea libertate incipere? præstat enim minore
 periculo & nondum accepto derimento, inge-
 nuū mētem profire, quam post admissi. damna
 indignari errori præterito, & nihil tale cōme-
 cre amplius, seroq; eādem sapere. Nec est quod
 aut desiriorum motu, aut ex iurno bello terrea-
 mini, aut desperciis de domesticis uiribus quasi
 ad urbis iutelam non sufficient. nam profugo-
 rum istorum uis non diuerna est, nec sicut nunc
 & state, ita per hinc durare sub diu poecrunt
 in iugurijs. aut rapio uiuere consumptis cōmca-
 eibus. ac ne aliunde quidem cōparata aduehēre
 proper inopiam, ut qui nec priuatā ullam pecu-
 niā habēat, nec publicā. nam bella plerūq;
 sustentantur pecuniarum copia. at iſis nec pe-
 cunia est nec imperium: unde credibile est si cu-
 rra dis̄sidia, & ex his confusa irrita q; cōſilia.
 neq; enim dignabuntur Sabinis aut Ercuscis

O 2 alijs

alijs ue exieris in seruitutem sc̄e dedere, quibus ipsi prius nobiscū libertatem ademerunt: imo ne fides quidē eis habebitur, quod post desertā turpiter patrīam, nō idem facturi sint his à quibus recepti fuerint. Reguntur autem et finitima gen̄es ab optimatibus, nec apud ullam carum plebs a quo iure degit cū proceribus. haud patiētur illi, cū in unaquaq; cīnitare plebē contineat in officio, exēernam istā et seditionis turbam in suis patrīis recipi, ne ab adnīssis in aquā partem hac ipsa priuētur postea. quod si me faltae opinio, et excipiāntur ab aliquo populo, cum pro hostib; habiti patiētur hostilia. Habeimus obſides eorum parētes et coniuges cæteramq; cognationem, quo quid optabilius dū concederet? hos in conspectu cognatorum erucidabimus si nos aggredi ausi fuerint, quo nihil eis facere possemus cruciabilius. Qui si audirent uns huncelle facere, credite mihi mox uenirent suppli-ces, et cum lacrymis inermes se uobis dcderent quantumvis duris conditionibus. Vt henece enim sunt necessitates huiusmodi, et ad frangendam quamlibet consumaciam ualide, redigēdamq; in nihilum. Iam satis dictum puto cariostos profugos timendos non putem. Externos uero terrores s̄a pe sensimus intra minas confiſtere, aut si quid ulterius hostis audeat, res uerbis non respondere. Quod autem aliqui uerentur ne nobis domesticæ uires non sufficiant, et ideo bellum

bellum timent, scians se nō satis quanta sint intelligere. certe quos deseritoribus opponamus habebimus, si uoluerimus delectu ex seruitūs habito libertate donare quenque robustissimum: quod sarcus fuerit, quam ab illis imperio exili sunt satis periti rei militaris, ut qui rorres interfuere nostris expeditionibus. ceterum extero hosti obuiam ipsi alacriter ibimus, assumptis omnibus clientelis, & reliqua plebe que manet in officio. quam ut alaciorem reddamus ad subeunda pericula, &ris alieni remissionem eis largiemur, non in communice sed uiriliter. Nam si moderatione opus est pro ratione temporis, non erga inimicos ciues utendum est ea, sed erga amicos, quibus persuasi non coacti gratificari videbimus. quod si his copys nō sufficiencibus aliunde indigebimus auxilio, & castellis praesidiarios euocabimus, & in colonias dimissos revocabimus: quorum quāta multitudo sit, è proximo ccsu licet cognoscere. C X X X M. sunt Romanorum ciuium qui puberatē attigerint, quoru ne sepeimā quidē parem numero equarint profugi. Quid dicam Latinoru x x x populos, quibus propter cognationē nihil optabilius posset contingere quam ut pugnent pro nobis, si modo decernatur eis aquum ciuitatis ius, quod petere non desinunt. Finem faciam si unum etiam addidero, quod quamvis in bello momenti su maximi, nec uos animaduertitis.

nec consuleorum quis iuxim monuit. Nulla re ad
victoriam & que opus est ac bonis ducibus, his
nos abundamus, apud aduersarios rari aue
nulli sunt. Numerosa porro turba si imperitos
duces habeat, nihil agit ut decet, sed sua se
impedit multitudine, tantoq; magis conflictat-
ur quanto maior est. boni uero imperatores
etiam si paruus acceperint copias, augente eas
celeriter proinde quantisper bonos ductores ha-
buerimus, non decrunt qui corum ductu libenter
militent. Hac igitur cogitantes ex gestorum
populi Romani memores, nihil humile & uo-
bis ipsis indignum decreueritis. Rogare posse
uestrum aliquis: quid igitur nobis faciendum
censes? hoc enim force i. imdulsum audire cupi-
tis. Nullam ad desiderata legationem mitten-
dam, nec es alienum remittendum, nec facien-
dum aliud quicquam quod ullam timoris ac
terpidationis spicem pre se ferat. Quid si po-
sit is armis in urbem reuarsi nobis potestatem de-
se per otium di liberandi fecerint, moderate sta-
tuendum de his: qui inde scitis omnes stulos, prae-
sertim uulgus, in humiles superbire, ergo & su-
perbos se dimisse gerere. Vbi Claudius dissi-
uoc. scirationes & ingens strepitus in sinatu diu
fuit. nam qui operariatum factionis uideban-
tur, & de iure suo nolabant decedere, probati-
bant nouissimam hanc sententiam, horta-
banteurq; ambos consules ue meliori parti acce-
der.

derēt, memores regiam se potestatem habere non
 plebeiam. sin minus, saltem aequos se præberent
 utriq; donec dinumeratis sententijs appareat
 maior numerus. quod si nucrum horum faccre
 uolentes ad se arbrium rerum traxerint, nega-
 bant se id permissuros, sed reclamaturos uerbis
 donec licuerit, atq; etiam armis repugnaturos
 si opus sit. crat autem globus ualidus, &
 penè tota pauciorum iuuenus adhaerbat huic
 proposito. pacis studiosis sententia Menenij Val-
 lerijq; magis placebat, precipue senioribus, re-
 putaniibus quanta calamitatis solcant cimilia
 bella consequi. Sed superante clamore ac percu-
 lantia iuuenū, contentionem corū ueriti & con-
 tumaciam erga consules, ne forte nisi eis cedere-
 tur res ad manus deueniret, uersi in preces &
 lacrymas obtestabatur aduersarios. Sed aro tu-
 mulu, agrej; reddito silentio, C O S S. prius inter
 se collocuti, hanc tandem suam pronuntiauerunt
 sententiam. Nos P. C. imprimis uellimus ut o-
 mnes consentiretis, cum aliis, tum maxime quo-
 ties de publica salute incidit eos latio: sin mi-
 nus, saltem senioribus uestrū cedere iuniores. &
 non contendere, cogitantes sibi quoq; ubi ad id
 & atque uenit facilius cundē honorem habendum
 à natu minoribus. sed quoniam uidemus uos ad
 rixam prolatos omnium milorum nocentissimā,
 & arrogantie nulseum in uobis iuuenibus, nunc
 quia parum diei superstet, nec potest quicquam

O 4 statui

statui tam cito, abire reddituri senatu proximo, sed cum melioribus meibus. quod si à cōtentionibus nō desisteritis, uobis iuuenibus posthac nec iudicibus uemur nec cōsulcoribus, sed imposterū hanc confusionē lege arcebimus, pr̄escripto annorum numero, quē senatores habere oporteat. Seniores uero denuo rogati si dissenscirent, cōtentionem eorum dirimemus ratione compendaria, quam audire nunc uos operæ preium ducimus. Scitis sanè legem nobis esse iam inde ab v. c. quæ omnia in senatus potestate facit, pr̄eter magistratuum creationem, legum lationem, & belli inferendi finiēdīue arbitrium. horum triū potestatem esse penes suffragia populi. nunc non de alio consultatur, quā de bello & pace: quare necessē est nostras sententias confirmari populī calculis. Itaq; iudicis ex hac lege comieūs, sententiis à uobis dictis committimus suffragiis, ut sic optime tollatur uestra conuenientio: & quod plurium calculis probatum fuerit, id ratum habebimus. digni sanè sunt hoc honore qui permanerunt in fide recip. nobiscum bonorum maiorumq; patricipes. His dictis senatum dimiserunt. Deinde cum per nuntios iussisse omnem agrestium & castellanorum multitudinem sibi praesto esse, senatumq; in diem ceream indixisse, postquam cognouere plenam esse urbem turbis aduenticiis, patriciosq; uictos lacrimis, precibus, & querelis quibus à parentibus secesserint.

secessorum & parvulis liberis fatigabantur, ad
 præstiteram dictu summo mane in forum pro-
 gressi sunt ; referunt uulgo omnis generis : ex
 pro æde *Vulcani*, ubi concionari mos erat, pri-
 mū laudauerunt plebem quod freqūens ad-
 esset ac alacris, deinde rogauerunt ut quietis
 expectarent donec senatus consultum fieret. do-
 mesticos autem secessorum bono animo esse ius-
 scrune, receperuros breui affectus suos carissi-
 mos. cum ingressi curiam & ipsi leniter ac mo-
 desti locuti sunt, & alios orabant ut mites &
 humanas proferrent sententias : primumq; ro-
 gauerunt *Metenium*. Is cum assurrexisset ea-
 dem dixit que antea, horcando senatum ad re-
 conciliationem: eandem quoq; sententiam, pro-
 pere mittendos ad profugam plebem legatos cum
 potestate, qui agant de reconciliandis partibus.
 Post hunc alijs consulares secundum etatis ordi-
 nem rogari omnes accedebant *Metenij* senatu-
 riæ, donec ueniretur ad *Appium*. Qui surgens,
Video, inquit, P. C. & consulibus & uobis fer-
 mè omnibus placere, plebem reduci quibus ipsi
 libet conditionibus : meq; ex omnibus qui ante
 reclamabant solum superesse, & illis exosu-
 nec uobis uilem. non tamen desistam à pristino
 proposito, nec mea sponee fraudabo repub. unius
 senatoris sententia, quo magis nunc ab alijs de-
 sistor, eo maiore in precio ero aliquando apud
 nos: & uinus laudem merebor, desinclus memo-

O S riam

riam apud posteros. Faxis Capitoline Jupiter
 & dū urbis huius præsides, Semonesq; & ge-
 nū, ut bono commodoq; reip. profugi redeant,
 & ego fallar opinione quam concepi de futuro
 tempore. quòd si quid mali propter ista con-
 silia ciuitati acciderit, id quod brevi appare-
 bit, nos celerem opem & salutem rebus liban-
 eibus acculeritis: mihi uero qui nec alias unquā
 iuicende malui quām utilia dicere, nec nunc pro-
 do rem publ. mea securitati consule, bcnigni eri-
 sis ac propiū. Hæc sunt nota mea: uerbis enim
 non opus est amplius. ceterum in sententia
 permanco, & ijs qui urbem non reliquerunt re-
 mierendum & alienum censeo, cum desertori-
 bus uero bellum gerendum modis omnibus,
 quandiu in armis persticerint. His dictis obti-
 cuit. Approbata senioribus Menenij senten-
 tia, ubi ad iuniores secundum ordinem rogandi
 uenit, omnibus patribus expectatione ar-
 rectis surrexit Sp. Naevius familia natus ho-
 nestissima. Nam autor eius generis unus ex
 Aenea socijs fuerat, qui sacerdos Minerue in
 arce Aliensi consecratus, palladium secū translu-
 lerat, cuius custodia m. insie penes successionem
 gentis Naevia is etiam suis uiribus conspicuus,
 uidebatur brevi consulatum asservatu-
 rus. Hic cum exorsus à communi defensione in-
 uenit, negans eos per contendendi studium
 aut arrogantiā dissensisse à maioribus natu-
 rauis

cum diuersam tueretur sententiam, sed culpam,
 si quid culpe esset, in feruorem et aitis ad lapsum
 facilem transferens: tandem ait se fidem suis
 uerbis facturum mutatione sententiae. Itaq; per-
 mittere se eis, ut prudenteribus, decernerent
 quicquid videatur ē republica. se nihil contra-
 dicturos, sed obsecuturos senioribus. Similia
 deinde ceteris iuuenibus pollicentibus, præter
 paucos propinqua cognatione iunctos Appio,
 consules laudata horum modestia, iusq; ut
 semper in publicis cōsilijs ita se gererent, dce
 legatos elegerunt nobilissimos seniorum, omnes
 uno excepto consulares. fuerunt autē hi. T. Lar-
 gius Flavus, L. Grrippa Menenius C F, M. Val-
 lcrius M F, P. Scrivilius P F, P. Posthumius
 Q F. Tubercus, T. Eburius T F Flavus. Ser.
 Sulpicius P F Camerinus, A. Posthumius
 P F Albus, A. Virginius A F Calimon-
 tanus, & Sp. Naycius. Dimisso deinde senatus
 C O S S. in comitium progreſſi s C legerunt &
 legatos produxerunt. Omnibus uero cupienti-
 bus mandata eis data cognoscere, aperte respon-
 derunt: ut plibet quocunq; modo patricijs re-
 conciliente sine d lo mlo, redacantq; scissores
 in sua primo quoq; tempore. Cum his mandatis
 legati eadem die profecti sunt, præuenie tam
 corum aduentum rumor eorum que in urbe acta
 fuerant: moxq; totis castris plebs effusa est eis
 obuiam. orat inter eos qui successerat uir quidam
 admod

admodum sedisiosus, acri ad prouidendum ingenio expeditaq; facundia, nomine L. Junius, quod illi communis erat cum regum expulsore: cognomen Bruti usurpauit ipse, ut expletet appellationis similitudinem. hac affectatio multis fuit ridiculo, ut per iocum Brutus vocitaretur. Hic cum praefectum castrorum docuisse, consuleius esse plebi si se difficultem faciat, ne iniurioribus legibus consequatur reditum, siq; alio quancisper aduersetur per commentum quodpiam tragicum: pollicitus se acturum causam plebis, commostratoq; quid dicendum faciendum'ue, persuasit homini. Ac mox plebe ad cōeionem excita, legatis dicendi copia data est, quanam de causa uenerint. Tum M. Valerius legatorum maximus natu & popularis maxime, faustis acclamationibus ex saluationibus multitudinis gratitudinem restantibus exceptus, postquam hae consiluerunt, uerba fecit in hunc modum. Nihil amplius uerat uos Quirites reuerti ad uestra domicilia, & in gratiam redire cum patribus. Decreuit enim uobis secundus honestum atq; utilem redieū, cum omnium praecitarum offendarum obliuione. nosq; quos nouit uestri amantissimos, & à uobis uiciissim merito honoratos, legatos misit cum libera potestate componendi huius negotij: ne nobis opus sit coniecturis uiri de uestris uoluntatibus, sed audita ex uobis postulacione, quidua legibus cupiatis

cupiatis finiri discordiam , si uestra postulata
 aqua sint & possibilia. & salua s.r.Q.R. di-
 gnitate concedi queant , impetratis à nobis non
 expect. ita senatus deliberatione amplius , non
 procrastinando nec alendo ulterius inuidiam
 hostium. Hanc igitur senatus gratiam libentes
 & alacres accipite Quirites pro magna felici-
 tate: dñsq; gratias agite , quòd pop. Romanus
 eius tam late patet imperium , & senatus pe-
 nes quem sunt reip. gubernacula , non soliti ad-
 versarijs cedere , in uestrum honorem se submis-
 tare , non habita diligentie ratione quid urrof sq;
 deceat , quodue sit superiorum aut inferiorum
 officium : prioresq; ipsi uos invitent ad amici-
 tiam , ne superbo quidem responso quod iam le-
 gationi proxime dedistis offensi , condonantes
 nobis puerilem istum fastum & petulanciam.
 non aliter quām indulgentes parentes pueris
 nondum per etatem recte sapientibus: decretisq;
 noua legatione parati nonnihil de iure suo de-
 cedere. Tantam ergo felicitatem nacti ne cun-
 demini indicare quanam re opus habeatis ci-
 ues charissimi , & nolite nobis illudere. Missam
 facite seditionem , ite laeti in urbem que uos ge-
 nui & aluit , cui malam educationis gratiam
 redditis , desolata quaneum ad uos attinet , &
 reliete pecorum pascuis. Quod si hanc occasio-
 nem amiseritis , frustra speraueritis simulc. Eius
 uerba sic excepit sicinius. Non ex una oratione
 astimare

estimandum est bonum consilium, sed oportet etiam contrariam expendere. Similq; iubebat ut loqueretur qui uellet, pudore atq; timore posito. eum enim esse rerum statū, qui pudorem ex cunctationem non ferat. Silenceio deinde factō cū alius in alium oculos iactantes, requireret aliquem qui pro uniuersis dicere, nemo existebat, sic in iugis saepius reperiens uerba eadēm. Tandem ut erat pollicitus, prodige L. Junius ille qui Bruttus uocari uolebat, ex magno assensu totius multitudinis tamē concionem exorsus est. Nicetus patriciorum uos Quirites, quo rabescitis, acconitos habere uidetur nunc quoq; eoq; pressi non audetis in medium proferre quae iactatis quotidianis sermonibus. forte affe quisq; uestrum puerat proximum aliquem locuturum pro omnibus suo periculo, ipse malens percuta incedere, secure pro parte sua fruiturus aliena audacia, iniquo sane consilio. Si enim idem omnibus esse animus, singulorum timiditas una omnis ledere: ex dum unus quisq; sibi priuatim prospicie, perire res publica. Ergo si antea nesciebatis finem adesse uestro timori, ex libera dictam confirmatam ex quo arripuitis arma, nunc saltem discere his uos docentibus. Superbi enim ex imperiosi homines non iam ut antea cum iussis ex minis ad nos ueniente, sed rogant ex invitante ut redeamus ad propria, incipiuntq; ut liberos alloqui. Cur igitur etiam nunc meru acconiti file-
sus? quin

sis? quin mente liberam sumitis, & frenis ab-
 ruptis, quancis iniurijs ab eis affecti suis, profer-
 sis coram omnibus: o miseri, quid timeris me au-
 tore loquendi libere? Loquar enim ipse cum eis
 intrepide nullo respectu periculi, nilq; dissimu-
 lans: & quoniam Valerius negat quicquam
 uerare quin redeamus ad propria, postquam se-
 natus concessit reditum, decreumq; addidit de
 abolenda omnium offendarum memoria: respon-
 do quod ueritas dicit & necessitas postulas.
 Nos Valeri cū aliae muleæ cause uerant positis
 armis uestræ fidei nosipsoſ comittere, tum aper-
 tissime tres. Primum quia nos accusatis quasi
 peccauerimus, & pro beneficio impunitis con-
 cessionem reditus. Deinde quia iuitatis ad pa-
 cem, nec indicatus quibusnam ligibus. postre-
 mo quia rorres decepti & elusi, nihil certi puta-
 mus inesse uestris pollicites. Dicam seorsim de
 singulis, & à iure incipiam, cuius in omnibus
 uel privatis uel publicis disceptationibus pri-
 ma debet esse ratio. Ergo si uobis iniuriam feci-
 mus, non opus habemus nec obliuione ulla nec
 uenia: ac ne ciuitatum quidem desideramus,
 habetur sedes quas sara dederint, quæsturi cas
 Fortuna dijsq; ducibus. Quod si uestris iniurijs
 exagitari compulsi sumus hanc fortunam ex-
 periri, quin culpam agnoscitis ingenue, uobisq;
 magis opus esse: Ita obliuione ac uenia? Nunc
 uero quam peccatis, eam uos dare fingitis: &
 iram

iram quam uobis remissi cupitis, remisisse iā-
Etatis, confundentes ueritatis naturam & iuris
rationem inuertentes. Quod autem afficiatis
iniuria non afficiamini, muleis magnis plebis
beneficijs uel in euenda libertate uel in parando
imperio deuineti, audite. loquar quae ipsi scitis:
& siquid mentebar, sine mora me arguite obse-
cro. Nostra resp. olim sub regibus fuie, durauitq;
is statu scepem et acibus: ratoq; illo tempore ni-
hil decripsi plebs accepit à regibus, praesertim
nouissimis: ut interim eaceam muleus magnas
felicitates quas ex illorum principatu percepit.
nam præter alia blandimenta, quibus eam sibi
obnoxiam, uobis infensam studibane reddere,
qui mos est omnium legiūnam potestatem in ty-
rannicam uertere cupientium: cum suessam
urbem florentem longo bello expugnassene, po-
tuisseq; prædam nemine in partem eius ad-
misso retinere sibi, & regum fieri ditiissimā, no-
luerunt, malentes eam cedre uulgo militum,
ut nobis præter mancipia & pecora resq; alijs
magni pretij, uirilim quinq; minæ argenti ce-
derent. Quibus nos negleclis quod potestatem
tyrannice exercerent, non in plebem, sed in nos-
facta eorum indigne serentes, à beneuolis re-
gibus desciuimus, uestras partes secuis: & una
uobiscum in eos tam in urbe quam in castris
coorti, illis expulsis nobis principatum eorum
detulimus. cumq; sapius licuisset nobis transire
ad

ad exules magnis largitionibus nos sollicitantes, non sustinuimus id facere ne uestram fidem descereremus. sed continuata bella periculosisima propter nos perculimus, quibus iam decimumseptimum annum atterimur, pro communè libertate pugnantes cum omnibus hominibus. uix dum enim cōstituta repub. ut fieri solet post repentina mutationes, duobus nobilissimis Heruscorum populis cum magno exercitu reges reducentibus obuiam profecti, pauci cum multis decreuimus ferro, & alacritate maxima deuisatis pulsisq; hostibus superstici consuli principatum conscruaimus. nec ita multo post Porsena Heruscorum rege uolente exules reducere, & cum totius Heruriae uiribus ueniente, cum pars non essent longo tempore comparatis regijs copys, conclusi obsidione, consiliorumq; simul & rerum inopia, perdurando coëgimus regem ex hoste amicum factum discidere. Tertio deinde & ultimo regibus redditum teneantibus, cum præsto illis essent eriginta Latini nominis populorum auxilia, nos supplices nostram opem implorantes, & ut in quenq; incidentis sodalitates communisq; uel educationem uel militiam commemorantes descerere non sustinuimus: ratiq; nihil honestius aut magnificens quam pro uobis pugnare, iecimus pericolosam aleam: & cum hoste congreſsi multis acceptis vulneribus, desideratis multis cognatis amicisq;

amicisq; ac cōiubernalibus uicimus, et sisq; di-
cibus extinximus eorū genus regium. Hęc sunt
que nobis pro libertate pugnantibus præstiti-
mus, penè plura quām pro virib; ueritate magis
necessitate coacti quām uirtutis ostendandę gra-
zia. nunc quām egregiam operam nauicrimus
imperium afferentibus, et maiorem existimā-
tionem atq; potentiā quarencibus, audite: ex
si quid à ueritate discessero, quemadmodum à
principio dixi, reclamare. Postquam in eucō ui-
sa est libertas, non hac concendi ausi ostis res no-
nas moliri, habentes pro hostibus quicunq; li-
beri esse cuperent, et bellum penè omnibus ho-
minibus intentantes: rati ad hac pericula et
cupiditatum uestrarum propugnationem abu-
scendum nostris corporibus. ex eo tempore quo-
ries singulis binasue ciuitates pro libertate pu-
gnantes, parim acie uictis, parim expugna-
tes, sub imperium coegerimus tacco. quorsum
enim attinet minutatim recensere gesta, qua
sanctam urborum præbene materiam? malo uti
compendio. Vniuersam Heruriam in duodecim
diuisam ducamus, terra mariq; potenter, quis
perdonitam coegit imperium agnoscere? Sabi-
ni isti gens tam ualida, et imperij amula, ne
amplius de aequo iure uobis scum contendat, quo-
rumnam ope factum est? Quid? triginta Latini
nominis populos, non potentes solum, uerum etiam
potiora iuris iactantes, quis perdonuit, efficitq;
ut de

ne deditio[n]e facta deprecarentur direptiones ex
 dirutiones suarum urbiu[m]? Omnes alia que
 nondum à uobis disidenies, & ipsi quoq[ue] non-
 nihil commodorum ex imperio sperantes, unā
 uobiscum in militia gessumus. Ceterum postea-
 quam aperte iam tyrannicam dominacionem
 usurpantes, deprehensi estis nostra quoq[ue] uelut
 mancipiorum obuentes opera, & nostros ani-
 mos à nobis alienastis, desciscētibus interim
 subditis penè omnibus, initio defectionis à Vol-
 scis orto, ac mox eorum exemplum secutis. Fe-
 quis, Hernicis, Sabinis, mulierisq[ue] alijs: cum po-
 tuissent, si per nos licuisset, aleatorum facere,
 aut excutere uestrum imperium, aut in poste-
 rum moderatores dominos reddere: memini-
 stis'ne in quantam desperationem de imperio ue-
 neritis? & quām solliciti fueritis ne uel uos de-
 sereremus, uel indignatione moti ad hostes tran-
 siremus, tum quām muleas preces ac pollicita-
 tiones effuderitis? Quid igitur nos humiles & à
 nobis oppressi fecimus, uicti precibus & inducti
 pollicitis que hic seruilius uir optimus tunc
 eos plibi obiuie? oblii præteritarū iniuria-
 rum, in futurum sperantes melius, nos uobis pre-
 buimus: & quicquid usquam erat hostium de-
 bellatis breui tempore, cum mulier capiuis re-
 diimus prædaq[ue] egregia pro ea opera quam no-
 bis reddidistis granam? iusta scilicet dignamq[ue]
 & alibus periculis. immo nihil minus. frustrari

P. 3 estis

estis nos omnibus que consulem iusseratis reip.
 numine promittere. ipsum hunc uirum optimū,
 quo fueratis abusi ad imposturam faciendam,
 priuatis triumpho, quem magis quam ullus ho
 minum meruerat: hacq; ignominia nō ob aliud
 eum multatis, nisi quia suo iure postulabat ut
 prestaretis poll:cia, & agre fecerat fucum fa
 etum suo nomine. Nuper autem (unum etiam
 hoc addam, moxq; desinam de iure differere) cū
 in uos sequi, Sabini, Volsci, de communi sen
 tentia consurrexisse, cōcitarentq; alios, nōnne
 ad nos coacti estis resurgere, uenerandi uiri &
 graues ad uile vulgus & humile, nihil nō pol
 licentes praesentis salutis gratia. & ne nos rur
 sum, ut sepe antē, decipere uelle uideremini, prae
 texistis fraudi hunc M. Valerium uirum plebi
 gratissimum: cuius fide inducti, quasi nullo mo
 do à dictatore, praesertim erga nos benigno deci
 piendi, sicut uobis et huic belli suimus, hostemq;
 multi magnis praelijs uicimus. cumq; spe cieius
 debellacum fuisse egregie, tantum abfuitis à
 reddenda plebi gratia, ut nos inuitos in armis
 & sub signis retinere uolueritis, ut possetis pro
 missa irritare, sicut decreueratis à principio.
 Dictatore uero agre ferente cum uestram insu
 stitiam, cum suum dedecus, relatisq; signis di
 mittente militem, uos arrepta occasione fallen
 di & ipsum affecisti iniuria, nec nobis q: sicquā
 ex pactis est redditum: unoq; hoc facto uiola
 bis

sitis ius triplici nomine, maiestate senatus diminuta, fide huius uiri fracta, benefactoribus nulla pro labore gratia reddit a. Hac aliaq; huiusmodi multa cum possemus uobis patricijs obycre, non dignabimur fieri supplices, nec uelut post graue aliquid admissum, impunitatis ex obliuionis iniuriarum conditionibus rediitum imperare. Non tamen haec diligenter excutienda nunc arbitror, quando acturi de concordia conuenimus, sed obliuioni tradenda potius. Quin igitur aperie dicitis, quae nam afferatis manda ta, quidue ipsi petatis. quanam spe uulsi nos ubem reperere? quam forenam sequi? quo gaudio, quibus excipiendos gratulationibus? nihil humanitatis aut benignitatis nobis offerri habet. Enus audiuitus, non honores, non magistratus, non leuamen inopiae, non quicquam aliud. Quanquam non opus est quid facturi sitis discere, sed quid feceritis, ut percepto aliquo beneficio, possimus ex eo coniecturam de ceteris futuris sumere. Respondebunt opinor, uenire se cum libera potestate agendi de rebus quibuslibet: Ex ratum fore quicquid inter nos conuenerit. Sit ita, fiat nunc quod sequi debet, nihil contradico. Sed cupio ex ipsis discere, ubi nos conditiones proposuerimus, quibus recipi uelimus in urbem, easq; imperauerimus, quis erit sponsor pacta non fore irrua? quis erit fideiussor, positis armis siue nos posse in horum potestatem

concedere? verum credamus futuro senatus consilio? nam nondum ullum super hoc negotio factum est. Et quid uerat id antiquari posterioribus, quando Appio et eius factioni uisum fuerit? an dignitati legatorum suam fidem interponentium? atque per hos decepteret nos et antea. an diu testibus, iurciurando firmata fide? at haec mihi magis quam humana suspecta est, quando eam a potestatis contemni video. Et societas que inter imperandi auidos et libertatis renates non sponse coeunt, sape iam didici transper durare, quandiu eas coniungit necessitas. quenam igitur hic potest intercedere amicitia, ubi non ex animo colimus alieri alteros, factionibus obscurantibus suas oppore unitates eorum? Certe suspiciones et mutua calunnia non aberunt, et odium ac inuidia, ceteraque uitiorum genera, uirisque alios dolo praeuenire contenduntibus, et in mora periculum intelligentibus. Nihil autem est casu bello peius confessione omnium, in quo uictos sequitur miseria, uictores impieatus, et alieri a carissimis perirentur, alieri perdire carissimos. ad tales fortunatis nec uos vocate patritij, nec uos plebejus obsequi mini uocantibus, et quando nos forenta divisit, contenti simus eius beneficio. habebant sibi urbem totam et sine nobis ea fruatur ciuisque commoditatibus, quando nos humilem et ingloriam plebem est patria libuit ejicare. camus

eamus & nos quocunque fortuna duxerit, exi-
 stimantes alienam urbem non nostram deserit:
 quando nostrum nemo hic relinquit agellum
 aut larem aut sacra communia aut dignita-
 tem uelut in patria, ut inuiti retineamur eorum
 desiderio: immo ne libertas quidem superest ar-
 mis patria & laboribus. omnia uel bellum ab-
 sumpsit uel quotidiana mopia, & si quid re-
 lectum est cecidit his superbis saeneratoribus. ad
 ultimum eò miseria uenit, ut nostros agros
 illis cogamur colere, fodiendo, plantando, aran-
 do, pecora pascendo, nostrorum mancipiorum
 conserui, pars catenis nixi, pars pedicis, non-
 nulli uel iruulentissime bestiae compedibus
 ligneis, uel millis ferreis. rocco tormenta &
 contumelias, flagraq; & labores continuatos
 à summo mane ad noctem usq;, reliquaq; ini-
 uriarum necessitates & imolerabilis superbiam.
 tot tantis malis bono quodam euenu lib-
 erati fugiamus leti quisq; pro viribus, deo du-
 ce fortunaq;, qui nobis ad salutem uiam mu-
 niunt, habueri liberatem pro patria, uirtutem
 pro domesticis facultatibus. queuis enim terra
 nos excipiet, coniucturos innocenter & uelicer.
 exemplo nobis sunt muli Græci, plurimi bar-
 bari, præcipue uero horum simul & nostri au-
 tores generis: quorum pars Aeneæ ductu in
 Europam profecti ex Asia considerunt ur-
 bem in Lazio, pars aliquanto post ex Alba

P 4 sicusi

secuti Romulum, coloniam deducerunt in loca
 quæ nunc relinquimus. nobis uero triplo maiores
 quam illis uires sunt, & causa migrandi ius-
 tior. Ilunses enim migrauerunt pulsi ab hosti-
 bus, nos uero hinc à ciuibus, minus autem mis-
 erabile ab alienis pelli quam à domesticis. Tum
 qui secuti sunt auspicia Romuli, meliorem ter-
 ram prætulcrune parie. nos autem qui hacte-
 nus urbe patriaq; caruimus, nec düs inuisam,
 nec hominibus molestam, nec terra cuiquam
 grauem deducimus coloniam: non cruenta cede-
 conflictati cum expulsoribus, nec igni ferroq;
 uastata terra quam desrimus, nec alio monu-
 mento reliquo sempiterna inimicitiae, sicut mos
 est contra pacis fœderæ violatis & in neceſſita-
 tes huiusmodi redactis nationibus: sed deos ge-
 niosq; eſtati qui iuste moderantur res morea-
 lium, illisq; committentes vindictam. illud unum
 postulamus qui habemus in urbe paruos liberos
 & parentes, aut etiam uxores si que uolunt
 esse nostra fortuna comites, ut carum corpora
 nobis recipere liceat. hoc nobis sufficie, nec aliud
 quicquam peccimus è patria: sed ualete felices
 & uiuite ut libet. quando tam inciulcer &
 auare nos erga humiliores geritis. Sic Brutus
 dixit: uifusq; est ium de iure suo cum de senatus
 superbia uera dixisse, præscrim quod ad du-
 biam conditionum fidem & fraudulenciam at-
 tinet. ad ultimam autem iniuriarum commemo-
 rationem

rationem quas à fæn censoribus perulerant, renouata singulis misericordum suarum memoria, nemo erat adeo rigidus ut contineret lacrymas aut abstineret à lamentationibus, id quod etiam his qui à senatu uenerant accidit. nam nec legati temperabant à lacrymis, cogitantes secessionis miseras: diuq; mœstum silentium eos tenuit, lacrymantes & quidnam ad hæc dicendum dubios, ut uero lamentis cessantibus concioni quies reddita, prodijt ad respondendum is qui ceteros ciues uidebatur etare ac dignitate antecedere T. Largius bis consul, qui dictatura summa cum laude gestæ plurimum sacre cuiusdam maiestatis addiderat, cum ea potestas alias inuidiosa sit. aggressusq; de iure differere, & nunc fæn censorores ue immanes criminans, nunc inopes taxans, quod male faciant, malentes ui extorquere &ris alieni remissionem quam imperare gratia, & irasci senatu qui nihil æquum concedat, potius quam his qui in culpa sunt: ostendere conatus minimam plebis partem non data opera peccare, coactamq; longa inopia remissionem petere, plurimos uero que in luxum & inceperantiam profundante rapinis uelle querere: discernendosq; censens scelestos à miserabilibus, & à benignitate opus habentibus dignos odio: aliaq; in hanc sententiam locures uera quidem, ceterum non perinde grata audiencibus, nihil proficiebas, obmuormu-

P S ranc

rante ad singula mulierudine, alijs indignantibus refricari dolorem, alijs aperte uera cum dicere fatentibus. sed hi pauciores erant alteris, ut obscurarentur in turba, præpollente clamore indignantium. cumq; præterea Largius adieceret pauca in temeritatem eorum & rebellacionem: excipiens eius uerba dux plebeiorum Sici-nius magis etiam exasperabat eorum animos, dicens eos uel ex his posse discere, qui honores, quæ gratia reuersos in patriam maneant. qui-
 bus enim nunc in ipso grauissimorum periculo-
 rum articulo plebis opem inuocantibus nulla
 uerba humanitatis ac modestie in mentem ue-
 niant, quales putando si res ex uoto successe-
 rent, & quos nunc contumeliosis uerbis lace-
 rane, possestai suæ habuerint obnoxios. à quibus
 iniurijs temperaturos, quibus tormentis, quibus
 in maniatibus tyrannicis. Si uobis, inquit, pla-
 cet seruitutem scruire toto uita tempore, & uin-
 culorum, uerberum, ignis, ferri, famis, cæcerisq;
 iniurijs aucteri, quid cunctamini projectis armis
 & manibus post terga reflexis in urbem eos se-
 qui? quod si libertatis amore tenemini, nolite
 eos ferre amplius. Et uos legati aut redditus le-
 ges dicite, aut si hoc non uultis, relictæ concione
 discedite. non enim audiemus uos postea. Hac
 ducis uerba securus est mulierudinis approbantis
 tremitus. qui ubi consiluit, cum Agrippa Me-
 uenius plebis apud senatum patronus & eius
 legat

legationis auctor, significauit se quoq; uelle aliquid dicere. Id uero pergratium fuit plebi, cum deum spectanti audituram se conditiones ueras & salutares parti ueriq;. ac primum ore uno acclamatum est ut diceret: mox tantum silentium tota concio prabuit, ut nemo se moueres uestigio. Ille post alia quadam ad eorum ingenium & uoluntatem dicta quam posuit apposuisse, postremo sermonem clausit fabula ad Aesopearum formulam conficta: que quoniam ut ad rem presentem accommodatissemus uisa est maxime flexisse plebe, celebratur omnibus priscis historijs. Locutus est autem in hanc sententiam. Nos a senatu missi sumus ad uos Quirites, nec pro illo responsuri, nec accusaturi nos: non enim hac statu ciuitatis praesens auctoritate postulat: sed modis omnibus datuimus operam ut composuis dissidijs in pristinum ordinem restituatur Respublica cumq; in hoc postularem acceperimus liberam, non opus uidetur de iure differere, quod prolixa oratione fecit Junius. quod uero ad aquas pacis condizioni & confirmationem ac fidem earum attinet, quid ipsi censcamus audite. Nos animaduertentes quamlibet seditionem in qua uis ciuitate recte curari, si collantur eius cause, necessarium duximus precipuas huius dissidiij causas cognoscere atq; eximere. compertoq; quod in clementes artis alieni exactiones presentium malorum

malorum causa fuerint, sic eas corrigimus. Qui
soluendo non sunt, ijs omnibus & alienum re-
mitte & quum videatur. Et si quorum corpora cla-
pso iam legitimo termino creditoribus sunt ob-
noxia, haec quoq; placet esse libera. Et si qui per
indices addicti sunt creditoribus, & hos liberos
esse uolumus, eorumq; multas irrieatis facimus.
& de praeriuis quidem contractibus, propter
quos haec secessio uideatur facta, ita statuimus.
de furuis uero quicquid ex uestra & senatus
populiq; sententia communis & acerbius fuerit, id
pro lege habetur. Nonne haec sunt que nos
plebeios alienauerunt a patribus, & his imper-
atoris concenos nos fore pugnabatis, nec deside-
raveros quicquam praeterea? dantur nunc uobis.
Ita nunc laeti in patriam. Fides autem & certa
conuentorum confirmatio erit ea quae solennis est
omnibus in gratians redemptibus. Senatus con-
silio haec sancientur, & inter leges incisa refe-
rentur in ararium. uel potius nos hic scribamus
quod uidebitur, & senatus assentiet. Ut autem
haec que conceduntur rata fore certum sit, nec
senatum quicquam contraria molierum, primis
nos legati uobis corpora & animas & fami-
lias nostras oppignerabimus, deinde alij senda-
tores idem facient, quorum in S. C. ascribentur
nomina, non enim nobis iniurias quicquam scri-
beretur quod plebi officiat. nos enim sumus sena-
tus proceres, & primi sententias dicimus. Plis-
ma

ma fides est communis omnium Græcarum ac barbararum gentium, quam ex eorum usu nullum tempus eximet, uidelicet iusfirandum ex dicta dijs testibus foedera: quæ multas priuatum similiates, multa populorum bella finiēt. hæc quoq; dabatur, siue paucos principes pro eo senatu iusfirandum interponere permittit, siue manulis omnes senatores, quorum nomina S. C. ascribentur, iurare per omnia sacra, utiq; seruatores se conditiones foederis. huiusmodi autem fidem dextrasq; dijs testibus acceptas ex datas calumniari Brute desine, nec è uita tolle rem pulcherrimam: neq; uos cæteri auscultare memoranti hominum impiorum ex tyrannicorum sceleri, à quibus Romana uirtus abest plurimum. unam etiam dicam ncmini uel ignorantiam uel dubiam, nec addam amplius. Quam tandem? Communem utilitatem, qua alteros seruat per alteros. hæc nos prima ex sola contraxit in unum, nec unquam sine separari ab inuicem. egee enim semperq; egredit imperia multitudo prudentibus ducibus: isidem qui preesse possunt ex rebus consulere, opus habent aliquibus qui parere uelint: idq; non rationibus tanquam, uerum etiam quotidiani experimentis discimus. Quid igitur terremus ex terremur inuicem? quid malis dictis uermur, cum bona facta sine premanibus? Quin unius obuijs brachijs complexinos inuicem abimus in patriam, fruiri

euri pristina carorum consuetudine iucundissima, & suauissimum expleuri desiderium? At nos requirimus securitatem parum securas, & fides infidas, quasi hostes insensissimi suspicantes omnia in deteriorius. Nobis quidem senatoribus una fides sufficit, nos plebeios post redditum bonos fore erga nos, uidelicet non ignora nostra bona disciplina, studia legitima, & uirtus domini militiae&q; spectacula sepius. Quod si uideatur fides ad componendis res & confirmandam meliorum spem necessaria, nos certe uobis bene fidimus, nec moratur iusurandum aut obfides & id genus alia: uobis tamen nihil equum negabimus. aique haec de fide sufficerint, quam Brutus conatus est connellere. Quod si qua in uobis residet mala de senatu cogitatio, libet nonnihil hac quoq; de re dicere, quod uos Quirites per deos oro ut acenti audiatis per silentium. Videlicet ciuitas humano corpori similis. Virunq; enim constat e mulieris partibus, quarum singula nec eandem uitam habent, nec usus pares exhibent. Iam si per se quaeq; humani corporis pars proprium sensum iuemq; uocem accipiat, deinde seditione inter eas oria reliquae omnes contra unum uenterem conspirent, dicantq; pedes, totum sibi corpus incumbere, cum manus, opifacia se exercere, uictum comparare, cum hostibus pugnare, aliasq; utilitates in commune conferre, item humeri onera se bainulare omnia: caput

pur, uidere se ex audire: os, loqui se, alimentorumq; sapores discernere: deinde uentri dicant: tu uero bone quid litorum facis? ad quid prodes? quam nobis refers graiam? immortatum abest ut aliquid in commune conferas, ut officias etiam ex increubus, nec ferendus sis nobis, cogens ministrare tibi ex undecunq; conquirere qua eus copiditatem explicant. age asseramus nos in liberarcm, ex exercitiamus tot occupationes quas sustinimus huius gratia. Si haec eis placeant, ex nulla posthac faciat suum officium, fieri ne ullo modo poterit ut corpus dureat diuinus, ac non intra paucos dies fame consumatur genere moris pessimo? nemo negare potest. Eodē sanè modo ex de ciuitate cogitate. nam ex hanc conficiunt multa honunum genera inserre se dissimilia, quorum quodq; proprium aliquem usum in commune confert sicut membra suo corpori. quidam agros colunt, pro his pugnare alijs conera hostes, alijs mercaturam exercentes per mare importat multa commoda, sunt qui necessaria tractant opifia. quod si omnes hi contra senatum ex optimisibus constantem insurgendo dicerent: tu uero quid nobis boni facis? cur alijs imperare postulas? non enim ullam causam offerre potes. nunquam ne nos vindicabimus ab hac sua tyrannide? nunquam ne sine principe degemus? haec inquam si sibi proponerent, ex consuetis studijs discederent, quid

quid uerabit hanc ciuitatem malam male perire, fame, bello, alijs omnibus calamitatibus ingruentibus? Discite igitur Quirites, sicut in nostris corporibus uenerit iste a maliis male audiens, alie corpus dum alitur, & seruat dum seruatur, estq; uelut commune penuarium, suum cuiq; attribuens conseruansq; pacem omnium: ita in ciuitatibus dispensantem publica senatum & cuiq; conuenienter prouidentem, omnia seruare, custodire, corrigere: & definie inuidiosas in eum uoces iactare, expulsos uos patria per eum ut errones & mendicos uagari. nihil enim malū uobis fecit, nec faciet: sed reuocat & orat obuijsq; manibus & portis parentibus uos excipit. Dum hęc loquereur Menenius, multa uariaq; uoces existebant per totam concionem, ut quidq; dicebat. postremo cum in fine orationis uersus ad lamenta proponeret calamitates utrisq; imminentes tam relictis quam expulsis, deploraretq; horum miserias, effusi in lacrymas una uoce conclamauerunt, duceret se in urbem nec tempus ereret. Nec nullum aberat quin celeriter è concione abirent re tota legatis commissa, nihil amplius de securitate curantes, ni Brutes cohibuisset cum imperium, dicans recte. habere cetera quae senatus plebi offerat, habendamq; pro his magnam gratiam. Vercri se tamen futurum tempus & quorundam animos tyrannicos ne iras seruens

seruente, quas per occasionem in plebem effundant. Vnam porro securitatem esse omnibus qui
 se potentiores vident: si certum sit, etiam si
 uelint laedere illi, nocendi potestatem eis de-
 fore. quandiu enim malis relinquatur poten-
 tias malefaciendi, adfore ergo uoluntatem pro-
 cul dubio. hanc igitur securitatem si plebs af-
 sequatur, nihil opus fore praeterea. Cum' que
 Menenius iuberet cum dicere, quanam sit illa
 securitas qua pueri indigere plebem ampliue
 Concedite, inquit, nobis creare annos ma-
 gistratus aliquot nostri ordinis, qui nullam
 aliam potestatem habeant, nisi ut oppressis
 iniuria plebcis ergo uim patientibus succurrant,
 nec patientur quenquam fraudari iure suo, hoc
 a nobis precibus contendimus praece illa que
 uero dedistis, si non uerbis, sed re uera de pace
 agitur. His auditis plebs uirum laudauit ma-
 gnis acclamationibus, rogabatque legatos ut
 sibi hoc concederent. cum legati e concione sece-
 dentes post breue colloquium redcunt: factioq; su-
 lento Menenius ita locutus est. Hac res Quiri-
 res magna est, ergo multis plena suspicionibus
 absurdis: timor etiam ergo cura quedam nos su-
 bit, ne force duas ciuitates faciamus in una: tam
 men quantum in nobis est ne his quidem preces
 uestras repellimus. hoc ramen nobis concedite,
 quod ergo in rem uestram est, permittite legatos
 in urbem reuersi ergo senatu huc proponere.

quam

quamvis enim potestatem habemus ab eo pacem nostro arbitratu cōponere, & quicquid placuerit promittere, ipsi tamen non æquum censimus tamē nobis sumere: sed quia præter opinionem occurrit nobis res noua, potestatem hanc deponentes, ad senatum rem totam referimus: confidimus tamen ei quoque probatum iri eadem quæ nobis probantur. Ego igitur hic manebō & mecum legatorum pars. Valerius ibit cum reliquis. Placuit hoc: propercque consensisse quis aduolarunt in urbem qui significarent senati quid agatur. & cōss. ad senatum referentibus, Valerius cōsibat concedendam plebi hanc gratiam. Appius uero qui ab initio paci. contra dixerat, tunc quoque se opponebat, uociferans, deos obiectans, prædicēnsque quantarum reipublicæ calamitatum si men iacerent. sed nihil proficiebat, quod maxima pars (ut dixi) ad pacem esset proclivior. factumque est s. c. quod & cetera legatorum pollicita plebi confirmabat, & hanc securitatem quam peterent permittebat. His ordinatis legati sequenti die in castra recuersi senatus placita indicauerunt. deinde plebs monitu Mnenij misit ad senatum, de quo iam dixi, cum coq; M. Decium & sp. Icilium. ex Senatus autem legatis media pars cum Bruto in urbem profecta est: Agrippa cum reliquis mansit in castris, rogatus a plebe ut

ut legem præscriberet quia magistratus crearentur. Sequenti die Brutus unum cum collegis aderat, pace cum senatu per feciales quos vocant composita. Plebs curiatis comitüs annuos magistratus creauit L. Junium Brutum, C. Siccium Bellucum, quos et antea duces habuerat, cum hisque C. et P. Licinios, et Sp. Icilius Ruggam. hi quinque primi tribunitiam potestatem acceperunt, ad quartum Iduum Decembrium, quemadmodum fit et nostro tempore. post peracta comitia legatis sinatus videbantur bene se habere omnia quorum causa missi fuerant. Brutus uero concione aduocata suasit plebi ut cum magistratum sacro sanctum et inviolabilem esse decernaret, lege in hoc lata et iure iurando addito quo confirmaretur haec securitas. placuit hoc omnibus, lexque a tribunis scripta est. ciues uerba sunt: Tribunum invictum nemo, ut unum est vulgo, quicquam facere cogito, nec uerberato, nec alium uerberare iubeto: nec occidito, nec occidere iubeto. Si quis contra fecerit, sacer esto: et bona eius Cereri dicata sunt. et qui eum occiderit, purus a cæde esto. Et ne in posterum plebi potestas esset abrogare hanc legem, sed perpetuo maneret immobilis, ad acti sunt omnes ciues iurare per sacra omnia, uenique usuros se hac lege in sempiternum et ipsos et posteros, additaque imprecatione: ita eius confirmatores superos ac inferos habeant propicios,

Q 2

propicios,

picios, transgressores uero iratos utroisque, ut
obligati grauiſſimo ſcelere. Indeque mos apud
Romanos obtinuit, ut Tribunorum corpora ſa-
cro ſancta ſint, qui manūt uſque ad noſtrum ſe-
culum. his ita decretis aram poſuerunt in uer-
ſice montis eius in quo caſtra habebant, ſacra-
runtque Ioui Fauno, cognomine iuxta ipsorum
linguam ducito à panicis quibus tum infestatis
fuerant terroribus. quo ſacrificiūs placato, con-
ſecratioque loco, redierunt in urbem legatis de-
ducentibus: ex hic quoque perſolutis pro grar-
iarum actione uitimis, impetrataque ſui ma-
giſtratus confirmatione à patriciis, petierunt
a ſenatu permitti ſibi ut quorundam duos ē plē-
be crearene ſubministrauros tribunis quicquid
opus fit, ex illices nonnullas eorum permiſſu diju-
dicaueros, etiūque ſacrarum, locorum pu-
blicorum, aequae annonae curam habieuros.
Hoc quoque per ſenatum confeſſo creauerunt
quos tum ministros ex sociis Tribunorum ac
iudices appellabant: nunc uero ab officiorum
uno Aediles uocant, potestateem habentes al-
terius magistratus ministram ut antea. cu-
mane aueem multas magnis res, ſunt que ma-
xima ex parte Grecorum agoranomis ſimiles.
Pace domi pareat ex restituenda in priſtinum or-
dinem republika, externorum bellorum cauſa
delectus ſunt habiti magna plbis alacritates
in aut inter & breue temporis ſpatium ad bellum
par.

parata fuerint omnia: ac mox consulibus ex more foretis munia, Spurio Cassio cura rerum urbanarum obicit, relictumq; militum quantum ad praesidium urbis videtur sufficere. ceteras copias eduxit Posthumius Cominius, nec tanquam legiones, sed & Latinorum non contemnda auxilia: primosque Volscos agressus uice cepit oppidum eorum Longulam, auisis oppidanis prodire obuiam, & uenientem arcere, sed surpitac compulsis intra moenia, & ne haec quidem foret defendentibus uno igitur die eum agor eorum sine puluere (ut vulnus loquitur) in postulacm redactus est, cum oppidum ipsum expugnatum non magno negotio. Consul præda milibus concessa, & relicto ibi praesidio duxit Polustiam non procul à Longula diskitam: nemineque obuio facile agrum emensus admouit exercitum ad moenia. ibi milites pars ualuis portarum excisis, pars per scalas superato muro, primo die oppugnationis oppido potiti sunt. quo capto in paucos defensionis auiores animaduereit, reliquos pecunias & armis mulieratos populi Romani iussa facere coegerunt posterum. Hic quoque relicta modica manu milium, sequenti die cum exercitu Coriolos peti: urbem nobilcm & quasi caput Volscorum, in quam bene munitam ualidus exercitus se receperat, & apparatus bellicus iam ante ibi ineras. hanc cum usque ad uesperam oppugnas-

Q. 3 scd.

set, amissis suorum compluribus repulsus est.
 postero die, comparatis arictibus, uincis, &
 scalis instauratus erat oppugnationem totis
 viribus: sed cognito aduentu Antiarium Co-
 riolanis propter cognitionē magna manu suc-
 currentium, diuiso exercitu dimidium ad op-
 pugnationem reliquit cum legato Tito Largo,
 reliquo hostem arcere proposuit. eodem die res
 utrobique gesta est feliciter, omnium egregia
 opera, sed unius viri virtute incredibili uix
 referenda ostentantis facinora. is genere patri-
 cius erat, non obscuris natus parentibus, no-
 mine Cn. Marcius, homo frugi & perliberali
 ac generoso animo. pugnatum est autem utro-
 bique in hunc modum. Largius prima luce ad-
 moto exercitu ad Coriolana mœnia, multis lo-
 cis tenebat adiutum. oppidani uero erecti An-
 tiarium auxilio, quod credebant iamiam af-
 fore, omnibus portis apertis simul in hostem
 secerunt imperium. Romani primam impressio-
 nem exceperunt fortiter, irruentibus inferen-
 tes multa uulnera: deinde pluribus eodem
 procurrentibus impulsi per declivia, cedentes
 in castra refugiebant r. liqui: solus Marcius
 de quo dixi, hoc uiso cum paucis restitit, ex-
 cipiens aduersum cuncum. prostratis que ali-
 quo, reliquos in urbem se recipientes perse-
 quebatur, cadens interim quorquot affec-
 tur, & suos ex fuga ad se reuocans: effectis

ut præ pudore in hostem conuersi, breui matratis uicibus eum ad moenia repellirent. Et Marcius iam audacius urgebat, ita ut tergo hærens fugientium per poreanam uia cum suis irrumperet. ac mox aliquot locis intra urbem pugnabatur, multis utrinque cidentibus, cum per vias, tum in expugnationibus sedium. nec otiosæ erant mulieres, et rectis pendentes hostem regulis, et pro se quisque quanrum poterat opem ferebatur patrie. non tamen diu restiterunt; coacti dedre se uictoribus. capta in hunc modum urbe milites ad prædam uerti diripiebant boni et mancipia. At Marcius qui primus imperium hostium retulerat, insigneisque præ alijs operam in expugnatione nauauerat, in secunda pugna Antiatæs maiorem etiam uiruem prestatit; nec enim æquum purabar uel huic dæsse prælio, sed mox post deditionem cum particeps qui consequi poterant accurrerat: cumque offendisset instructus iam acies mox congressarit. Et urbem captam primus suis nuntiavit, fumum ostendens crumpente ex incensis domibus, et locum à C. O. S. imperauit aduersum hostium robori. signis deinde canentibus primus oppositos aggressus, multis casis in medium perrupit aciem. nam Antiatæs non sustinens eum. cominus, quæ se inferret loco cedebant, et corona circundatum eminus telis impetrabant. ibi Posthumius ueri-

eus ne desolato grauius aliquid accidere, auxilio submisit globum ualidissimorum iunctum, ut hostes disiiceret: qui aperia ferro uisusq; aduersarijs, impetu elati uleuius, inueniuntur Marcium consuiciarum undique, ex circa cum stratos multos occisos aut semineces. huic adiuncti ductu eius reliquos inuaserunt qui etiam eum seruabant ordines, cædentes quoque resisterent haud aliter quam mancipia uilissima. memorabilem operam ediderunt in ea pugna Romani milites, cum alijs, eum præcipue qui Marcium protexerant: sed omnes superauit ipse Marcus, cui circa conuictus imputabatur uictoria. crepusculo tandem milites reculerunt se in castra, lati eo successu, multis Antiacium casis, multos etiam capiuos secum ducentes. sequenti uero die Posthumius aduocato in concionem exercitu prolixè laudauit Marcium, coronis honoratum uiremis ergo, alijsq; donis militaris: inter quæ fuit equus faleratus, ex decem capiua corpora ex opeione ipsius, argentiq; quaneum ipse ferre posset, ex reliqua præda honesta primicie. militibus uero acclamacione crebra gratulansibus Marcus ad consulem accedens ait se pro honore habere gratias ei cæterisq; omnibus: non tam se usurum eius liberalitate, cōtentum quo propter falerarum pulchrietudinem, ex uno capiendo qui hospes sibi sit. cum milites qui prius uenerint

nenerabancū uiri fortitudinem, magis etiam diuinarum contemptum admirari sunt, & in tanta felicitate tantam modestiam: ex quo facinore Coriolanus cognominatus est, omnium etatis sua nobilissimus. Post eam pugnam reliqui Volscorū populi pacati sunt, & si qui alij bellum cogitabant. Antiarium clade territi aut arma posuerunt, aut ne sumere quidē ausi sunt. quibus omnibus clementer habitis Posthumius domum reduxie exercitū. alter consul Cassius in urbe relictus incrim adē Cereris & Liberi Liberæq; dedicauit, quæ est in fine circi maximè super ipsos carceres sita, bello Latino ab A. Posthumio dictatore uota pro salute reipublicæ, & post uictoriā ex s. c. locata, absolutæ ex manubj̄ his consulibus. quorum consularu etiam cum Latinorū populis omnibus fœdus renouatum est, & instaurata amicitia: quoniam seditionis tempore nihil contra populum Romanū morant, & publice gratulati plebis redditum, fedelem operā nauauerant contra populos qui à Romanis defecerant. concinebantur autē hæc in eo fœdere. Romanis & Latinorū populis omnibus mutua pax esto dum cœlū & terra statu- nem eandē obtinente: & neutrī alteris bellū infere, aut aliunde hostes inducāte, nec bellū inferiū ierū prebeat: & bello infestatis opē ferarū totis viribus, prædamq; ac spoliis ex aquo dividam. de priuatis contractibus lices iudi-

Q 5 ciò

cio dirimantur intra decem dies in foro eius populi ubi contractus is factus sit. conditionibus foederis nihil addatur aut dematur nisi ex consensu Romanorum & Latinorum populorum omnium. in his conditiones foedus inter uerosque iustum est, iuratimque per sacra omnia. supplicationes etiam senatus decrevit ob plebis in gratiam reditum, & ferijs Latinis diem certum addidit, cum prius duo sicutum fuerint, primus consecratus a rege Tarquinio quo tempore deuicit Heruriam, alter a populo additus, quando regibus pulsis libertatum adeptus est. eunc uero certius accessit post reconciliatam plebem patribus. Earum feriarum & sacrificiorum certaminumque curam Senatus commisit ad libus ornatis prius praetextis & sellis aburneis, regiis insignibus, nec ita malo post consularium unius Agrippae Menenius diem suum obiit; is qui de Sabinis triumphauerat: cuius etiam suauis seruans profugis concesserat reditum, & cuius fudem secuta plebs ab armis discesserat: elatusque est impensis publicis, & sepulens magnificenter siue nam priuatae facultates hominis non sufficiebant ad honestum funus & sepulcrum: quamobrem eutores liberorum decreuerant ne unum cunigo efferre & humo condcre. Si non permisit hoc plebs: & tribuni aduocata concione multis laudibus prosectori eius memoriam commemoratisque gestis eius eam bellicis quam ciuili

ciuilibus, temperantia quoq; ac frugalitate, maximeq; pecuniarum abstinentia, indecorum abiebant tantum virum ignobiliter & humiliter sepeliri ob inopiam: autoresq; plebi fuerunt ut in funeris sumptuum conferrent quaneum ipsis liberat: quibus libenter obtemperatum est, consecutaq; mox ex collatice stipe magna uis pecuniae. ceterum senatum pudor cepit hoc cognito, rem indignam, nobilissimum Romanorum sepeliri collaris à plebe virilem assibus: decreuitq; sumptum ex aerario, comissa hac cura questoribus. qui maleo ære funus locauerunt libitinarij, corpusq; ornatum magnificissime pari apparatu cætero sepelierunt pro dignitate ac uirtute hominis. nec tamen plib; patribus cessit in honoranda defuncti memoria, noluitq; collectum illud æs à questoribus recipere: sed largita est ipsius liberis, miserrata inopiam, ne exercerent aliquid indignum paternis uiribus. Eodem tempore & census aetus est, censaq; caputum centrum & decim millia, eoq; amplius. atq; haec sunt gesta his consulibus.

Su Exmo Señor
desea como su lector
le sea suplico aquan
solo darme que nado,
y vuelvo a traer si gane
ni saber si no que da
Su manuel Ro badon
Yorbezaga le dona
quatos diajales pa
narin Ray erga

Su Manueel Ro
badon Yorbezaga
ecetera

~~Concejalía de Fomento~~
Calle de Alcalá, 10
Barrio de Salamanca
Madrid
España
Tel. 61 22 22 22
Fax 61 22 22 22
E-mail: psd@psd.es
Presidente
22. 7. 1998)

ALTER TO.
MVS ANTIQVITA-
TVM ROMANA-
R V M.
*

*In quo posteriores quinq; Dionysij Hali-
carnassei libri habentur: quos ob operis
ipsius molcm ab alijs separauimus.*



APVD SEB. GRY-
PHIVM LV-
GDVNIS.
1555.

ACTA DE LA
ASOCIACION DE
ESTUDIOS HISTORICOS
DE MADRID
MAYO

Para el año 1912 que comprende los años
1910 y 1911, se ha establecido la
siguiente cuota de suscripción:



· Y A D. M E S O U R A
· M A Y O
· 1912

3

DIONYSII ALEXAN-
DRI F. HALICARNASSEN.
*antiquitatum siue Originum
Romanarum, Liber
Septimus.*

In quo annoñæ difficultas eiusq; reme-
dia.digressio de Aristodemis.Volscor-
um motus. Tribunorum plebis con-
ciones in senatum. Lex de concioni-
bus.Cn.Marcij. Coriolani in Volscos
expeditio.eiusdem conciones in pleb.
Tribunorum pleb.in cum impetus.
Conciones Brutii, Appii, M.Valerij.
Coriolani exiliū. De ludis digressio.
tempus trium omnino annorum.



RT O Gegano Macerino, P.
Minucio C O S S. annoñæ ca-
ritas urbē inuasit ex secessione
orta.plebs enim à patricijs se-
cesserat post æquinoctium au-
tunnale,sib ipsum sementis initium: agerq; per
hos motus à colonis desertus est,dum diiores se-
natum & patricios,inops autem ac mercenar-
ium uulgus plebis partes sequitur.manseruntq;
ita separatim donec rursus in unum coiret ci-
uitatis, quod paulo ante brumam contigit. me-
dio temporis spatio, quod maxime sementi fa-
ciendæ est appositum, rura colonis erant vacua:

aeq; etiam post agricolarum redditum aliquan-
diu cultura ægre poterat reparari propter ser-
vitorum fugam & perniciem iumentorum qui-
bus opus erat, nec multum parati fuie in sequen-
tem annum uel alimentorum uel seminum. Quo
cognito senatus legationes dimisit in Hernu-
riam & Campanos atq; Pomptinos campos ad
coëmenda frumenta pro viribus. In Siciliam
missi sunt P. Valerius et L. Geganius, alter fi-
lius Publicole, alter Geganius & O. S. frater: in
qua cum oppidatim tyranni regnabant, & in-
ter hos eminentissimus Gelo Dinomenis filius,
qui recens cum in Hippocratis fratris sui domi-
nationem successerat, non Dionysius Syracusa-
nus, ut Licinius scripsit & Gellius alijq; ali-
quot Romani historici, non habuerat ratione tem-
porum ut res ipsa indicat, sed tamen narrantes
quicquid in mente uenerit. nam hæc legatio
secundo anno septuagesima secunda Olymp. na-
uigauit in Siciliam principe Achenerum Hy-
bilde, xxi. annis clapsis post pulsos reges, ut
constat inter hos & alios sermè omnes autores:
Dionysius senior anno ab hinc quinto et octua-
gesimo Syracsis inuasit tyrannidem anno set-
tio Olymp. nonagesim. et certe principe Arthenis
Callia qui successit Antigeni. Ferendum erat
siquis paucis annis fallereetur in suppuratione
temporum, prescrevit in prisca & multorum an-
norum historia, sed totis duabus aut tribus
etatis

ataribus à uero recedere non permittitur. mihi
 uidentur posteriores secuti errorem primi alicu-
 ius, qui hoc tantum in priscis commentarijs in-
 uenerat, his c o s s. legatos missos in Siciliam
 frumenti comparandi gratia, & aduexisse in-
 de à tyranno donatum: nec amplius scrutatus
 Gracorum historias quis cum fuerit tyrannus
 Sicilia, temere & inconsidere Dionysij nomē
 posuit. Illi igitur Siciliam petentes aduersas tecum
 pestates habuerunt, & circumnavigare insu-
 lam coacti sero ad tyrannum perueniunt, ex a-
 Etaq; ibi hyeme, in Italiam aestate demum reuer-
 si aduixerunt multum cōmecatum. Qui uero in
 Pompeium campum missi sunt, parum absuie
 quin à Volscis interficerentur pro exploratori-
 bus, falsò delati ab exilibus Romanis: agreq;
 seruati à suis hospitibus amissa pecunia req;
 infecta in urbem reuersi sunt. Idem accidit his
 qui Cumas uenere. cum enim in hac urbe multi
 Romani degerent, qui cum Tarquinio rege euau-
 serant ex ultimo prælio, primò à tyrāno ad mor-
 tem deposcebant hos uiros. quo nō imperato po-
 stulabant ut sibi liceat eos detinere, donec ipsi bo-
 na sua recipiant, quæ aiebant iniuste publica-
 ta à Romano populo, & ciuius litis tyrannum sa-
 ciebant iudicē. Dominabatur tunc Cumis Ari-
 stodemus Aristocratis filius, uir non obscuri
 generis, cognominatus Malacus, qua appella-
 tione post magis innosuit: sine quod puer passus

esset muliebria, ut quidam produnt: siue ut alij malunt, quod mollis esset minimq; iracundo ingenio. qui cuiusmodi occasione ad tyrannidem peruerterit, & quomodo se in ea gesserit, que ue habuerit uite exitum, non intempestiuum uideatur intermissa paulisper Romanarum rerū narratione compendio dicere. Olympiade sexagesima quarta principe Athenis Miltiade, Cumas Græcam urbem in Opicis ab Eretiensibus & Chalcidensibus conditam. Hetrisci superi maris accolē suis sedibus à Gallis pulsi, cumq; his Umbri & Daunii alijq; nonnulli barbari conati sunt excindere, non ob aliud quam felicitatem inuidiosam & nimiam. crant enim e tempore Cumae per totam Italiam opinione diuitiarum ac potentia celebres, quod agrum haberet Campani campi fertilissimum, & poris circa Misenum opportunissimos. his felicitatis insidiis struentes barbari expeditionem contra urbem eam fecerunt, peditū quingentia milia non minus, equitum duodeciginti millia. his non procul ab urbe castra habentibus prodigium accidit, qualc nullum extat in omni hominum memoria, nec apud Græcos nec apud barbaros. qui præter eorum castra fluebant amnes, Vulturnus & Glanis, omisso naturali meatus uicerunt cursus, aliquandiu ab ostijs retrocedentes ad fontes suos. quod ubi Cumani audiuerunt, ausi sunt cum hoste congregari, interpretari deum

dcum depresso^rum clatas res hostium, elaturum
 suas humiles: diuisaq; trifariam iuuentur, par
 te una ad urbis præsidium, altera ad nauium
 custodiam relicta, terciam in aciem produxerūe
 excepturi imperium hostium. erant autē sexcenti
 equites, peditem quatuor millia, & quingenii
 insuper. tam parvo numero sustinuerunt tam
 multa millia. quos ut pugnare paratos animad-
 uicerūt barbari, c' amore ut illis mos est subla-
 to inuaserunt eos nullo ordine permixti pediti-
 bus equites, quasi omnes deleturi. erat autē an-
 te urbem ubi pugnabatur uallis angusta mon-
 tibus & paludi^bus clausa, pro uirtute Cumano-
 rum faciens, iniqua barb. irorum multitudini.
 pro rudentes enim & procul canentes se inuicem,
 cum alibi, cum circa coenosam paludem, prius-
 quam ad manus cum Græcis uenirent obtre-
 bantur à suis pleriq;. ita ingēs ille pedestris exer-
 citus mutua collisione afflictus, nullo facinore
 memorabili edito fuga dispersus est. equites au-
 tem strenue pugnantes exhibebant Græcis mul-
 tum negotij: sed quia propter loci angustias cir-
 cumuenire hostem non poterant, superne etiam
 fulminibus & imbribus Græcos adiuuantes,
 erga uerecrunt territi. In hac pugna eximia
 fuit equitum Cumanorum opera, ut qui causa
 uictoriæ fuerint confessione omnium: sed inter
 omnes Aristodemus Malacus enieuit. etenim
 ducem hostium prostrauit congressus cum eo.
 aa 4 singulari

singulari certamine, mulosq; fires viros alios.
Pace reddit a, & sacro dys peracto pro victoria, sepulisq; honorifice qui in pugna ceciderat in ciubus, magna contentione certarū est cui nam deberetur prima corona ob rem gestam fortiter. nam sinceri iudices Aristodemum hoc honore dignabantur plibe quoq; sauente: potentes ciues & senatus propensiōres erant in Hippomedon-rem magistrum equitem. erat autem tunc penes optimates Cumana resp. plebs uero non mulcium poterat. ex hoc ambitu ortā seditione, uerissimā suā maiores ne in arma & cedes exiret contenatio, persuasērunt ueriq; factio, ut ambo uiri ex aequo honorarentur. quo factum est ut Aristodemus Malacus habereatur plebis patronus in posterum: qui quod esse facundus concionibus eam ductabat, concilians sibi actionibus popularibus, & proceres pecularius arguens, pecuniaq; priuata multos ciuium adiuuans. quapropter optimatis reipub. molestus timebatur etiam. uigesimo deinde anno post pugnam illam barbaricam uenerunt ad Cumanos Aricinorum legati supplices, opem orantes contra Herulos. namq; post pacem Romanis data rex eorum Porsena filium suum Aricinum cum dimitio copiarū misit, ut propriam dicionē sibi quereret, sicut supra dictum est. is eum Aricinos oppugnabat cōpulsos intra moenia, sperans se breuios famae in suam potestacem redacturus. hac legatione

legatione admissa proceres optimatiū Aristodemus infensi, et clementes ne ille in aliquam calamitatem conūciat Remp. uidetur sibi egregiam occasionē nocti tollendi hominis sub praetextu honestissimo: persuasoq; populo ut Aricinis duo milia virorum auxilio submiseret duetu Aristodemis, quod effet rei militaris perissimum: postea parabant insidias homini, per quas uel ab Hieruscis interimeretur uel inter nauigandum perire. cum enim delectus habēdi possitatem à senatu accepissent, ex nobilibus aut alicius preiū hominibus nullius nomen reculerunt in matriculā: sed conscriptis ex plebe pauperrimis ac nequissimis, quos semper ut nouandarum rerum cupidos habuerant suspectos, in classem eos imposuerunt, deductis decem uerustis. Et nauigationi parum idoneis etiremibus, quarum præfecti erant Cumatorum egentissimus quisq;, et proposita pena capitali signa non sequentibus. Aristodemus hoc rancum præfatus, non nescire se inimicorum menem, qui auxiliu ferendorum specie se in manifestam miscant perniciem, suscepit earum copiarum imperium: emensusq; cum Aricinorum legatis mare quod est inter Cumas et litus Ariciae proximum, exescensione ibi facta, et relicto naubus presidio, eadem nocte confecto iūnere eccestri, quod non longum est, diluculo in Aricinorum conspectum peruenit. cumq; prope urbem posuisse ca-

aa s stras

stra, persuasit obfessis ut in campum prodirent, consfestimq; hosti pugna fecit copiam. ac mox collatis signis commissum est acre prælium: non tamen Aricini diu locum suum renucrunt, sed semel impulsi resugerunt ierum intra mœnia. Aristodemus stipatus lectissimo quoq; totam ciuius pugnae molem sustinuit: et sua manu cæso duce hostium fugatisq; barbaris pulcherrimam acquisivit uictoriam. His gestis honoratus ab Aricinis per quam munifice, abnauigauit quan tocyus, ut ipse Cumanis nuntiaret suam uictoriā. cum sequebantur multæ Aricinorum onerariæ, uhenentes capieios Herrufos et spolia. Iamq; propinquius Cumis nauis ad littus appulit: et aduocata concione militum, multis uerbis inuentus in ciuitatibus proceres, laudariis quorum opera in prælio fuerat clarior, diuisoq; uirilim argento et muneribus Aricinorum in medium propositis, rogabat ut beneficiorum memor res, postquam in patriam restituti fucrint, si quod sibi periculum ab optimatibus immineret, opem ferrente pro uiribus. Omnibus autem gratias agentibus pro insperata salute quam ipsi deberent, et quod non redirent uacuis manibus, et suis citius animas quam illius salutem inimicis se prodituros pollicentibus, laudata eorum uolumate concessionem dimisi. ac mox vocatum in suum centorium scelestissimum quenq; et munipromptissimum, largitionibus, communitate, deniq;

deniq; spe neminem non illicere solita corrupie,
 ut paratos haberet ad muandum præsentem sta-
 tum Reip. His assumptis operæ ac periculi socijs,
 monitis prius quid agendum cuiq; , & capiuis
 quos secum portabat , sine prelio libertate con-
 cessa, ut eorum quoq; uteretur benevolentia, or-
 natis nauibus in portus Cumanos de latus est, ef-
 fusis ad littus cognationibus milium, & paren-
 tibus, liberis, coniugibus suos lacrymis, osculis,
 amplexu excipientibus , suauissimisq; appellati-
 onibus consalutantibus. necnon & alia mulci-
 rudo urbana cum gratulatione plausuq; ducem
 deducebat ad ipsius domicilium. Quam rem mo-
 leste ferentes, præscriim qui copiarum imperium
 ei dederant, & alia in perniciem ipsius machi-
 nati fuerant, malè de futuris cogitare coeperunt.
 Ille post paucos dies quos uotiuis sacrificijs ex-
 foluendis insumpsit , & recipiendis cardioribus
 onerarijs , ratus iam adesse tempus ait se uelle
 apud senatum de rebus à se gestis discrere , &
 prædam eo bello partā ostendere. Cumq; frequens
 senatus coactus esset , affuit & ipse , omniaq;
 concionabundus denarrabat ordine. Intrim pa-
 rati iam ante facinoris socij sicas habentes sub-
 ueste , per consertam turbam pro curia stantem
 insinuati in senatum , interemerunt omnes opti-
 magium proceres. ac mox omnes è foro diffugere,
 domum quidam, exera urbem alijs, exceptis con-
 scijs. hi arcē & naualia, locaq; urbis maniora
 occup

occupant. sequentis uero nocte soluit uinctis & damnatis capitib[us] quorū magnus erat numerus, armatisq[ue]; una cum amicis alijs in quibus erant Hierusci caprini iuuenes, satellitum ex his circa se constituit: & postquam illuxerunt dies, conuocatio in concionem populo, muleum in occisos à se ciues inuictus, pronuntiauit illos paenam luisse meritas eories sibi appetito insidijs: cateris libertatem se afferre & ius aequum, aliaq[ue]; bona plurima. His dictis, repleuisq[ue]; mirifica spe plebejus hominibus, à duobus cgregijs actionibus administracionem Reip. orsus est, que solent esse tyrannidis cuiuslibet exordia, agrorum diuisione, & alieni aeris remissio, in se curam ueriusq[ue]; recipiens, imperator creatus causa constituenda & in popularem formam redigenda Reipub. Vulgo autem libenter alienorum bonorum rapinam accipiente, iam plenariam potestatiē adeptus aliud intulit consilium, per quod deceptos ciues pariter liberi ac omnes exuit. Fingens enim uereri si ne quis cumuliua à diuitiis in plebem cooriretur, propter diuisionem agrorum & aeris alieni remissionem, né ue bellum ciuile ac cædes existarent, ut se unicum modum inuenire quo caueri hoc posset, si omnes arma ex adib[us] prolata d[omi]nū dedicarent, ut queane eis uti contra exercitum hostem si opus fuerit, non contra sc[ri]p[ta]s. interim rectissime deponi penes d[omi]nos. Quod ubi persuasit, abstulit una die Cumanorum arma omnium: deinde

deinde sequētibus scrutatus priuatas ades, mul-
tos bonos viros in eis occidit, quasi nō omnes in-
dicassent arma dīs dībita. quo factō tribus cu-
stodīs tyrānidem suam communīcē: quarum una
constabat ex fōrdidissimis & nequissimis ciui-
bus, quorum ope Rēipub. gubernacula optimā-
tibus ademerat: alīera ex impīs seruis, quos ipse
herorum suorum occisores manumiserat: tertiā
ex conductītūs barbaris immanissimis. hi non
pauciores erant duobus milibus, in re militari
longe præstantiores ceteris. Interemperiorum effi-
gies ex omnibus rempli in profanos locos trans-
culit, suis in locos carum substiuitis: domos eo-
rum & prædia bonaq; cetera inuadens, expor-
tato inde auro argentoq; & siquid aliud inerat
dignum possessione tyrannica, reliqua largieba-
tur sua dignitatis assessoribus. sed plurima &
maxima dona dabat iūs qui heros suos occide-
rant. at illi petebant etiam uxores corum & fi-
liae in coiugium. ceterum masculam occisorum
progeniem principio contemperam, postea siue
oraculo quopiam monitus, siue ipse reputans
eam in suum ali periculum, conatus est omnem
una d:e perdere. sed deprecantibus id matrum
mariis apud quos albancur pueri, pro magno
timere concessit eis uitam, ita tamen ut cauere
ne quando conspiratione facta molirentur ali-
quid contra tyrannidem: iussi q; omnes ex urbe
abire alium alio, & per rura sparsos degere
procul

procul omnibus liberalibus disciplinis ac studijs,
exercencies pastoralia munia & agrestia ope-
ra facientes, mortem interminatus si quis corum
deprehenderetur intra moenia. Illi relictis pa-
ternis laribus ruri alebantur quasi mancipia,
seruientes paerum suorum intersectoribus. Et ne
uel in aliorum ciuium quoquam animus fieret
generosus ac masculus, dedit operam ut effe-
minaretur tota urbana iuuentuis educatio,
sublatis gymnasij & armorum meditationibus,
& multa uictus ratione qua prius ueebantur
pueri. insit enim eos more uirginum comam
alere ac plectere fertisq; redimiri & reticulis,
induiq; pictis tunicis talibis, amiciriq; co-
nuibus & mollibus palliolis, & in umbra de-
gere. In ludum saltatorium, aut euntes ad tibi-
cinem fidicinéme comitabantur paedagogi mu-
lieres cum flabellis & umbellis, ipseq; lau-
bant eos, pectines in balnea deferentes & ala-
bastros unguentariis atq; specula. huiusmodi
educatione corruptos usq; ad annum acatis ui-
gesimum, cum demum inter uiros censi passus
est. Cumq; his alijsq; multis modis illusissit &
insuliasset Cumanis ciuibis, à nullo libidinum
crudelitatemue genere temperans, iam in tuo
putans suam tyrannidem, senex tandem poenit
dedie excisus à stirpe dys hominibusq; plauden-
tibus. Insurrexerunt enim in eum, & ciuitatem
pristante liberasi reddiderunt filij cesorum ab
ipso

ipso ciuium, quos olim una die uolens occidere,
cohibus fuerat satellitum qui matres corū ha-
bebant precibus, relegatis in agros pueris. Nam
cū aliquot annis post iter per uicos faciens,
animaduertisset in eis mulum iuuētuis ualide,
timens eorum conſpirationem & praeuenire uo-
lens, cogitauit omnes ex improviso interficere:
adhibitisq; amicis consulabat quomodo posset
eos cito & facile opprimere. Hoc ubi ſenſcre iu-
uenes, ſine alicuius conſciорū indicio, ſine ſuſpi-
cione morti uerifimili, fugerunt in montes arre-
ptis ferramētis ruſticis: moxq; adfuit eis auxi-
lium Cumanorum exulum qui agebant Capuae:
inter quos nobilissimi erant, & plurimos Cam-
panorum habebant hospites, Hippomedonis fi-
lij, eius qui Heirusco bello fuerat magiſter equi-
tum: omnes armati & arma illis quoq; afferen-
tes, adducentesq; Campanos mercede conductos
& amicorum manum ualidam. coniunctis de-
inde uiribus agros inimicorum infestabant la-
trocinijs, prædiis abigentes, & ſcruos abducentes
à dominis: uinctosq; ſoluenteſ armabant: &
ſi quid rcrum pecorūmne non poterant ferre age-
re, incendibant & iugulabant. Ibi tyranno
perplexo animi, n: c expedienti rationem qua
inimicis occurseret, quod nec aperire reū gererent,
nec codi m loco herceni diuei:us, ſed pro nocturn-
i diurni: ae itineris ſpario, nunc hic mane, nunc
illuc neſpere graſſarentur, cluderenq; militem
pref

præsidio missum agrestibus, ultra quidam è numero exulum se obtrulit. lacerato uerberibus corpore perfugam simulans. is ueniam à tyranno stipularius, pollicieus est perducturum se copias illius eò loci, ubi sequentem noctem acturi essent exules. & habita est fides homini, quod nihil præmū poscens seipsum præbere obſidem. moxq; missi ducum fidissimis addito equitatu & mercenarijs copys, cum mandatis ut exules omnes si possent, aut certe plurimos uinctos in urbem pertraherent. cum factus ille transfuga excretū per inuios & deserios salius itinere laborioso tota nocte cōtinuato abduxit ab urbe quam longissime. Interea fugitiui exulesq; in Auerno monse prope urbem positis insidijs, ubi signo ut cōuenerat à speculatoribus dato cognoverūt discessum exercitus, miserunt ex suis circiter L x. audacissimos, maſtrucatos & fasces ſarmendorum gerentes, qui crepusculo alijs per alias portas uelue operarij se clam in urbem inſinuauerunt: de promptisq; quos in fascibus celauerant gladijs conuenientes in unum ſimul portam inuaserunt que ad Auernum fere: cœſisq; custodibus per cubilia, ſuos iam mœnibus propinquos admiserunt portis parentibus, ſentiente nemine. erat enim illa nocte ſestum quoddam publicum, & totum uulgo uocabat porationibus alijsq; hilaritatis, ita ut sine impedimento peruenirent ad tyranni regiam. ac ne circa ianuam quidem multo

xigil

wigilabant custodes: sed hic quoq; alios sopitos
 alios ebrios confoderunt non magno negotio: &
 irruentes in edes uno agmine, alios omnes nec
 corporis iam nec mensis p̄ae uino compotes in-
 gulauerūt more pecorum: ceterū Aristodemum
 cum liberis & cognatis comprehendēsum, ad mul-
 tamq; nocte prius laceratum & excruciatum
 omni tormentorū genere, postremo & ipsum in-
 terfecerunt. atq; ita radicibus euulsa tyranni fa-
 milia, ne nec parvulos filios, nec uxorem, nec ultō
 ex eorum uniuersa cognitione reliquum sine-
 rent, scrutari etiā per totam noctem adiutores
 tyrānidis, simul cum luce orta in forum proces-
 ferunt: aduocataq; cōcione, & armis positis, re-
 stituerūt in integrū remp. Ad hunc Aristode-
 mum quarto decimo anno eius tyrānidis exules
 Tarquiniani uenerunt, poscentes sibi ius reddi
 contra patriam. Legati primū negabant se ue-
 nisse ad iudicium, quod potestarem dicendae cau-
 se non haberent, quam à senatu non acceperint:
 deinde cum nihil proficerent, uidereneq; tyrannū
 propensiorem in partem aduersam propter pre-
 ces exulum, petito tēporis spatio, & uadati pe-
 cunijs, nemine amplius obseruate, & causa etiā
 tum pendente furtim dederunt se in viam. famu-
 liū eorum & iumenta pccuniasq; allatas fru-
 mentationis gratia tyrannus detinuit. ita hæ le-
 gationis re infecta reuersæ sunt. ceterū qui missi
 fuerunt in Etruria, milium & frumentum ab
 bb eius

eius regionis populis coemptū in urbem cōpor-
tauerunt nauibus secundo flumine, quo cōme-
tu brcui absumpto laborabatur inopia sicut
antea, ut nullū cibum intentatū relinqueret, ad
quem adigere solet necessitas. quo factum est ut
multi uel præ inopia, uel præ insuetis alimentis
affectionis effent corporibus, pauperes uero præ
inedia prorsus inualidis. quod ubi Volscis nuper
decūctis est cognitū, occuleis legationibus se in-
uicem ad bellū solicitarabante, rati populū Ro. ne-
quaquam parens fore fami simul ex hostibus.
Sed diuina prouidētia cui erat cura ne is popu-
lus inimicis succumberet, tum quoq; manifeste-
uit suam excruite. tanta enim pestilētia repete
Volscos inuasit, quanta in omni hominum me-
moria nec apud Græcos fuit nec apud barba-
ros, nulli atati percens uel conditioni uel sexui,
siue in debiles incidere siue in ualidos. cuius cla-
dis magnitudo satis liquere potest ex nobili eius
genetis urbe Velitrīs, que magna prius ex popu-
losa sic tum exhausta est, ut decima tantū pars
incolarū reliqua manserit. qui superfucre inco-
lumes legatis in hoc missis desolutionem patria
conquesti, se et sua dediderūt in fidē Romani po-
puli. nam et antea colonos ex urbe acceperant,
in quorū agros tunc uacantes petebant submitti
nouos dominos. quo cognito Romanos alienarum
calamitatum miseratio subiit, ita ut obliuiscer-
rentur iniuriarū, rati satis pœna dūs luisse ini-
micos

micos pro cogitato scelere. *V*ecliras uero non parum colonorū numerum mitti placuisse repulsis multa inde prouentura cōmoda. nam e*go* locus ipse uidetur idoneus qui occupari ualido praeſidio, ut impedimento effet res nouas molientibus: *e**go* in urbe apparebat b*u*iorē fore almentorū inopiam, si migraret non contēnenda plebis portio. Sed nihil aque mouit ac seditio uix dum priore extincta sus pullulans, que ne matureceret eo facilius decreta est colonia. rursus enim ut an*te* plebs concitatatur infensa patricijs, multaq; in eos iactabantur conuicia: alijs incuriam corum *e**go* supinitum incusantibus, qui non multo ante prospexerint annonae: alijs data opera caritatem inductā assuerantibus, per iracundiam *e**go* libidine uxanda plebis, à qua se desertos suisse meminerint. quo ciuius coloni deducti sunt à creatis in hoc triumviris, ex senatus autoritate. plebi autem principiogramatum erat mitti aliquos in coloniam, fame carituros *e**go* regionem habitaturos fertile. deinde considerantes pestem quae urbem ipsis destinatam vacuefecerat absumptris habitatoribus, *e**go* aduenas metu similis tractationis terribat, paulatim mutabant animos, ut multo pauciores diceret nomina, quā quantū senatus decreverat. atq; hos ipsos iam consilij pœnirebat, *e**go* tergiuersabantur exitum. relicta est tamen domi hæc pars, *e**go* quoiquot non sponte proficisci

b b z cup

cuperent, senatus consilio factio ut ex omni ciuiū numero fore coloni ducerentur, grauiſſima & irremitibili multa proposita ire detrectatibus. Ita bene magna manus necesse habuit velitas migrare, nec multis diebus post alia Norbā Latini nominis urbē non ignobilitē. Fefellit tamen sua spes patricios quanum ad compescendam seditionem attinet: quod reliqua plebs magis etiā efferaretur, uociferans in patres per cœsus & sodalitia, paucis primū coēuntibus, mox gregatim, grauius iam urgente inopia: concursuq; facto in comitium tribunos uocabat. Cadauta deinde concione, progressus in medium sp. Icilius, qui tunc locum principem inter collegas cencbat, & ipse uehementer in senatu inuenitus est quanū poterat grauans eū inuidia, & alios iubebat suam mītem curam populo proponere, nominatim Sicinium & Brutū tunc ediles, qui & prime secessionis plebi autores fuerant, & introducto in rem publ. tribunatu primi eū magistratum assūcti sunt. Hi progresi malicioſissimis conciones habuerunt, iam dudu præparatis, quas multitudo libēter audiebat: quasi datus opera et insidijs diuītū cōtigerit præsens inopia, quia libertate illis inuitis plebs per secessionem inuenisset. non enim aequa granari fame locuples atq; inopes. nam illis esse occulta penuria, pecuniasq; ad emendos cōmeatus aduectiōs, quibus frexi facile possint hoc malum corrīxī.

remnere : plebeios carcre utroq;. Addebat co-
 loniam deductam in locos pesti obnoxios mani-
 festo periculo, exaggerantes id quanū poterat,
 & rogantes quis tandem malorū finis, refricā-
 resq; memoriam prioris diuitium s&uicie, qua in
 nexos usi fuerant, & alia similia declamantes
 magna licentia. Postremo Brutus sermonem suū
 comminatione clausit: si uelint sibi parere, breui
 se effecturum ut qui malum hoc accenderunt,
 ipsi rottinguerent. ita cum cōcio dimissa ist. Po-
 stera die consules senatū conuocauerunt noua-
 tionem aliquam timentes, & solicii quonam
 Brutus plebis assentator euaderet: multa ibi di-
 eta sunt ab ipsis consulibus, multa à natu ma-
 ioribus, nonnullis censentibus delinienda plebem
 omni comitate uerborū, & pollicitatione ope-
 ra: placandosq; duces eius, proposita rerū diffi-
 cultate, rogandosq; ut uelint in commune con-
 sulere: alijs contrà suadentibus nihil indulgen-
 dum uulgo imperito & refractario, nec aler-
 dam improbam & iniolerabilim cius adulato-
 rum insaniam: sed respondendum non esse patri-
 cios in culpa, & sinaii rem curae fore pro ui-
 ribus. ceterum turbatores plebis obiurgandos
 cum interminatione, daturos meritas pœnas ni-
 seditiones souere desinant. Huius sententiae prin-
 ceps fuit Appius, que & uicit magna patrū
 contentione, ita ut populus clamoribus eorum
 territus è comitio in curiam concurreret, erexit

bb 3 in

in expectationem omnibus. post hac c o s s. dicitur iam uergente in concionem à se uocatam progressi conabantur senatus uoluntatem ostendere: sed intercedente tribuno exorta est indecora altercacio. nam utrinque clamoribus agebatur, et obstrepebant sibi uicem, ut difficile esset quid sibi uellent intelligere. Consules pro potestate postulabant sibi tota pariter urbe ius imperii. ediverso tribuni contendebant suum locum esse concionem, sicut illorum senatum: et in sua potestate esse quicquid per plebēi iudicandum decernendum. pro his plebs stabat acclamacione addens animos, et parata congrēdi cū obstantibus si opus sit: consules stipabātur a patriciis. eratq; ingens cereamen, quasi in præsensi uictoria ius omne quod in posterum habituri essent considereret. iamq; sol circa occasum erat, et procurrebatur paſsim ē domibus in forum: uidebanturq; ni nox liecm diremisset, a matribus non temperaturi et iactu lapidum. quod fieret, progressus in medium Brueus a consilibus dicendi potestarem sibi petiit, seditionem se compositurum polluit. illi putantes se uicisse quod presentibus tribunis concionator plebeius a se dicendi copiam petierit, permiserunt hoc ei. qui silentio facto nihil aliud locutus sic interrogauit consules. Meminiſtis' ne, inquit, in eis conditiones pacis concessum nobis, ut quoties tribuni concionem aduocauerint, ei se patriciū non

non misceant, neq; interturbent? Meninimus,
 inquit Geganius. Tum Brutus: Cur igitur im-
 peditis nos, & non finitis tribunos que uolunt
 dicere? Respondit Geganius: quia non ipsi con-
 uocauerunt plebem in cōcionem, sed nos C O S S.
 quam si ipsi uocassent, non ingereremus nos:
 nunc quia coiuit ex autoritate nostra, non hos
 concionari ueramus, sed nos uerari iniquum du-
 cimus. Tum Brutus, Vicimus Quirites, concesse-
 runt nobis aduersarij quod uolumus. Abire
 nunc & definite contendre: cras nobis ostensi-
 rum me pollicor, quam habeat is uim. Nos
 quoq; tribuni in praesentiarum eis foro cedite,
 non cessuri ubi potestatem uestri magistratus in-
 tellixeritis. intelligetis autem breui. ego hoc uo-
 bis declarabo, & superbos istos docebo mode-
 stiam. quod si uos decepero, quod uultis mihi fa-
 cite. His uerbis cum nemo contradiceret, soluta
 est concio, uariante expectatione hominum. nam
 inopes priabant egregium aliquid excogitasse
 Brutum, nec temere tam ingentia pollicium.
 patricij contemnabant levitas in hominis, au-
 dacia promissa rati non ultra uerba processu-
 ra. nihil enim à senatu concessum tribunis, nisi
 ut opem ferant plebeij iniuriam patientibus.
 non tamen omnes, praesertim natu grandiores,
 negligebant hoc negotium, scilicet ne graue
 aliquod malum afferat hominis insanias. Se-
 quenti uero nocte Brutus communicatio cum

bb 4 trib

tribunis consilio, & preparata manu plebeiorum non modica, descendit cum eis in forum ante claram lucem ade Vulcani occupata, qui locus destinatus erat concionibus, vocabatq; plebem in comitium. ac mox referro foro (neque enim unquam antea tanta turba conuenerat) progressus in medium Icilius tribunus multis uerbis accusauit patricios, memorās omnia que unquam contra plebeios egreerant. deinde aiebat se h̄isterna die per eos à dicendo prohibitum, & potestate sui magistratus exutum. Quid, inquit, nobis fiet reliquum, si ne loqui quidem permittimur? quomodo uestrum alicui per eos oppresso poterimus succurrere, si nobis potestas conuandi nos adimicur? Verba enim initium sunt omnium operum: & manifestum est, quibus dicere quae sentiunt non licet, eos non facturos etiam quae uolunt. aut igitur reddimus nobis potestatem quam acceptimus, nisi uultis eam confirmare ut ruta sit: aut lege lata uerare ne quis nobis posthac impedimento sit. Hec locutus, acclamante plebe, ferret legē, iam scripam habens recitabat: moxq; tribus iussit ferre suffragia, quod res dilationem non patueretur, ne forte impediretur interueni consulum erat autē lex h.e.c. Cōcionanti apud populu tribuno nemo contradicito. nec dicentem interpellato. Si quis contra fecerit, uades dabo tribunis soluturum se multam quam imposuerint. qui uades non decritis,

derit, morte mulctator, & bona eius sacra sunt. Siquid conterouersi & mulctarū huiusmodi causa inciderit, iudicia penes populum sunt. hac lege confirmata suffragijs populi, tribuni concionem dimiserunt: plebs bono animo abiit, magnam Bruto habens gratiam, cuius legem hanc inuentum putabat. Secutæ sunt deinde multæ altercationes tribunorum & consulium, dum neq; plebs senatus consuli a rata habere uult, neque senatus approbare plebiscita. ita per contentiōnem utriusque suspecti erant alteris. non tamen odium hoc processit ad facinus aliquod gravius, ut fieri solet in huiusmodi perturbationibus. nam neque pauperes imperium fecerunt inuides diuitium, ubi putarent inueneuros se frumentum reconditum, aut commeatum uenalem ausi sunt diripere: sed perserebant res paruas emere magno precio, & cum argentum deficeret, cōtentii erant radicibus & oleribus. neq; diuites freti suis ac clientelarū opibus inducerūt animū ut soli urbem tenerent, per uim pulsis auctoribus inopibus: sed uelut prudentes patres iram moderabātur erga filios, indulgenter eorum errare et ferendo. In hoc rerū urbanarū statu, propinquus populi innirabat si qui uellent ad se migrare, offerentes ulero ius ciuitatis & alia humanitatis officia, quidam benigna mente ob benevolentiam & miserationem, alijs malitiose ob iniuriam felicitatis pristinæ: multiq; cum ioris fa-

bb s mil

mulijs mutarunt domicilium, quorum alijs redie-
 runt mox ut tranquillitas urbi est reddit a, qui-
 dam in totū emanserūt. Hęc uidebūt oss.
 placuit ex s. c. delectu h. abito exercitū educere.
 arripuerunt autē occasionem h. :estā excurren-
 tibus & agrum uastantibus hostibus, repulsan-
 tes interim & alia huius expeditionis cōmoda:
 uidelicet leuiorē fore annonā domi relictis iam
 paucioribus, & armatos maiorem copiam ali-
 mentorū habituros missis in hosticū frumenta-
 toribus. seditionē quoq; inter quieturam durante
 militia. V. debatur etiā mulrum ad confirmandā
 reconciliationē facere cōmunis patriciorum ac
 plebeiorū militia, interq; pericula prospera ex
 equo aduersa&q; forense societas. Verum plebs
 non tam facile parebat ut antea, neq; spōte da-
 bat nomina: cogere uero eam legibus nolebant
 cōsules, sed uoluntarij quidā cō patricijs conscri-
 pri sunt una cum suis clientibus. quos pauci ex
 plebe secuti sunt. ductabat autem eos Cn. Mar-
 cius qui Coriolos ceprat, & ex conflictu cum
 Antiatibus fortitudinis palmā retulerat: cuius
 ductus maxime parti militū addebat animos,
 uel quòd amarent cum, uel quòd bonā spēm con-
 ciperent. Iam enim fama celebrabatur, & ma-
 gno terrori erat hostibus. Is exercitus usq; An-
 tium progressus, praeer magnam frumenti uim
 in agris repertam, mancipijs quoq; pecoribusq;
 multis potius est, breuiq; dittor factus domum
 rediye.

rediit, ita ut qui manserant in urbe mœsti oblo-
 quicrentur tribunis, quorum culpa videbatur
 simili felicitate fraudari. In hunc modū Geganius
 & Minucius huius anni consules magnis
 iactati tempestariibus & penè obruti, euaserūt
 tamen & seruarunt republicam, maiore pru-
 dētia quam felicitate. His secuti M. Minucius
 Augurinus, A. Sempronius Stratinus, iee-
 rum eundē magistrorum adepti, uiri armis &
 consilio clari multam curam habuerunt impor-
 tandi frumenti aliorūq; commearium, uelut in
 annonē uilitate concordia populi consistet:
 non tamen eis uirunq; contigit, saturitatem cō-
 sequentie petulania: & quando minime puta-
 batur, tunc denuo maximum populus Romanus
 periculum adiit. nam & legati frumentarū missi
 è mediterraneis & maritimis emporijs fruges
 coempias aduixerunt in horrea publica: & ne-
 gotiatores frumentarū undiq; confluxerāt. quos
 ciuitas exonerauit redemptis mercibus ex aera-
 rio, que afferuarentur publice. Venerunt & le-
 gati superiore anno in Siciliam missi Geganius
 Paleriusq; cum multis onerarijs, que afferebant
 triiti quinquaginta milia medinnum Siculo-
 rum: quorum dimidium emerant admodum uile
 preцio, reliquum tyrannus dono miserat, suόque
 sumptu aduixerat. eas appulisse postquam in
 urbe cognitum est, diu agitatum est inter patri-
 cios quideo debente facere. nam qui aquisti-
mis

mi erant plbicijs; amatisimi, cōsiderantes eam
 in quanis esset necessitatibus, & donum tyran-
 ni suadebant diuidendum pl. beys hominibus,
 & emperum pecunia publica reuendendum eis
 paruo pretio, docentes hoc maxime pacto fieri
 posse ut deliniti beneficio pauperes aequiores red-
 dentur diuitibus. at arrogantiores & amici
 paucorum optimatum potenciae, aiebant omni-
 bus modis omniq; studio plebem affligendam:
 consulebantq; ut quam possent carissime frumenta
 cum ei uenderent, ut uel necessitate adacta fo-
 brietatem discraret, & magis subiectetur ciui-
 tatis legibus. ex horum numero erat & Mar-
 cius ille Coriolanus cognomine, nō ut reliqui dis-
 simulans timore suam sententia, sed aperte ma-
 gnaq; audacia clamans, mulis plibeys au-
 dientibus. nam prater publicas odij causas, etiam
 priuatim infensus erat plebi ob recentem ut illi
 uidebatur iniuriam. Consulatum enim ambienti
 proximis comitēs cum non decesserent patriciorum
 studia plebs aduersata magistratum cum dare
 noluit, uerita uiri claritatem & audaciam, ne
 forte his fretus conaretur è repub. tollere pore-
 statem tribunitiam, augēre metum cum alacri-
 tate patriciorum, qui nulli unquam candidato
 & que fauerant. hac igitur offensa irritatus, &
 mutatam remp. in prislinā formam restituī cu-
 piens, & ipse(ut dixi) palam aduersabatur ple-
 bis potentia, & idem ut facerent persuadebat
 alijs.

alij. Tamq; circa sc̄ habebat ualidam sodali-
 tam nobilium iuuenū, & multos clientes quos
 illi militiae commoda cōciliauerant: quibus clā-
 rus ferocietate & agebat splendide, in ciuitate
 insigniter præminens, sed minus felici exitu. Se-
 natu enim hac de causa coacto, & rogatis ex
 more primum senioribus, in quibus multi aper-
 te contrarias plebi sententias dicebant, ubi ad
 iuniores ex ordine uenient est, à C O S S. petita
 proferendi que ueller facultate, omnibus annuncia-
 tibus & aures arentas præbētibus, in hunc mo-
 dum contra plebem differuit. Non necessitate
 inopiae coactam plebem secessisse P C, sed ma-
 litiosa mente ut optimatum potentiam destrue-
 ret, & ipsa posset omnia, puto nos fermè omnes
 intellectisse ex eam inquis pacis conditionibus.
 quandoquidem non contenta fidem è contracti-
 bus sustulisse. uiolassq; leges de his cōditas, no-
 num magistratum instituit per quem consula-
 tus antiquaretur, cumq; lige lata sacrosanctus
 fecit, & nunc is recenti plebiscito tyrannica po-
 testate suffulitus est uobis imprudentibus. Cum
 enim homines hanc maximam potestatem na-
 eti honesto pretextu succurrente pressis iniuria
 ciibus, abuentis ea bona nostra ferant agātq;
 uerante nemine: quod nec priuatus quisquam
 nec magistratus id audeat metu legis aiferen-
 tis uobis dicendi faciendiq; copiam, & mortem
 minantis liberam uocem emittētibus: quodnam
 nomex

nomen ei potestati dabimus si sapimus nisi ue-
 rissimum illud tyrannidis & confessum omni-
 bus? quid enim refire unius' ne uiri, an totius ple-
 bis, feramus tyrannidem? effectus certe utriusq;
 idem est. Optimum igitur fuisse ne semen qui-
 dem huius potestatis admittere, sed quiduis
 perferre potius: sicut bonus hic Appius cense-
 bat multo ante mala haec prospiciens. quod quia
 non est factum, nunc saltem omnes unanimiter
 euulsam radicibus eūciamus è ciuitate, dum im-
 becillis est & expugnatu facilis. Nec primis
 hoc nobis &c aut solis accidit: sed multi saepe
 per inconsiderantiam constituti in necessitati-
 bus, agnito errore quod principio malorum non
 obstatissen, eorum incrementa conari sunt tol-
 lere: apparuitq; pœnitētiā sero incipientium
 sapere, licet non cōferenda sit cum prouidentia,
 tamen alio modo non minus rebus cōsulere, dum
 effectum auferre cuius fecillerat principia. Quod
 si qui uestrum moleste quidem firunt plebis in-
 solentiam, & compescendam putant ne pergas
 ulterius: sed religione quadam tenentur, ne ui-
 deantur à conuentis priores discedere, & iusiu-
 randum contemnere: sciant se non inferre iniu-
 riā, sed repellere: nec uiolare pacta, sed in
 uiolatores eorum animaducire, nulli deorum
 irae obnoxios, & pie iusteque consulentes suis
 commodis. quod autem plebs non stet condicio-
 nibus uiolatoſedcre, non uos, hinc liqueat: quia
 non

non est contenta ijs quæ in rediu obtinuit. per-
sigt enim tribunitiam potestatem ne à senatu
lederetur ipsa, nō ut senatum ultro lederet. uti-
zur autem ea non ad quæ uti debet, aut ad quæ
inuenta est, sed ad corruptelam ac confusione
huius reipublicæ. Meministis sanè concionis
nuper habitæ, cum quæ à tribunis iunc dicta
sine arroganter & impudentissime, quamq; se
nunc iactent insani homines, ubi uident eo ple-
biscito conieneri totam uim reipublicæ, quam
ipsi facile obtinebunt cum nos uincant numero.
quid igitur nobis faciendum restat quando
ipsi cooperunt transgredi leges & fœdera, nisi
ut nos defendamus, & quæ iniuste usurpant, iu-
ste ab eis extorquemus, cohibeamusq; cupidi-
tates eorum in posterum: gratiamq; dijs ha-
beamus, qui non eam meneam eis dederint, ut cir-
cumscripta repub. modeſte agerent cetera: sed
tantam eis impudentiam & fraudulentiam
immiscent, quæ uos cogat & recuperare iam
perdita, & reliqua diligenter custodire ne
uobis pereant. Nec alia melior occasio expe-
ctanda est, siquidem sapere incipitis: quando
magna pars fame afficti sunt, cui reliqui non
poterunt diu resistere præ inopia, si rari &
cari commeatus præbeantur. quapropter asser-
uandoſ censio, nec remitterendum quicquam de
precio, sed flagellandam annonam quam ma-
xime, tantiq; uendenda omnia, quanii uobis li-
buerit:

fuerit: nec immixtio, quando instantum est ex ratione consentaneum ingratam plebem premere, conferentem in nos culpam caritatis ex inopia quae propter ipsorum secessionem accidit, agris per eos vastatis ac direptis canquam hostilibus, ex propter hoc exhausto in externas frumentationes aerario: quamvis non his solis uos affecterunt iniurijs, ut intelligamus quoniam modo nos tractaturi sint, nisi omnia probidine plebis ferimus, sicut concionatores eorum nos territantes minati sunt. quodsi praesentem occasionem emiseritis e manibus, posthac frustra similem operabitis. ex si cognouerit plebs noluisse nos uires eius dissoluere nec potuisse, instabit nobis multo gravior, ut uolentibus quidem nocere, sed minime ualentibus. Ad hanc orationem Marciu[m] uariacu[m] est in senatu sententijs, ex tumultuatum etiam. Nam qui iam inde a principio dissensionis infensi plebi pacem inuiti fecerant, in quibus erat iuuentus penetrota, ex senioribus quisq[ue] ditiissimus ac ambiosissimus, moleste ferentes uulgi insolentiam laudabunt uirum ut generosum ex amantem patriae, optimeq[ue] consulenciem reip. At qui propensiores erant in plebem, censu honoribusq[ue] modici, ex nihil pace habentes potius, uerba eius non libentibus accipiebant animis: postulabantq[ue] ut non violentiores, sed prudenter praeffici humilioribus, ex aequitate non ut indece

indecoram aspernarentur, sed amplecterentur
 ut necessariam, cum alias, eum coniungendis mu-
 tua benevolentia ciuibus: aiebantq; insanam
 eius orationem, non liberam. hæc tamen pars ut
 parua & debilis, cogebatur cedere ui numeroq;
 posterioribus. Hæc uidentes tribuni (aderant enim
 in senatu vocati à c o s s.) fremebant &
 iurgabant Marcium appellantes eum pestem
 perniciemq; reip. quem plebi male loquacem &
 ciuile bellum in urbem imporeantem nisi cohi-
 berent patres multatum capite aut exilio, ipsi
 se id facturos minabantur. ad quorum uerba
 etiam maiore tumultu exorto, præsertim iunio-
 ribus minas indigne ferentibus, audacior iam
 Marcius inuehcbatur in tribunos acrius: Im-
 mo, inquit, uos perturbatis remp. concionibus
 uestris seduccentes turbam inopem: quod ni de-
 sieritis, non uerbis posthac uobiscum agam sed
 manibus. Exacerbato autem senatu, tribuni
 cognito plures esse qui uellenti potestatem plebi
 semel concessam adimere, quam qui cuperene
 stare conditionibus, proripuerunt se curia uoci-
 ferantes, & inuocantes deos testes foederum.
 deinde coacta in concionem plebe', indicauerunt
 quid in senatu locutus sit Marcius, iubebantq;
 ut causam apud populum diceret. quos cum il-
 le conemneret, aicq; etiam uiaiores eorum à
 quibus accersibatur cum contumelia uerborum
 reüceret, magis exasperari assumptis edilibus et
 aliquos

aliquot alijs ciuibus propcrauerunt ad cum, sor
te fortuna h.ercnem adhuc pro curia, stipatum
multis patricijs c&et crisq; sodalibus. quo uiso
imperauerunt ad libus ut eum comprchenderet.
Et nisi sponte sequeretur, ui ducerent. erant au-
tem tunc ediles L. Junius Brutus, Sp. Icilius Ru-
ga. hi accesserunt quasi arrepturi hominem. pa-
tricij contra indignati tribunorum audaciam,
qui ante iudicium aliquem sui ordinis duceret,
obiecerunt se pro Marcio, et pugnis abegerunt
eos qui propius illum accederent. ad cuius facti
rumorem tota urbe prosiliebatur ex edibus, ho-
noratis et divitibus contendentibus protegere
Marcium simul cum patricijs, et recuperare
pristinum statum recip. hunilibus autem et ege-
niis paratis tribunos defendere, et quicquid in-
berent facere, sublata omni reverentia qua ab
iniurijs cohibiti fuerant haec tenus. nihil tam
atrox ea die commissum est. sed differebat in cra-
stinum, exorati a C O S S. Sequenti die primi tri-
buni in forum progressi vocato in concione po-
pulo, unus post alium graniter accusabat sena-
tum quod non starci foederibus, essentij; oblii*ci*
risurandi plebi dari de offensarum obliuione: af-
fercebantq; argumentum parum sincere plebeij recon-
ciliatorum, frumenti penuriam cuius ipsi auto-
res fuerunt. et missos in utranq; coloniam, quic-
quid preterea moliti essent ad minuendam ple-
bis multitudinem. Vehementer etiam taxatus est

Marcius

Marcius, rescrentibus uerba eius que in senatu
 dixerat: utq; uocatus ad dicendā causam apud
 populum, non modo nō p. iruerit, uerū etiam cdi-
 les ad se uenientes pulsatos reiccerit. citabātq;
 restes in senatu dictorii honoratissimum quenq;
 eius ordinis: facte uero edilibus iniuriae, totū qui
 tunc in foro adfuerat populū. Iis dictis dabant
 patribus, si uillent, pro se dicendi copiā, detinен-
 tes in comitio populū, donec senatus dimittere-
 tur. nā fore de hoc ipso consuli abatur in curia,
 uerū respondere apud populum ad obiectas cæ-
 lumniās sit satius, an eas dissimulare silentio. et
 quia pluribus placet ant humane quā superbae
 sententiae, COS s. dimisso s. i. au processurū in
 conuiū, pro omnibus respōsuri ad calūrias, ex
 deprecaturi pro Marcio, ne plebs animadauer-
 eret in eū granus. quoruī senior Minutius ita
 locutus est. Quod ad inopiam frumenti attinet
Quirites, paucis uerbis opus est, nec alijs quā uo-
 bis testibus. Scitis certè ipsi fruges nō prouenisse
 properationem intermissam, nec ignoratis
 quānam agrorum uastitatis causa sit, quōne
 modo acciderit ut ratiū egregiorum fundorum
 uacuum sit frugibus, mancipijs, pecoribus: qua
 partim ab hostibus direpta sunt, partim à uobis
 eam multis absunta, nō aliunde uictū perenti-
 bus. Est igitur causa nō quā concionatores isti
 per calumniā afferunt, sed quā ipsi scitis: quod
 cū ita esse uos non lateat, definite calamitatem

cc 2 hanc

hanc imputare nostris infidyls, & irasci nobis
 immeritis. Ceterū colonos necessitas coēgit de-
 duci ex cōmuni omniū uestrū sentētia, ut essent
 præsidio locis ad bellū opporeunissimis: profuitq;
 id tam iniquo rēpore, cum ipsis qui profecti sunt
 cum uobis reliquis. nam illi uberiorē habene rerū
 copiā: his qui māserūt, magis quā anticē cōmea-
 eus sufficiunt. nec improbari potest consiliū, quo
 sorte lecti sūne tam ex uestro ordine quā ex no-
 stro mittēdi in colonias, futuri eiusdem fortuna
 participes. quid igitur in mentē uenit istis con-
 cionatoribus criminari nos, qui eandē uobiscum
 habemus & fortunā & sentētiā, siue malam
 ne isti aiunt, siue ut nobis uidetur cōmodam. Nā
 calūrias quibus appetierūt senatū proximum,
 nolle nos moderari rerū uenalium pretiā, conari
 per insidias collere potestatē tribunitiā, retinere
 secessionis memoriam, & omnibus modis plebem
 afflictā cupere, breui factis ipsis dilucemus: quan-
 do nullius maleficū sumus nobis cōscī, & pote-
 statem tribunitiā quibus cōditionibus iūc uobis
 cōcessimus, eisdē cōfirmamus nūc quoq;. frumen-
 tum etiam rea uēderit, sicut uobis omnibus pla-
 cuerit. expectate igitur si quid horū nō præsta-
 bitur, & cum demū nos accusate. quod si uillciis
 diligēter examinare hanc cōtrouersiam, iustius
 patricīos plebem accusaremus, quam senatū
 uos, qui hoc facitis non expectato nostrorum
 consiliorum exitu. Atqui nemo nescit quam
 facile

facile sit cuius rebus turbatis concordiam è ciuitate tollere, ea criminanti quorum fides incerta pendeat, & non tam nos iueri posse, quam continere in officio. Nec soli duces uestris obiurgationem merentur qui calumnias senatum impetrunt, sed non minus uos qui cis temere creditis, & nondum experii fidem parum, iam illis indignamini: quos oporebat siquas in futurum timerecitis iniurias, iram quoq; in illa scruare tempora. nunc certe præpropere magis quam prudenter agitis, dum securitatem uestram in malefaciendo collucitis. Hæc pro roto senatu contra calumnias tribunorum puto sufficere. quoniam autem & singulos nostrum falso criminantur, quasi sententijs in senatu dictis scramus in ciuitate disidia: & nunc Cn. Marcium amatorem patriæ libere de Repub. locutum necare aut in exilium agere cupiunt, uolo de hoc quoq; quod iustum est dicere: uos considerate quam modeste ac uere locuturus sum. Nos plebeij redeuntes cum senatu in gratiam satis purabatis & alienum remitti nobis, & in auxilium pauperum uim patientium magistratus petiſtis creari ex uestro corpore. pro uiroq; imperato magnas nobis egistis graias. magistratum autem consulum abrogare, aut senati regimen rerum adimere, peruertereij; bene constitutum Reipublicæ ordinem, nec petiſtis, nec unquam petetis. quid igitur nobis nunc accedit, ut uelitis confundi hæc

cc 3 omnia?

omnia? aut quo iure honores nostros tollere cupitis? Si senatores à sententijs ex animo liberis dicendis deterrueritis, quid aequi à uestris magistratibus expectandum est? aut quibus legibus patricios mortis exiliū ue reos peragre poterunt? nam nec uecteres leges hanc uobis potestatem dant, nec nouæ conditiones initi cum senatu federis. legum porro prescripta transgreendi, & vim iure potiorem facere, non placet est, sed tyrannorum, si uera licet dicere. Ego suadetrem uobis, ut que à senatus benignitate imperasti retineatis: que uero cum redireis in gratiam non postulaatis, ne nunc quidem usurpetis. ut autem melius intelligatis nihil moderatū iustum' ue tribunos petere, sed iniqua & impossibilia cupere, rem considerate perinde ac si uestrum esset negotium: & fingite à senatoribus uestris magistratus accusari, quod male de senatu loquuntur apud uos, & perditum eant rem. hactenus bene administrata ab optimatis seditionesq; concitent: que sanè uera criminis sunt, faciunt enim omnia: deniq; quod maiorem concessa potest accm sibi usurpent, conantes quemlibet nostrum indemnatum occidere: ac deinde postulari ut talia facientes liceat impune interficere: quomodo ferreis hanc summis ordinis arroganter? quid dicereis? an non indignaremini dicentes uobis iniuriam fieri si adimatur loquendi libertas, proposicio uestra peri

periculo audentibus pro plebe liberam uocem emittere? neque non potestis. Et postea quae ipsi non ferretis, et quum putatis ferre alios? haccine sunt illa uestra ciuilia modestiaq; consilia? an non hoc pacto criminatoribus uestris fidem astruieris, ut uideantur iuste ac è Repub. suadere, ne si namus iniquam hāc uestram potestiam crescere? mihi certe uidemini astruere. quod si contraria quam insimulamini uultis facere, me autore modesti estore: & si quibus uerbis offendimini, ea non iracundie ferre sed ciuiliter. hoc enim modo & ipsi bonorum uirorum opinionem lucriseceritis, & inimicos uestrros ad pœnitentiā adduxeritis. Ergo cum ratio uobis redditia sit ni fallor iustissima, suadeo nequid faciatis preter officium. Beneficiorū quoq; nostrorū meminritis ne et quum est, quae non ut exprobremus, sed ut placatores uos habeamus, tum uestra, tum haec nouissima reditus uestri tempore accepta, nobis non uobis obliuiscenda, reuocamus in memoriam: & promulgis à nobis impetratis hanc unā gratiam reponscimus, ne occidatis néue pellatis uirū amarem patrie, & in re militari omnium excellen- tissimum. magnam profectio iacturā faceremus Quirites, si ciuitas tantam uirtutem amitteret. Iustissimum est igitur ut ipsius causa remittaris iram hanc, memorcs quo uestrū bello scrupuli sa- luem ei debent, & egregiorū facinorū magis quam uerborum inueniū. nam uerba uiri nihil

uos leserunt, gesta adiuucrunt plurimum. quod
 si hunc indignum indicatis uestra gratia, sal-
 uem nostris atq; senatus cum donare precibus, et
 tandem firmiter redite nobiscum in gratiam, ac
 ciuitati pristinam unitatem reddite. Id si uobis
 persuaderi non finitis scitote nec nos cessuros ue-
 strae uiolentiae: sed experti uestram uoluntatem,
 aut amicitiam sinceram colemus officijs, aut ci-
 uilis belli calamitatumq; grauiissimarum ini-
 tium habebimus. Hac differente Minutio tri-
 buni uidentes tum oratione modesta tum beni-
 gnis pollicis flecti multitudinem ægre fecabant,
 præserium C. Sicius Bellus secessionis autor
 et dux armorum tempore, infensissimus opti-
 matibus et hac una re inter ciues nobilis, tunc
 tribunus omnium collegarum maxime auerfa-
 bat ciuitatis concordiam et statum pristini-
 um, ut minime sibi utilem. Tantum enim aberat
 ut honores aut potentiam speraret in admini-
 strata per optimates Republica, homo ignavus,
 male institutus, nec belli areibus spectatus nec
 pacis, ut etiam capitis periculo esse obnoxius ob-
 seditionem à se commoram, et ciuitatem affli-
 etam inde eis calamitaibus. Is communicato
 cum collegis consilio surrexit, et præfatus qua-
 dam de plebis miserijs, laudatisq; C O S S. quod
 dignitati essent plebi rationem reddere, patribus
 quoq; aiebat se habere gratiam, quod tandem
 inciperent agere curā inopum: et adiecit, testem
 se fu-

se futurum unì cum ceteris , si dictis facta re-
 spondent. His dictis cum iam uidetur mitior
 & ad ueniā pronior, uer sua ad Marcium astan-
 tem consulibus, Quid tu, inquit, bone uir, non de-
 fendis hic apud cines tuos quæ in senatu dixisti?
 imò non supplex deprecaris eorum iram ut mul-
 teturis clementius? nam inficiari non suadeo co-
 ram eis cōscyis, aut ad impudentem defensionem
 configere, quamuis sis Marcius, & maiore
 quam qui priuatum hominem deceat animo: nisi
 forte C O S S. & paeritūs decorum est pro te cum
 plebe agere, te uero idē pro te ipso facere dedecet.
 Hac autem dicebat non ignorans uirum esse ma-
 gnum, nec posse animum inducere ut sui-
 met ipsius accusator multam sibi remitti pete-
 ret, & ad preces mouendamq; miserationē præ-
 ter ingeniuū suum refugeret: sed aut omnino cau-
 sam non dicturum, aut pro arrogancia natiua
 sine modestia blanditūs' ne plebem allocuturum,
 id quod factum est. præbito enim silentio, & pe-
 nè omnibus inclinatis ad absoluēdum hominem,
 si se accommodaret tempori, tam arroganter &
 coniempit eos affatus est, ut nihil inficiaretur
 eorum quæ in senatu contra plebem dixerat, nec
 ullam præ se ferret pœnitentiam, aut miseratio-
 nem ueniamue peterer. imò ne iudicio quidem eo-
 rum se uolebat submittere, quasi non habētum
 indicandi potestatem legitimam. quod si quis
 apud C O S S. reum se alicuius non recte dicti

cc s fact

facti'ue ageret, paratum se aiebat causam dice-
 re. nunc uero se prodijſſe ad plebeios ipſis uocan-
 tibus, ut obiurgare ipsorum iniquas cupiditates,
 in quas erupiſſent uel ſecessionis tempore uel poſt
 reditum, ſuaderetq; cohiberent eas in poſterum.
 poſt hæc magna audacia inuictus eſt in omnes,
 ſed in tribunos maxime. inerat autē eius uerbis
 non ciuilis reuerentia bonis rationibus admo-
 nentis populum, nec priuati hominis ſobria mo-
 deſtia loquenter ad potentiores infenſos ſibi, ſed
 uelut iuſtificans inerepide inferioribus et obno-
 xius bilis immodica, inſignisq; conemptus affe-
 torum iniuria. qua propter et loquente etiam
 cum magnus tumultus erat, ut quidq; placaret
 aut offendere in tam diuersis mulcedinibus uo-
 luntatibus alijs applaudentibus, obſtrepentibus
 alijs: et ubi deſiit, maior etiam coortus eſt cla-
 mor ac ſtrepius. nam patriū optimum uirū ap-
 pellantes, laudabant eius ingenuam facundiam,
 affirmantes ſolum omnium eſſe liberum, qui nec
 inimicorum ex aduersitate turbafit terri-
 eus, nec ciuiū ſuperbos et iniquos conatus blan-
 ditij delinire conatus ſit. plebeij uero agreſſe-
 res impropria predicabante cum moleſtum et
 acerbum, hoſtiumq; omnium inſenſiſſimum. nec
 deerat quibusdam animus, id quod uidetur
 facile, ſtatim cum interficere. hos adiuuabante
 duces mulciudinis. iuſtagatore praecipuo ſicinio.
 qui acerbifime inuictus in hominem, accenſo
 furore

furore populi, accusationem clausit capitali sententia, quam latam aiebat à tribunorum collegio, ob iniuriam factam ad libus, quos pridie iussos à se ut eum ducerent, pulsatos abegerit. nam consumcliam ministris factam, in ipsis quibz iusserant recidere. his dictis iusste cum duci in imminente foro tumulum. est autē locus uasta rupe horrendus, unde solent damnatos dare præcipites. Ad illos iur et accesserunt ut cum comprehenderent. contrā patrīj cum magno clamore simul fecerunt in eos imperium, ac rursum plebs in patrīos. nec iam in dictis factis ue decorum seruabatur utrinq; impellentibus se inuicem nec à manibus temperanteibus. cohibiti sunt tamen à C O S S. in medios se dantibus, & per lictores turbā summoucneibus. tanta tum erat eius magistratus reverentia, tantum honoris tribuebatur potestati regia. Ibi Sicinius pereurbatus & anxius, quod timeret ne aduersarios cogere vim repellere, nolens à cœpiis desistere, nec tamen ualens sententiam suam exequi, cogitabat quidnam ficeret. quem hæreniem uidens L. Junius Brutus, concionator ille qui conditiones pacis excogitauerat, uir acer cum alias, tum in expediendis difficultatibus, solus solum monuit ne contendere, desisteretq; ab incepto nimis iniquo & calido, cum uideat universos patrīos irritatos, paratosq; omnes, si à C O S S. uocarentur, arma corripere: plubz uero maximam partem ambig

ambigere, nec libenter uirum omnium nobilissimum ad supplicium praescriim indemnatum dedere. consulebat autem ium quidem cedere, nec pugnare cum COSS. nequid sequatur durius, sed uiro diem ad populum dicere: ex quod plurium suffragüs raeum fuerit id facere. nam esse uiolentia & tyranicæ quod cum patrare conaretur, ipse accusator ex index, idemq; poenæ arbiter. ciuilis autem data dicendæ cause protestate, reum passum quicquid iudicatum fuerit. Paruit Sicinius uidens hoc consulessimum: ex progressus in medium, Cernitio, inquit, Quirites studia patritiorum ad cædes ex uiolentiam redere, qui unum hominem superbum totiq; ciuitati noxiū, uobis omnibus præferunt. nos non sumus eorum similes, non sumus tam præcipiees: nec inferemus bellum, nec inferentibus repugnabimus. sed quoniam honestum prætextū habent legem, cuius propugnatores fontem eripiunt supplicio, quod ea non sinat ciuem Ro. indemnatum occidi, fruantur hoc iure quamvis ipsi non agant nobiscum legibus: ut intelligant malle nos erga ciues in nos peccantes uti clementia quam uiolentia. Nos igitur abite, ex expectate tempus quod breui aderit. nos interim res magis urgentes curabimus, ex uiro huic dato ad causæ distinctionem mrditandam spacio, diem dicemus qua sistatur uestro iudicio. ubi uero calculos habueritis in manibus suffragüs legiūmis mulctare illum ue dignus.

dignus uidebitur. & de hoc quidem hactenus.
 quod uero ad frumentū uendendum aeq; dispen-
 sandum attinet, ut id fiat quam iustissime , nisi
 senatui curæ fuerit, nos prouidebimus. his dictis
 concessionem dimisit. Post hæc consules coacto se-
 natu deliberabant per otium de componendis tri-
 mulibus : uisumq; est eis primū demereri plebem
 annonæ uilitate : deinde agere cum eius magi-
 stratibus ut in gratiam senatus ab incepsio desi-
 stant, nec Marcium adducat in iudicium populi.
 quod imperari si non posse, id quātum fieri po-
 rest differant, donec iræ uulgi langescendo in
 dies cōcidant.his decretis s c. de annona promul-
 garūt, approbarum mox omnibus laudantibus.
 erat autem talc. Precia rerum ad quotidianum
 uictum uenalium non maiora esse, quam suisse
 ante seditionem annona uilissima. à tribunis de-
 inde multis precibus, cum remissionē non possent,
 dilationem imperarunt iudicij quantam petie-
 rante : eamq; mox ipsi longius prorogarunt arte
 huiusmodi. Legatos Siculos qui post donum ty-
 ranni Romam peruectum reueebant patriam,
 piratæ Antiatum intercepserūt, cum non longe
 ab eorum portu in salo iecissent ancoras : dire-
 prisq; rebus eorum hostiliter , ipsos quoq; conie-
 cerunt in carcerem. his cognitis c o s s .expedi-
 tionem decruerunt in Antiates , quòd legatos
 ob hoc missos infecta re dimisissent: habitoq;
 minorū delectu ex ueroq; ordine militē eduxerunt,
susp

suspensis interim causis iam priuatis quam pa-
blicis omnibus donec in armis esset Romanus po-
pulus, quod opinione citius desire. Nam Antia-
res ubi cognoverunt se pessi totis viribus, sine mo-
ra uersi ad preces & res Siculorum. eddiderunt
& corpora, ut necesse haberent Romani urbem
repetere. Dimisso exercitu Sicinius pro concione
diem dixit Marcio: ius sitq; non urbanos modo
frequentes adesse ad id iudicium, sed agrestem
quoq; multitudinem intermisso operibus ad eam
diem præsto esse, quasi sc̄reda essene suffragia pro
libertate salutieq; totius populi: monito etiam
Marcio, ut auderet suam causam committere
iudicio legitimo. Consules communicato cum se-
naciis consilio existimarunt non permittendam
eantam potestatem populo: videbantur enim su-
bi rationem uicandi legiūnam inuenisse, qua
dissolucent aduersariorum omnia consilia. post
hæc uocatis in colloquium magistratibus plebis
una cum suis necessarijs, sic locutus est Minu-
tius. Nobis tribuni uideatur ex urbe seditio tol-
lenda omnibus viribus, & nullo modo conten-
dendum cum plebe, præscribit cum uideamus uos
omissa uia iure ac uerbis agere. quam uolunta-
tem nostram laudantes & quām censemus sendi-
us consulta Rcpub. præire more patrio. potestis
autem uos ipsi testes esse, semper ex quo urbs hæc
à maioribus nostris est condita, honorum hunc
senaciū habicū: nec unquam quicquam absq;

S.C. dec.

s.c. decretum suffragijs populi, non modo nunc,
sed ne sub regibus quidem. illi enim quod senatus
placuisse, ad populum refrebant, atq; ita ra-
rum faciebant. hoc ius nolite nobis auferre, nec
inueteratū bonum morem tollit: sed si qua re iu-
sta honestaq; opus habetis, apud senatum ea pro-
posita, quod patribus placuerit referre ad popu-
lum. hęc Coss. uerba agre ferebat Cicinius, nolens
quicquam in senatus potestate cōmittere. col-
lega uero illius ex Decū sententia concesserunt
s.c fieri, cum prius eī ipsi iustum quiddā postu-
lassent, quod cīs Coss. negare non poterant: uide-
licet ut patres dā dicendi copia tribunis ipsis,
alijsq; uel eadem uel contraria suadentibus au-
ditis, tum demū quod iustum eī è Rep. uideatur
pronuntient, sed iurati quemadmodum fieri solebāt
in confessu iudicū, atq; ita s.c. fiat ex sententia
plurium. quo à consulibus imperatio solutum est
colloquium. postera uero die frequenti senatu,
postquam consules indicauerunt patribus quid
inter sc ac tribunos conueniat, uocatos illos in
senatum iussrunt quid postulent dicere. Tum
progressus Decius, is qui senatus consultum fieri
perm̄serat, in hunc modum locutus est. Non
laet uos patres conscripii, futurum ob certas
causas ut hic noster aduenius accusatorem
apud plebem habeat unum è nostro collegio: qui
negat opus à nobis accipere quod nobis leges
dant, aut ius nostrum impunandū pro accepto
benefi

beneficio: quod iudicium nobis periculosum est, ne
damnati ut proditores & transfugie, multe muri
grauiſſime. huius non nesciū, tamē ad uos uenire
ſuſtinuimus, freti iuſtitia & iure iurando, quo
obligati ſeretis ſenectias. Nobis quidē non adiſt
ea grauitas, quae requiriſtur in differentibus de-
ſtantis negotijs: ſed rerum ipsarum grauitas im-
petrabit ut attenei audiatis: & ſi petere uidibim-
ur iuſta, Reip. utilia, addam & necessaria, ul-
tero nobis ea cōcedatis. ac primum de iure dictu-
rus ſum ſum. Vos p C pulsis noſtra ope regibus,
& conſtituta hac Reipub. forma quam non re-
prehendimus, uidentes plebeios in iudicijs oppri-
mi quoties litigarent cum patritijs, id quod non
raro fiebat, legem tulistiſtis autem p Valerio Cos.
licere homini plebejo à patritijs oppreſſo prouo-
care ad populum: qua lege nihil fuit utilius ad
euendam ordinum cōcordiam, & repellendos re-
ges ſubinde rentantes reditum. hac igitur lege,
Marcio huic à quo nobis omnibus uim & iniu-
riam factam affirmamus, diem ad populum di-
cimus, & ibi cauſam iubemus dicere. nec ſenā-
tus conſulto eft opus. ubi enim legibus deſtitui-
muri, ibi ueſtris conſulſis locus eft & populi
ſuffragijs. ubi uero p ræſto eft lex iniuiolabilis,
parendum eft etiamſi uos nihil conſulueritis.
nemo ſanè dixerit, priuatus hominibus affe-
ctis iniuria prouocationem eſſe ad populum,
nobis tribunis non eſſe idem ius. huius igitur
legis

legis fiducia ne uestrum quidem iudicium refu-
 gimus. quod autem ad naue non scriptus le-
 ges attinet, postulamus P.C. ut iure & quo uobis
 uiuere licet nobis qui multa magna bella ue-
 stris auspicijs gesimus, egregiamq; operam ad
 debellandū nauauimus, nec minima causa sui-
 mus ut non aliorum imperata faciat, sed ipsi
 habeatis in alios imperii. Si c autē non decri: or
 iuris conditione fuerimus P.C. si eos qui corpori-
 bus nostris ex libertati conaneur iniuriā fa-
 cere, metu pœnarum colibearis. Magistratus
 sanè, administrationem rerum, honoresq; uirtu-
 te ac fortuna posterioribus deberi fatemur: ceterū
 iniurias non pati, & si quis iniulerit in cū iure
 uindicari, omnium ex & quo ciuiū communione du-
 cimus & sicut splendida illa & magnifica uo-
 bis cedimus, ita equa ista & communia nolumus
 amittere. hactenus de iure, licet possim afferre
 & alia. quod autē et reipublice postulata ple-
 bis conferant, paucis accipite. age si quis uos in-
 terroget, quae sit maxima ciuitatum calamitas.
 & pernicie afferens celerrimā, nōnne responde-
 reis discordia. mihi certe ita uideatur. quis igi-
 tur adeo stolidus est, aut morosus, aut & quabilita-
 ti iniquus, ut non uideat data populo potestate
 legitima iudicādi causas qua ad ipsum auinēt,
 concordē fore rempublicā. sin contrariū uobis pla-
 ceat, & ad imatis nobis libertatē (libertas enim
 auferetur ablatio iure ac legibus) confestim nobis

d d

dis

disfidendi & rebellandi: necesse erit nos impo-
 siuros. nam ex quacunque civitate ius legesque
 exulantur in eam sedatio bellumque solent ingruere.
 & qui nunquam experiti sunt calamitates bel-
 lorum ciuium, non mirum si non offenduntur
 presentibus incertis modis nec futura mala ma-
 ture prohibent. qui vero, ut nos, leuisbus periculis
 tentati, libenter eis remedium affirunt pro tem-
 pore, hi quid honeste causari poterunt, si rursum
 in eadem mala inciderint? quis non damnet ue-
 striam inimicitiam & amicitiam, si cum nuper
 collende seditionis causa plibi quedam iniurie
 concesseritis, nec utilia nobis fuisse nec admo-
 dum honesta: nunc nullo facultatum uestrarum
 aut honoris compendio, nullo reipublicae como-
 do, ipsam exacerbatis in eius inimicorum gra-
 viam? Non faciatis, si sapitis. Evidet in libenter
 nos regarem, quid cogitantes tunc nobis dede-
 ritis redditum quibus uoluimus conditionibus?
 utrum ratione prouidentes id esse factu optimum,
 an necessitate coacti? Si enim credidistis id esse e
 republika quin maneris in eadem sententi? quod
 si necessitas ita postulabat, nec licebat aliter fa-
 cere, quin aequo farsi animo? nam principio fur-
 rassis expeditibat non concedere, si negare pote-
 rat: ubi vero semel concessum est boni consule-
 re. mea certe opinione recte prospexitis P. C. paci-
 publicae, & nunc stare debetis eius conditioni-
 bus. Deos enim nobis deditis sponsores foederis,
 multas

multa mala imprecari eius transgressoribus,
 cum ipsis, cum in sempiternum eorum posteris.
 Itaque iusta & uilia nos petere, queq; uos
 necess: sic facere, satis ostendimus, siquidem
 meminiſtis iuris iurandi, nec opus est ut uos hac
 de re obtundam pluribus. Quod uero nostra
 quoque plurimum intersit ab hoc incepio nec
 ui depelli, nec dolo deduci, & quod coacti in
 hoc ceteramen descenderimus, grauior & plus
 quam grauiter offensi ab hoc uiro, audite P.C.
 & reuocate in memoriam, que dicturus sum
 scientibus: simulq; fingite uestrum esse negotium,
 si quis è nobis plebejus ausus fuisset apud popu-
 lum talia dicere ac facere contra uos. qualia
 Marcius apud uos hic dixit, quomodo affecti
 essetis in cum. Conditiones pacis firmissimis &
 tantum non adamantinis astrictas vinculus,
 quas nec uobis iuratis nec uestris posteris uio-
 lare fas est, quandiu hec urbs habitabitur,
 primus uestrum ausus est uiolare hic Mar-
 cius, nondum quadriennio exacto ex quo factae
 sunt, non clam aut in obscuro quopiam angu-
 lo, sed palam in hec loco uobis omnibus pre-
 sentibus, sententia lata de abolenda tribunitia
 potestate, cuius ut primarie atq; unic:e liberta-
 tis nostræ custodis fidem sicuti redimus uobi-
 scum in gratiam: cò arrogantie prouelius, ut
 libertatem hanc pauperum nominas iniuriam.
 & iuris æqualium tyrannidem, adimenda

dd 2 hec

hec nobis censeret. & quod est maxime impium, ministeris P.C. cum dixisse, nunc esse opportunum tempus promendi iras omnibus superioribus plebis erratis debitas: suassisseq;, quando accinata sit diuina rerum iuctui necessariarū inopia, nunc sibi permitti ut retineat annonam in eisdem difficultibus. non enim duavarros nos longo tempore, paucas cibos emperantes magna pecunia, uspore inopes: sed abievers aliquò relicta urbe, remanentes uero absumentos genere mortis infelicissimo. & in canum insaniebat agitatus intemperijs, ut præter incommoda alia quæ sequerentur hoc uiolandi per senatum foederis consilium, nec illud quidem animaduoceret, pauperum turbam fame perieram anteores eius aggressuram & habituram pro hostibus. quod si uos infania pari approbas- setis eius consilium, nihil erat medium, sed aut uniuersa plebs deleta fuisset, aut nihil ex patriis geneibus superfuisset reliquū. non enim adco- scruiliter præbuissemus nos pellendos nec adösue- sed inuocatis düs genysq; calamitatis nostræ te- stibus, oppleuissimus (mihi credite) forum & vias cadaueribus, litantesque magno cratero ciuilis sanguinis, ita demum accepissimus por- tionem debitam. ad eam impiæ facinora P.C. sen debat huius concio. nec dictis raneum seditionem moliebatur Marcius à factis abstinentia, sed habens ad nunc suum paracum globum
iunctum.

iuuenum, uocatus ad magistratum non paruit:
 & cum nostro iussu ministri uellent comprehen-
 sum ducere, pulsatos repulit, denique ne nostris
 quidem pepercit corporibus. quapropter quod
 ad hunc attinet, nomine tantum in aene sacrosan-
 torum nobis est reliquum, res uero non respon-
 dent nomini. & quomodo alijs de iniuria que-
 renibus opiculabimur, qui ne ipsi quidem in eu-
 zo sumus? His igitur iniurijs affecti nos paupe-
 res ab uno uiro nondum tyranno, sed huc aspi-
 rante, easq; uel perpeſi, uel iamiam passuri nisi
 ueſtrum P. C. obſtitifſet maior pars, an non me-
 rito indignamur, rogamusq; ut auxiliari nobis
 ac condolere uelitis, uocantibus cum ad eum
 & legitimum iudicium, in quo totus populus
 per tribus diuisus, causa cognita iuratus latu-
 rus est suffragia. I Marci illò, & quæ hic pars
 dicere, apud uniuersos tuos ciues congregatos
 responde, siue bono animo his dabas optimum
 consilium, siue suadebas è rep. siue iniustum est
 sententiarum hic dictarum rationem reposci, si-
 ue non malitioſe nec præmeditarus, sed per iram
 effudiſti scelerata hæc consilia, siue aliam quā-
 cunq; defensionem habes, descendit ab illa super-
 ba tyrrannicaq; iactantia ad ciuilē modistiam
 miser, & tandem fac te alijs hominibus simulc,
 sume rei deprecatis habitū humilc ac misericor-
 dicm, qualem tuus casus postular, & non uim pa-
 trans contra leſos, sed eis te submittens, pete ſa-

dd 3 lue

lutem. Imitare salicem horum uirorum bonorum
& quanimitatem, qua reuti erga ciues tuos non
dedecet: qui cum tot sint numero quos nūc uides,
rāris uirtutibus spect ui iam militaribus quam
ciuilibus, quibus ne longum quidem tempus re-
censendis sufficeret, nihil scuum aut superbum
stauerit in nos uiles & humiles ipsi magni &
uenerandi, sed priores mentionem pacis ficerunt
iuitantes ad concordiam, quando nos ab illis
fortuna separarerat: & conditiones non quas
sibi puerent commodissimas, sed quales nos po-
sebamus concesserant: ac postremo suspiciones
propter frumenti diuisionem nuper exortas, di-
gnati sunt accurate diluere. Omitto alia, pro te
ipso eiusq; furij quas non preces adhibuerunt,
uel publice apud iorū populū, uel priuatim
prehensando plebeios singulos, & pœnam de-
precando? Ergo consules & senatum tante
urbis presidem decebat Murei sustinere indi-
cium populi, te uero non deceat: nec turpe sibi pu-
tant hi omnes pro te absoluendo plebem solici-
tare precibus, te uero pudet idem facere? Nec
hoc tibi sat is est uir cōgrigie, sed quasi re bene ge-
sta clata ceruice ob ambulas iactans uerba ma-
gnifica, & nihil dignaris remittere de pristina
superbia. Omitto quod ulro plebem incusas, ei
conuicians & minitans. Et postea non cedet
uos P.C. tanta hominis superbia, qui plur. si bī
unus, quam uos omnes uobis, usurpat: cum de-
beat

beat etiam si omnes pro eo pugnare uelletis, uestræ propria uoluntate contentus, recusare beneficium cōiunctum damno recipi publicæ, potiusq; causam dicere, & nullius multæ periculum refugere. hoc erat boni ciuiis officium, re uera uirtutem am. iniis, non ostentantis uerbis in anibus. at ista facinora cuius instituti, cuius animi signa sunt? dexteræ dæc fidem temerare, pacis cōditiones tollere, bellum cum plebe gerere, nō abstinere uim à magistratibus, nullius facti rationem uelle reddere, sed contemptis iudicij, patrocinj, deprecationibus, quasi ncmine ciuium non sit superior, obambulare impauide. An non hæc ingenij sunt tyrannici? mihi sanè uidetur. Et tamen sunt quidam uestri ordinis qui tali suffundant frigidam & applaudant strenue, non nisi ob innatum odium plebis implacabile, haud intelligentes malum hoc in ciuitate succrescere non magis in humilioris ciuium partis quam in honorioris perniciem, punentes sc̄ in tuto fore oppressis ad acerbarijs. Non ita se res habet ò imperiti homines, quos Marcius iste tandem experimento docebit uel sero & suo malo sapere, scireq; quomodo adolescens contra plibet tyrannis adolescat contra totam rem publicam: quæ nūc quidem à nobis incipit, cæterum postquam in ualuerit non parcer ne uobis quidem. Hæc ubi locutus est Decius, cæteriq; trib. pl. addiderunt siquid ab illo

dd 4 præ

prætermissum uidetur, cum iam dicenda essent
 sententiae, primi seniores & honoratores citati
 ordine à C O S S. assurgebant, deinde his etate
 dignitateq; proximi, postremi iuniores, non ue
 dicerent aliquid (indecorum tunc apud Roma
 nos erat hoc, nemine iuuenie existimante se sa
 pientiorem scribus) sed ut discederent in consu
 lirium sententias. iubebantur autem quotquot
 aderant, quemadmodum solet in iudicis, iurati
 ferre sententiam. Tunc Claudio quem supra pa
 triorū omnium infensissimum plibi diximus,
 nec unquam pacem ei datam probasse, fieri S.C.
 non sinebat, locutus in hunc modū. Nullum equi
 dem, id quod saepe à dīs precatus sum, ut falsus
 esset opinione, quā dum de reconciliatione ple
 bis agebatur habui, cēsens nec honestum nec iu
 stum nec uobis uelim fore profugorū reditum:
 & quotiescumq; super hoc consuli arcet, pri
 mus dissuades arq; etiā ultimus ceteris me de
 seruinibus: Vtq; uos P.C. qui meliora sperantes
 nihil non plibi concedebatis nullo respectu iu
 sticie, intelligētores me haberemini. nunc quo
 niam contra uoluntatem meam uotaq; res ce
 cide, & ut tunc quoq; suspicabar, gratia ucrse
 sunt in odium ac inuidiam, obiurgationes mole
 stas & inanes, cuiuis faciles & non insolitas,
 ut iniçestius omittam. tantum quomodo pre
 terita corrigi possint, duntaxat que curationem
 admittunt, & praesentibus rebus melius confor
 lamus,

lamus, conabor dicere. quamuis non sum nescius
 fore ut multis insanire et in morte rucre uidear,
 si liberam de hoc sententiam proscram, cogitans
 quam periculosa sit dicendi libertas, Et casum
 Marcij, qui nunc non ob aliam causam currie
 (ut sic loquar) pro carnibus. Sed non arbitror
 securitatis propriæ maiorem habendā rationem
 quam utilitatis publicæ. iamdudum enim peri-
 culis obieci corpus meum pro uobis P. C. deuotū
 contētionibus pro repub. itaq; quicquid fors tu-
 lerit, cū omnibus uel cū paucis, aut etiam solus
 si neceſſe fuerit, genereſe perferā. ceterum quo ad
 uixero, nihil me deterrabit quominus proscram
 quod ſentio. Ac primū hoc uos certò ſcire uo-
 lo, plebem iniquo animo ferre praefentem statum
 reipub. Et qua illi nimis indulgenter confeſſa
 ſunt perijſſe, uosq; iam cōtemni eo nomine, quaſi
 neceſſitate cognitie largiiſſis ea, non ex animi
 beneuolentia iudicio. Vide te quomodo poſt de-
 fectionem plebis Et arma contra uos aperie
 ſumpta, cum nihil aliud quererentur niſi ſol-
 uendo ſe non eſſe, uobis eris alieni remiſſionem,
 Et per ſeſſionem commiſſorum impunitatem
 decernentibus, quod ſe nihil præterea poſtulare
 dicrent: quamuis plerique uestrūm (non enim
 omnes ab iſtis conſultoribus decepti ſunt) ne-
 garent antiquandas leges quae ad fidem con-
 tractum pertinente, aut icmere dandam erra-
 torum ueniam: non cōtemni hac impetrata gra-
 dd s cia,

cia, cuius desiderio se aiebant successisse, confessim
 aliam maiorem magisq; iniqua concessi sibi pe-
 reebant, et permitti ut tribunos crearent annis
 singulis, praetextenies nostram potentiam, ut ha-
 berent qui contra eam adissent pauperibus, sed
 reuera insidiæs reip. et uolentes plebi admuni-
 stratione cius astruere. Toc quoq; persuasrunt
 nobis cōsuliores, utq; collegiū tribunorū admis-
 teretur in senatiū malo reip. præsertim ad augē-
 dam senatus inuidiā, me sicut dubio procul me-
 ministis nullem reclamare, restatiq; deos simul
 et homines, bellum ciuile perpetuū uos in urbē
 introducere, et prædicente quæ uobis iam acci-
 derunt omnia. Quid igitur fecit bona ista plebs
 postquam hunc quoq; magistratū obteinuit? non est
 modeste uisa hac gratia, nec reuerter eam acce-
 pit, sed uelut meū expressam à cōterratis: moxq;
 sacrosanctū eum magistratū fieri uoluit. et iu-
 reiurando securitati eius caueri, maiore honorē
 postulans quā quem dedistis cōsulibus. Sustinui-
 stis et hoc, stantesq; inter c. c. s. et porrecta, iu-
 reiurando deuouistis uos iustrāq; progenic. Quid
 sum fecit potita hoc quoque? Pro gratia et
 officio debito reip. exorsa ab ipsis fraudibus ac
 iniquitatibus per quas ad maiores sibi gradum
 faciat, inconsuleo senatu leges fert, et his con-
 firmat uobis inuitus. Vixtra decreta nihil mora-
 tur, cōsules incusat male tractate reip. et siquid
 præter nostram expectationē accidit secus quam
 uell

uellemus (ut nō semper datur consilijs humanis
 quiduis assequi) non fortunae sed malitiae nostrae
 imputat : singulisq; sibi per nos insidias strui &
 timorē simulans, nos quasi se libertate patriae
 priuare conemur insimulare non desinit : præse-
 ferens non aliud remedium scire, quam si prior
 que timeret ipsa nobis inferat. quod cū sepe alias
 declarauit ut meministis, cum uero nunc maxi-
 me, dum Marcum hunc uirum bellicosum, nec
 nobilitate nec uirtute secundum ulli nostri ordi-
 nis, obiecto criminis quod insidetur sibi & ini-
 micas hic contra se dicat sententias, indemna-
 tum conatur est occidere. & nisi COS S. indigna-
 tatem rei non ferentes, uestrumq; pars sincerior,
 congregati colibnissatis conatus iniquissimos,
 uno illo die perdidisset omnia que maiores tan-
 tis laboribus quiescita nobis reliquerunt, quæq;
 uos non minoribus tuemini, dignitatem, impe-
 rium, libertatem : & qui uestrum generosiores
 sunt, non ferentes sine his bonis uiuere, priusquam
 his spoliarentur, amisissent animam aut mox
 aut paulo post. quid enim uetare posset, tam
 fœde abrepto hoc Marcio tanquam in solitu-
 dine, quin ego post cum perirem d:scrptus inimico-
 rum manibus, & quotquot unquam aduersari
 sunt aut aduersatur iudicetur inquis plebis cu-
 piditatibus? non enim contenta esset nos duos
 tantum sustulisse de medio, nec intra hos consti-
 tuisse facinorum limites, si licet futurorum ex
 præteri

præteritis coniecturam sumere: sed à nobis facta
 initio, quicquid aduersariorum sibi obfisteret,
 rapuisse torrentis in morem inuoluissetq; uno
 agmine, non nobilitati parcens, non uirtuti, non
 etiati. Hanc uobis p. c. plebs egregiam gratiam
 pro tot maximis beneficijs, uel redditus iam, uel
 redditura erat, si non fuisset per uos cohita.
 Age nunc ergo illud rursum considerate, quod
 fecit post uestrum hoc præclarum facinus ergo
 prudentissimum, ut discaris quoniammodo agen-
 dum cum ea sit. Ille igitur ut animaduerit uos
 non amplius laturos suam insolentiam, sed pa-
 ratos congregandi territus est: ac mox scipsum re-
 colligens uelut è crapula aut insania, à ui ad
 ius transiit: diemq; uiro dixit quasi ad iudicium,
 ipse futurus ergo accusator ergo testis ergo iudex et
 pœnae arbiter: cumq; hic quoq; resistereis, rari
 non ad iudicium uocari hominem sed ad suppli-
 cium: uidens rem nō esse in sua potestate, nec nisi
 ex s. c. sole iudicium in quo ipse autoritatē sua
 exerat, posita nunc superbia quam tunc spira-
 bat, uenit ad nos oratum unam etiā hanc gra-
 ciā. His sanè consideratis sapite tandem, ergo
 sentite quicquid hactenus ei simplicius quam
 prudentius gratificari estis, totum id cessisse in
 uestra damna et incōmodi. quoties uero strenue
 restitistis iniqua perentibus, securū esse felicem
 exitum. Quid igitur uobis hæc sciētibus suadeo?
 Quæ est mea de præsenti negotio sententia? Quæ
 plebi

plebi quomodo cunq; largi*c* estis &*c* pacis cau-
 sa concessisti, rata seruare, nihil horum mouen-
 tes, nō ut honesta &*c* ex dignitate recip. qui enim
 esse possunt? sed ut necessaria &*c* incorrigibilia.
 Ceterum quæ per uim &*c* præter ius iniurias ex-
 torquere nisit, nec cōcedite, nec permitte, sed
 dictis factisq; repugnare tam omnibus quam sin-
 gulis. non enim oportet eum qui semel errauit
 uel precibus flexus uel ui coactus, &*c* in ceteris
 errare: sed prioris offendiculi memore cauere ne
 in posterum impingat similicer. atq; hoc in com-
 munc uos omnes moneo, ut parati sitis iniquis
 plebis cupiditatibus resistere. quod uero etiam
 id de quo nūc agitur cæteria eius iniustis cona-
 tibus sit simile, non iustum aut æquum ut tribu-
 nus nos decipiens uult euincere, discite qui non-
 dum clare perspicitis. Lex de iudicis populi, qua
 Decius nisit, non contra nos patricios scripta
 est, sed pro plebeis uim patientibus: ut liquet ex
 ipsius legis uerbis ambigi nihil habentibus, et
 confessum est apud uos omnes qui rem tenetis o-
 prime: &*c* afferam argumentum quo omnes iu-
 ris coniuersie decernuntur, tempus x i x. an-
 norum ex quo lex hæc perlata est: quo rato spa-
 tio Decius non potest ullam actionem ex hac le-
 ge contra ullum patricium ostendere, uel priua-
 tam uel publicam: aut si ait se posse, ostendat.
 &*c* non erit opus uerbis amplius. Ceterum con-
 ditiones quibus nuper plebs recepi*c* est in gratia
 (nam)

(nam de his quoq; oportet uos discere , quando tribunus male interpretatur eas) duo hæc ei cōcedunt, & ris alieni remissionem & magistratū hunc quotannis creandum in defensionem uim patientium, præterea nihil. maximo autem argumento colligere potestis nec ex lige nec ex patre ius esse plebi iudicandi hominem patricium, ex hoc ipso quod nunc plebs facit. petit enim à uobis hoc quod non habet hactenus. nemo uero quicquam ab alijs petit, quod ipsi legibus est licitum. Iuri porrò naturæ non scripto , ad quod nos Decius renocat, qui consentaneum est , siue accusent plebeij siue accusentur, iudicium esse populi: patriciorum uero licet, siue ipsi regi sint, siue reos agant alios, non dirimi à patricijs: & istorum conditionem ueroq; modo potiorem esse, nostram neutro? quod si Næcarius aut aliis quicunq; patricius legit plebem, & reus est moreis aut exili, non apud ipsos sed hic indicatus pernas det legibus. Nisi forte Deci uulgus equus erit index, & nihil sibi nisi gratificabitur contra inimicum ferens suffragia: hi uero si ipsis committantur calculi, rectum pluris faciet quam lesam ab eo remp. rilaturi pro periurio execrationes & odia hominum, deorumq; iram meritam, & cum spe mala uicturi non est aequum ut de senatu uos plebeij sic existimetis, cui honoribus, magistratibus, & quicquid est in urbe praefancius, cessisse uos proper uirtutem eius fatuini,

mini; & gratius agitis ob prompte nauaram
 uobis in urbem restituendis operā. pugnant enim
 hæc inter se: nec consistit, ut quos laudatis, eos
 timeatis: & quibus maiora commisistis, eis non
 credatis cætera. quin potius constanter eis aut
 omnia creditis, aut de omnibus diffiditis? nunc
 quorum iusta existimatis consilia, eos his ipsis
 iuste dijudicandis non putatis idonios. Poterā
 P.C. & alia multa de iure dicere, sed uel hæc
 sufficient. Quoniam autem de uileitate conatus
 est dicere Decius, bonā esse concordiam, malam
 seditionem: & si obsecundemus plebi, concordem
 fore ciuitatem: si in uectemus quos uile patriciorū
 pellere occidereq; , inducturos nos bella ciuilia,
 cum multa possem ad hæc dicere, paucis conten-
 tuis ero. Ac primum denitor dissimulationem
 Decij, non enim dicam insciiam, si putae uileli-
 tatem reipublice melius intelligi à se qui nu-
 per accessit ad tractanda negotia ciuilia, quam
 à nobis qui in eis consciuimus, & ciuitatem è
 parua magnam fecimus. deinde si persuasurum
 se credit, ut aliquem inimicis dedatis ad sup-
 plicum, presertim ciuem uestrum non obscuro
 nec uili natū genere, quem ipsi habetis pro pre-
 stantissimo in re militari frugiq; homine, & in
 rebus ciuibus tractandis nulli secundo. atq; hæc
 ausus est dicere, cim sciat uos semper maximū
 habere resp. Etū supplcum, ac ne hostibus qui-
 dem huc confugientibus hanc humanitatem
 claudere

claudere. Quod si convariam de nobis opinione
 habuſſes Deci, eſſe nos impios in deos, iniustos
 erga homines, quod aliud facinus consulere po-
 potiſſes grauius, quod nos dijs hominibusq;
 exofos radicetus perdere? Non opua eſt nobis re
 consulore Deci, nec de ciuibus dedendis, nec de
 alijs rebus per nos agēdis: nec puramuis extera
 prudentia hominis iuuenis iudicandum nobis de
 negotijs proprijs, ut qui uſq; ad hoc etatis lon-
 ga malorum bonorumq; experientia doctiores
 euasimus, et minas istas quibus nos non nunc
 primum erritatis, sed et antea ſepiuſ inten-
 taſtis, confuerat lenitate feremus intrepide. Et si
 dictis addideritis facta ſimilia, defendemus nos
 dijs iuuantibus, qui in autores belli uindicantes
 nec deerunt auxilia hominum à ſocys. nam et
 Latini omnes, quibus nuper ciuitate dedimus,
 stabunt pro nobis, ceterati pro hac urbe ut co-
 muni iam patria: et tam multe bonaq; colonia
 modis omnibus annientur ut incolmis maneat
 uetus patria, defensa et ipsorum uiribus. quod
 si necessitatē nobis impoſuſritis opem undecūq;
 petendi, ſuſtinebimus Deci et ſeruitijs liberta-
 tem, et hōſtibus pacē dare: omnibus deniq; ho-
 minibus ſpe premiorum ad cōmunem uictoriā
 inuitatis uobiscum congregati. quibus ſubſidijs ne
 arbiſ hcc opus habeat faxit Iupiter dijūq; catari
 qui ei p̄ſident, utq; intra uerba h̄ec horrenda
 conſistat res, nec ſequatur quicquam durius.
 Hcc

Hec Appius. Tum M. Valerius senatorum popularis maxime, & semper ad partes reconciliandas promptior aperte plebi patrocinatus est, medicata oratione castigatis qui ciuitatem scindendo unam non esse sinerent, plebem diuidendo a patriciis, ex iurarentiq; ciuilia bella de causis lcuibus laudabatq; eos qui utilitatis publice respectu omnia concordie posthaberet: docens si plebi permittatur iudicium, & hanc gratiam a uolente senatu impetraret, foret non processuram ad exitum, sed contentam deditione, & quius quam durius consularum de dediticio. quod si tribuni omnino iudicium fieri urgeant, absolucionem reum uirtutis eius reverentia, quando recesserint suam suam memoria preclarorum ipsius facinorum, relaturamq; senati pro cõcessa sibi potestate hanc gratiam, proq; facilitate in concedendis postularis, modo non iniqua sint. Suadebat etamen senatum aduocatorum fungi officio, & adesse causam dicenti homini: simulq; consilios. senatores ordinem patricium, deprecari, ne in reum animaduertatur seuerius: id non parui momenti fore ad salutem periclitantis: nec per se tantum rito fauendum, sed per clientes etiam & amicos, aut quomodo cumq; deuinatos beneficium plebeios homines, reposcendamq; ab eis gratiam suffragiorum tempore. Futurum etiam hic magnum usum amantium reipub. malisq; ciuibus insensorum ciuium, quorum magnus sit in plebe numerus:

merus: maior uero eorum qui indolescunt huma-
 nis miseris, & miserantur honoratos viros for-
 tune malignitate pessimatos. Sed maxima
 eius orationis pars ad Marcium uersa est, mi-
 scens monitis preces, & necessitatem precibus.
 Rogabat enim, quandoquidem ipse habeatur
 causa dispidi sententi in eis & plebem, & ty-
 ramici animi opinione grauetur propter inge-
 nium arrogantiū, omnesq; metuant ne propter
 ipsum seditione ortā ciuiile bellum sequatur, &
 calunitates quas id secum solet trahere: ne fidē
 calumniatoribus suis astruat, nihil mutans de
 pristina ratione uitæ iniusta ciuibus: ut ijs sum-
 pto reorum habiu, corum se se permittat potes-
 stati quos lassissimū dicatur, & iniuste obiectum
 crimen iusto iudicio diluat. Id & ad salutē eius
 esse rurissimū, & ad gloriā cuius amore tenea-
 tur splendidissimum, & superioribus ipsius ge-
 stis consequens sin autem ferociā modestie pre-
 ferat, & periculum suum in senatum reiūciat, so-
 re ut ex hac contentione uicti discedant cum in-
 iuria, uictores cum ignominia. Hic uero multis
 erat in mouendis affectibus, recensens calamiti-
 tates maximas & fama celebratas que urbi-
 bus per seditiones accidissent. Hec differens cum
 multis lacrymis non simulatis sed ueris uir etate
 ac dignitate in primis uenerandus, ut uidet se-
 natum flecti, audacius iam locutus est. Quod si,
 inquit, aliqui uestrum P.C. terrentur novo more
 submis

submittendi patricios iudicio populi, uerunturq;
 crescentem tribunorum potentiam, discant se fal-
 li, & contra quam conuenit credere. Tix enim
 aliud est utilius ad salutē reipublice, iudiciumq;
 liberaetatem eius & potentiam. atq; concordiam
 conseruandam, quam assumū plebem ad publi-
 ca negotia: & administrationē rerum ita tem-
 perari, ut nec penes solos optimates, nec solos ple-
 beios sit, sed utrinq; mixta, id uero proderit o-
 mnibus. Nam facillime ad iniurias & iniqui-
 tates prolabitur unaquæq; iam dicta forma
 reipublice, si per se sola sit: quod si mediocri-
 ter misceantur, pars quæ consuetum ac decen-
 tem modum excedere uidetur, in ordinum re-
 uocabitur ab altera magis sibria retinenteq;
 mores pristinos. nam regia potestus ad se uitiam
 inclinata & superbiam, paulatimq; in tyrann-
 idem degenerans, loco cedere cogitur optimi-
 bus. Ceterum paucorum potestus a penes opti-
 mates sit, sicut nunc penes uos, ubi diuitijs &
 factionibus clara, iusticie ceterarumq; uiru-
 rum nullam rationem habuerit, plebis prudētia
 corrigitur. Plebs ipsa ubi ab administratione
 legitima discesserit, & neglecta iuris disciplina
 perturbationibus agitari cœperit, ab uno quo-
 piam opimo viro compescitur, & retrahitur
 ad officium. Nos autem p.c. satis prouidisti ne
 regia potestas ueratur in tyrannidem. pro uno
 enim duobus commisisti reipub. gubernacula

non absq; præstituo temporis termino , crearo
 magistratu anno: nihilo minus addidistis eis
 custodes trecentos viros patriciorum et ate vir-
 tuteq; maturissimos , ex quibus senatus constat.
 Robis autem ipsis ne ab honesto discedatis nul-
 lam haec tenus ut uidetur adhibuiſtis custo-
 diam. Quamvis uobis non timeo ne nimia felici-
 tate corrumpani , qui in per ciuitatem libe-
 ratis a diutina tyrannide , ex nondum nocti
 estis oriam ad insultandum illudendum ue alijs
 propter continuatam bellorum seriem. Sed dum
 posteritatem uerstram cogitatione præcipio ,
 quantesq; mutationes longim euum afferat,
 uereor ne quando potentiores senatores nouatis
 rebus imprudenti ciuitati tyrranicam domina-
 tionem ingerant. Ergo si ex plebem ad rem publ.
 admiseritis , nihil hinc nasceretur mali : sed si quis
 exiicerit qui uelit plus posse quam alijs . Ex in se-
 natu aliquam factionem in hoc sibi parauerit
 (oporect enim prouidre omnibus que ciuitati
 accidere est uerisimile) die per tribunos dicta co-
 getur magnus ille vir ex uenerabilis rationem
 factorum ex cogitatorum readere uili ac hu-
 mili plebeculae: Ex si coniclus fuerit maleficij ,
 poenas dabit meritate. ipsa porro plebs ne petu-
 lanter lisciuia tantam noctis potestatem , neue
 a malis uiris exagitata infestet bonos (solet
 enim in uulgo tyrannis subolescere) cauebit id
 ex licentiam nimiam comprimit vir aliquis
 prudens

prudens dictator à uobis dictus: qui pro potestate libera uitiosam partem è ciuitate collendit, incorrumptum seruabit reliquum: & correctis eius moribus, creatisq; magistratibus qui prudenter regant rem publicam, post sex menses ab initia dictatura priuatus erit denuo, nihil praeter honorem ex ea lucratus. Considerantes igitur huiuscmodi formam rei. optimam esse, nolite arcere plebem: sed sicut creandi magistratus annuos, legum sanctendarum aut irritandarum, pacis bellisq; decernendi potestatē a uobis accepit, & nihil horum peres solum senatu est, cum nulla maiora sine ciuitatis negotia: sic eam & ad iudicandum adnuitate, praesertim in causis quae ad rem publicam attinent, ubi quis motus seditionis, aut tyrannidis affectus, aut proditoris tractatus reus agitur, aut similem criminum. Quādo enim maiorem terrorē in proposueritis legum transgressoribus & morū corruptoribus, adhibendo superbis & auaris hominibus custodes multos oculos, tanto melius constitutam habebitis rem publicam. t̄ & c & alia quedam in hanc sententiam locutus dis̄it: quā quoquot post eum rogati sunt, paucis excipiis, approbauerunt. Cumq; iam scribēdum esset s. c. Marcius imperata dicendi copia, sic exorsus est. Quomodo me p. c. ges̄i in hac repub. et quomodo propter meam erga uos benevolentiam periclitior, quamq; maligne praeter sp̄m fauor

ccc ; usq;

uester ei respondeat, scitis omnes, scituri melius
 ubi negotium meum ad exitum perueniet. Sed
 quoniam uincit Valerij sententia, si nobis felix
 conjectura mea frustratio. Ceterum ut & uos
 qui s. c. scribitis, sciatis quibus conditionibus
 plibi dedundus sim, & ego qua de re pericliter,
 iubete tribunos coram dicere, quodnam crimen
 sit, & quo accuser nomine. Hac ille ratus se his
 uerbis effecturum ut causam apud senatum di-
 ceret: & uolens tribunos proficeri hac de causa
 se illum accusuros. qui communicato inter se
 consilio, crimen tyrannidis affectate obiicerunt,
 denuntiantes ut ad id responsurus uenire in iu-
 dicium, nolentes crimen in simplicem causam in-
 cludere, eamque nec ualidam, nec gratam senatu,.
 sibiique relinquentes integrum accusare arbitratus
 suo, simulque senatum quo minus Marcio patro-
 cinaretur deterrituros se puriores atrocitate cri-
 minis & inuidia. Tum Marcus: Si ad hanc
 calumniam respondendum est, permitto me iudi-
 cio populi, nec in mora sum quin s. c. scribarur.
 Eius criminis reum agi gratum fuit plerisque;
 senatorum duobus nominibus: uel quia haec causa
 non posulabat ut proferretur quid quisque; sena-
 tor sineiret, id quod alias non caruisse inuidia:
 uel quia facile sperabatur absoluendus vir in
 omni uita frugi & irreprehensibilis. Fit igitur
 s. c. & spatiuum ad defensionem meditandam
 prorogatum est in trinundinum. nundine nono
 quoque;

quoq; die celebrabantur, ut nunc etiam: quo
plebs agrestis in urbem ad mercatum conuenie-
bat, finiundisq; libibus, & ad suffragia firmda
de negotijs publicis quorum ius erat pines popu-
lum, aut de quibus senatus reculisse ad eum: re-
liquis sepeem dictis ruri degibant, quod magna
pars ob paupertatem operarentur suis manibus.
Ceterum tribuni acceptos. c. progressi in comi-
tium concionem aduocauerunt: & ualde lau-
dato senatu, leteq; eius decreto, diem Marcio
dixerunt, ad quam iusserunt omnes ciues adisse,
cognituros de rebus maximis. His primis vulgaris
uitriq; se parabant, plebeis cupientibus punire
hominem arrogantisimum, patritijs propugna-
tori optimacium studentibus ne in inimicorum po-
vistarum ueniat: utrisq; libertatem suam & in-
columitatem in eniu huius iudicij sitam existi-
manibus. Vbi uero affuerunt terriæ nundinae,
agrestium turba, quæta in urbem nunquam an-
rea confluxerat, summo mane forum occupauit:
tribuni multitudine conuocata ad tributa comi-
tia, loca fori funiculis distincta euiq; assignau-
erunt tribui: primumq; tunc Rom. populus tribu-
sis comitijs uitium tulit suffragia, mulum re-
clamantibus patritijs, & centuriata ex more
fieri postulantibus. Superioribus enim iepribus,
quoties ex s. c. populus vocaretur ad suffragia,
per eos s. vocari solebat ad centuriata comi-
tia, prius solennibus quibusdam sacris peractis,

ee 4 qnor

quorum nonnulla etiam nostro fuisse tempore.
 Conveniebat autem multitudo in campum Mar-
 riū sub signis cum suis centurionibus non sicut
 ac in mil.ia. calculos scribant non una omnes,
 sed centuriatim, nec nisi vocati a C O S S. Cumq;
 in universum essent censum non triginta centu-
 riae in sex classes diuise, prima uocabatur ad
 suffragia cuius census erat maximus, & pri-
 num obirebat in bellis ordinem, in qua cense-
 bantur equitum octodecimp centuriae, octuaginta
 peditum. hanc sequebatur censu minor, secun-
 dum in acie locum occupare solita, nec perinde
 armata ut prima acies, sed aliquanto leuius:
 constabatq; uiginti centurijs: quibus accribue-
 bantur aū fabrorum aliorumq; opificum bello
 utilium. Tertia classis eisdem centuriarum sed
 censu minor, armaturāq; leuiore, locum tenet
 ordine proximum. Quarti deinceps uocabantur,
 ut censu proximis inferiores, ita in riuorem re-
 ligati ordinem, quaecum ad armaturam expe-
 ditiones etiam. hi quoq; uiginti centurias exple-
 bant, & accributas habebant duas centurias
 cornicinum cubicinumq;. Quinta classis minima
 census fundis armabatur & iaculis, nullum lo-
 cum habens in acie: expedita manus & uelita-
 tionsibus canum aperi sequebatur legionarios,
 centuriae triginta numero. Egenissimi autem
 ciuium, non pauciores reliquis omnibus, ultimum
 habebant suffragium, in unam omnes reiecti
 censu

centuriam. hi sicut à colluzione tributorum, sic à delectibus immunes militiam non si quebantur nisi uoluntarij, ijs de causis autoritatis in suffragando minimæ. Ergo si primæ classib; non agin-
tase ptem centuriæ cōsentirent, hoc est equites &
maximi censua pedies, finis erat suffragiorum,
nec uocabatur nonaginta quinq; reliquæ. quod
ni fieret, secunda classis uigintiuarum centu-
riarum uocabatur, & deinceps tercia, donec
consentirent nonaginta septim centuriæ, saepissi-
me decernentibus primis classibus, ut non esset
opera ulimis: sed rarisime incidebat tanta am-
biguitas, ut denunciretur ad ultimam inopum cen-
turiam, qua diuisis bifurciam prioribus C X C I I ,
alteruiri parti accedens eam suo momento pre-
ponderare ficeret. Itaq; Marcij fautores posce-
bant cenciriata comitia sperantes fore ut à pri-
ma classe, aut certe secunda crevane absoluere-
tur: tribuni vero idem suspicentes tributaria
luerunt cogere quibus committeretur iudicium,
ne uel diuinibus pauperes cederent, uel proletarij
classicis, neque exirema plebis pars excluderetur
à suffragijs, sed æquum ius calculorū esset omni-
bus tribulibus uocatis pariter. Videbanturq;
æquum postulare, quod populi iudiciū penes ple-
bem potius debet esse quam penes factiōē opis
marum, & lœse Reip. crimen ad omnium cogni-
tionem pertineat. id cum ægrec obtinuissent à pa-
triis, iamq; causam dici oportet, primus Mi-

ee s nucius

nuius C O S. è superiore loco allocutus est multitudinem ex mandato senatus, exorsus à commemoratione beneficiorum quæ plebs accepisset à patribus: deinde pro tam multis & egregijs reposcens unam ab ea gratiam, ipsis tunc necessariam, & Reipub. bonam atq; commodam. post hæc adiecit multa in laudem pacis & concordiae, recensens quantas felicitates ambae ciuitatibus affrant: econtra discordiam damnans bellaq; ciuitia, quibus & urbes excise sint una cum suis populis, & nationes integræ internectione deleter. Orabatq; ne iræ indulgentes deterriora sequantur, neglectis posterioribus, sed insuperum sobrie prospicerent: & cum agatur de re maxima, non nequissimum quenq; ciuem in consilium adhibeant, sed uiros optimos à quibus sciant pacis bellumq; et poribus adiutam patriam, de quorum fide dubitare nō deccat, quasi possint esse sui dissimiles. Summa orationis eò tendebat suffragia ferrent contra Marcium, sed si fieri posset proprie ipsius uiruicu uirum absoluenter, memores quomodo sit meritus de Republ. & in bellis pro libertate pop. & o. imperioq; gestis quam egregia facinora ediderit: nec esse bonorum uiorum officium, ut contra ius ac fas, plus apud se ualere sinant uerba cius inania quam tot beneficiorum gratiam: honestam etiam remissionem fore, quando se ulero inimicis præbeat, expectans illorum sententiam. sin autem erga ipsum gerane odium

odium implacabile, respiciant deprecantem pro eo senatum, trecentos viros totius ciuitatis optimos, flectanturq; nec propice unius inimici pœnam tot amicorum preces repellant, sed donente eum tot honorū virorum gratiae. Hac & his similia locutus postremo sic clausit orationem: Si suffragijs suis eum absoluereint, fore ut absolvatur uideatur properer innocētiam: sin iudicium ei remiserint, fore ut deprecatoribus eam gratiam debat. Vbi Minutius desījt, Sicinius tribunus prodige in medium, niggans se sponse prodierum libertatem populi, aut passurum ut prodatur ab alijs: sed si scrio sistant hominē ad iudicium patrīj, daturum se populo c calculos, nec aliud sateturum præterea. Tum Minutius: Quandoquidem certum est tribune suffragijs submittere hominem, inter tyrannidis crimen stet accusatio: huius reum peragite quibus potestis probationibus. Verba autem eius quae ad senatum contra plebem fecit ut dicitis, nō accusare. absolvetus est enim per senatum quod ad hoc attinet, & certis conditionibus citatus est ad populum. ac mox S. C. ligit, atq; ita proctarius descendit. Tum primus tribunorum Sicinius accusationem aggressus est quam accuratissime, quicquid unquam reus fecit aut dixit contra plebem, ad affectationem tyrannidis referens. post eum perorauerunt tribunorum præcipui. Deinde ubi uices dicendi uenerunt ad Marcium, exorsus ab adolescentia sua

sua recensuit quoties militauerit pro Republica,
 quo coronis ab imperatoribus donatus sit, quo
 hostes uiuos ceperit, quo ciues in praelijs serua-
 uerit, & ad singula dicta ostendebat dona, im-
 peratores testes citabat, & ciues seruatos uoca-
 bat suo quenq; nomine. Illi uocati adrant, la-
 menantes, rogantesq; suos ciues, ne auorem sus
 salutis ut hostem perderent, unamq; pro multis
 animam reposcentes, & scipios dedentes pro co-
 mulctandos quomodolibet. Horum pleriq; plebeij
 erant, bene de Repub. meriti, quorum aspectum
 & preces reverita plebs mouebatur ad misera-
 tionem & lacrymas. Vi hero scissa ueste Mar-
 cius pectus cicatricibus oppletum ostendit, &
 pari modo affectas ceteras partes corporis, ro-
 gitans num purent eiusdem esse mulcos in bello
 seruare, & seruatos in pace perdere: & qui con-
 sistat ut idem aliquis dicatur tyrannidem affe-
 ctare, & plebem ex urbe pellere, per quam prae-
 cipue solec tyrannis coalescere & soueri: nondum
 loqui desierat, cum mitior & bonorum uirorum
 amantior plebis pars acclamabat absoluendum
 hominem, pudendum existimans uel hoc ipsum
 quod huiusmodi criminis reus ageretur uir qui
 toties uitam suam contempnisset pro salute omnium.
 Ceterum qui erant ingenuo inuidio, & honestis
 infenso seditioni homines, & grise feribane uirum
 absolui: non habebant tamen quid facerent, cum
 nihil in eo inuenirent in tyrannum compescens, de
 quo

quo tum agebatur crimine. Quod ubi animaduerteit Decius ille qui sua oratione imperaueraat s.c.de hoc iudicio, surrexit, & indicio silētio sic locutus est. *Quoniam Marcū uerba Quirites in senatu dicta, quaeq; inde facta uiolenta cōsecuta sunt, absoluunt patrīj. ac ne nos quidē accusare permittunt, omīssis uerbis audite factum huius egregij uiri q̄ superbū & tyrannicū; & qualcm uestra legē homo priuatus uiolare ausus sit discite. scitis nimirū omnes prædā ex hostibus nostra uirtute partam legibus addici populo, & ne ducem quidē exercitus in eam ius habere, ncdum priuatu aliquē: sed quæstoris esse eam uēdere, & pecunia referre in erarium. Hanc legē nullus ab v.c. non dicā uiolanit, sed ne reprchēdit quidem, excepto uno hoc Asarcio: qui conīcptā eius au- toritate solus ausus est nup fraudare præda no- stram Rmp. Cum enim inuasissimus agrū An- riacū, & multum mancipiorū, pecorū, frumenti, aliarumq; rerū acquisiuissimus. nec quæstori hæc dedit, nec ipse argenti quicquā in erariū retulit, sed totam prædam suis amicis dilargitus est. hoc equidem argumentū aio tyrānidis. quid ni? cum adulatores suos & satellites fuerāq; tyrānidis assertores publica donet pecunia. id ego dico aperiat legū perniciem. Alteruirū igitur demonstrat Marcius, aut prædā ex hostibus capiam se non diuisisse amicis suis, aut factū quidē sed saluis legib;: quorū neutrū dicet uobis audiēibus, qui scitis ipsi & legē & factū, nec potestis nisi*

contra leges & ius: rādū hūc absoluere. Omis-
sis igitur coronis, donis, cicatricibus, cæterisq;
præstigj, ad h.ec respōde Marci, iam tibi dicēdi
locū facio. H.ec accusatio magnā inclinatione
fecit in partē alterā. nam qui prius æquiores ei
fuerant, his auditis saebat remissius. at mali-
riosa turba, hoc est plibis pars maxima, modis
omnibus perditi hominē cupiens, tāta occasione
arreptia magis etiā exasperata ist. Verum enim
erat de præda diuisa, licet nō malo animo factū
esset, nec ad strucndā tyrannidē, ut calamiabantur
Decius: sed optimo animo, ut esset aliquod leua-
men calamitatis publicæ. nam plibē dispidētē à
paritijs, hostes audacioreb ob eam rē facti diue-
xabat agrestem plebē incursionibus & popula-
tionibus: & quoties senatus uellet aliquos emis-
sere qui arceat, nemo plebeius exhibat, sed alienis
malis gaud. bāt negligib. inq; patriciorū autem
manus nō erat ad repugnand.i per se satis uali-
da. H.ec animaduerso si Marcius pronūsiit Consul-
libus, si se ducē faciant, exercitu uoluntariorū
educto breui se pœnas sumptuū de hostibus. quo
imperato, conuocauit clientes & amicos, & si
qui alij ciues cupiebat participes esse felicitatis
ducis præstatiſſimi. Cumq; iam uidetur habere
circa se manū satis ualidam, ex inopinato hostes
inuasit. factaq; irruptione in agrū refereū ma-
gna bonarū rerū copia, multaq; præda posuit
permisit milices inter se totā partiri, ut socij per-
cepio laborū fructu promptiores ad alias expe-

ditiones fieri: conerà qui per pigritiā domi man-
 serit, uidētes quāris cōmodis scip̄os proper se-
 ditionē priuacurrī: cōquerent sibi in posterū. atq;
 h.ec iū fuit mens hominis. *V*ulgo aut̄ subdolum
 & inuidū iniquē interpretabatur factū hoc, ue-
 largitionē quandā tyrannicā qua sibi cōciliare
 multitudinē: quapropter clamoribus ac tumultus
 eorum forū perstrebāt, nec Marcio ad h.ec re-
 spondere u. ille nec, nec consulibus, nec ullo alio, ue-
 prae ter expectationē obiecto hoc crimine. ce quo-
 niam nemo amplius respondebat, tribuni exilij
 perpetui mulēta imposita colligibant suffragia
 tribuū, opinor ideo pœna capituli abstinentes, q̄
 uocercentur ne absolucretur à populo. perlatis de-
 inde suffr.igijs, & dinumeratis calculis, nō ma-
 gna extitit differēcia. Cum enim una & viginti
 tūc tribus essent, à nouē absoluebatur *Marcius*:
 quibus si accessiſſint dua, ibsolutus fuisse legitim.
 Hoc fuit pr:m̄i de patritio niro populi iudi-
 cium: & ex illo tēpore morē sibi fecerūt tribuni
 quibuscūq; liberet diē ad populū dicere, unde ma-
 ximū incremētū potest. ut plebis habuit: sicut op̄i
 matiū factio detrimētū accepit maximū digni-
 tatis pristinæ, admissis plebeijs hominibus in se-
 nariū, ad magistratus & sacerdotia, aliosq; ho-
 nores quondam solis cōcessos patritijs: quos postea
 pl̄bi cōicauit, partim iniūta & necessitate co-
 acta, parem sapienti cōſilio īducta, sicut diceunt
 suo tēpore. Ceterū mos iste poiētiores accusandū
 apud populū, nullā māteriā prebere potest eum

uel laudare uel uerare uolentem. ut ali
 boni ex honesti uiri haudquaquam modicu
 à tribunis tractari. sed etiam
 sunt: sicut eiā in
 uitæ ac studiorū ratione reddire pœnas luxuria
 merit. ut. quod quoties recto iudicio fieret, si
 merenturq; elati magnatū spiritu sacrificare res
 uisa est, laudabatur ab omnibus. Quoties au
 tem uir Reip. utilis per inuidiā tollereetur iniuste,
 reliquis gracie id uidetur inuentorē cius moris
 incusantibus. acciditq; iam sa penumero, ut pop.
 Ro. deliberās satiūsne esset omni abrogare, an sincere
 ut erat relietus à maioribus, nullū expediree con
 filium. q; si mihi quoq; licet de tāta re meā sen
 tentiā interponere, mihi uideetur mos ipse si per se
 examinetur utilis, ex Reip. Romanae necessarius,
 sed qui magis minūsue cōmodus esset pro tribu
 norū ingeniū. nam quoties hęc potestas incideret
 in uiros iustos ex prudētis, amātoresq; patriae
 quam utilitat is proprię, perniciosis Reip. homi
 nibus paratu erat suppliciū, metuq; deterrebant
 à maleficio similes. Bonus autē uir, ex bono
 animo tractas Rem. iurius erat ab iniquo iudi
 cio ex alienis à suo instituto cōminicationibus.
 quoties uero nequā ex intēperantes auariq; ho
 mines ad pīscerētur hanc potestasē, faciebat his
 cōtraria. qui propter non opus erat morē corrigi
 ut uitiosum, sed in creandis plebis presidibus de
 lectū honorū uirorū habere, ex nō temere cui iis
 rem

rom tāq; i mōmētū cōmūteret. Atq; h̄c fuit sedi
 cū exēctus quā p̄imā post p̄luso s̄ reges ex cau-
 sitis exēctus. P̄ solit̄r aut̄ in hac nar-
 atione fui, n̄e q̄ uideat̄ q̄llo patricij rāntam
 non stat̄ pl̄ibi permiserint, neq; c̄fis neq; pulsis
 c̄n patribus, sicut fuit in ciuitatibus alijs. Nam
 unq; quisq; dum aliquid pr̄aeer opinione audit,
 cupit causam eius discere, n̄ec alias facile fidem
 habet narrationibus. Cogitabam igitur parum
 aut nihil imperaturū me fidei, si hoc rāntum di-
 xisse, patricios pl̄ibi suā tradidisse potentiaā.
 Et cum possent per optimates Rēpub. guber-
 nare, pl̄ibi commississe maximarum rerum arbit-
 rium: causas porrò cur ita factum sit omis-
 sem: c̄ propter omnes recēsui. Et quoniam ea mu-
 tatio nō ui Et armis expressa est, sed uerbis im-
 petrata Et rationibus, necessarium duxi ante
 omnia ponere ipsas orationes, quibus cum usi-
 sunt ueriusq; factionis principes. demiror autem
 illos qui res bello gestas accuratissime describē-
 das existimant, Et nonnūquam uno pr̄elio plus
 rimum uerborum insunt, locorum naturas,
 armaturas militum, modum quo acies instructae
 fuerint, adhortationes ducum, ceteraq; denar-
 rantes que alterutris uictoriā p̄p̄erent: dum
 uero seditiones Et ciuiles motus produnt, non
 opus purant orationes cōmemorare, quarum in
 admirandis negotijs conficiendis tanta fuerit
 efficacia. Vix enim aliud est in eora Romano-

ff

rum

rum reip. ratione acque dignum laude atq; adeo
 imitatione omnium hominum, mea quidem op-
 nione, ac tanta clemens: ut neq; plebs contem-
 pris patricijs, editaq; maxima cede optimat-
 eium, omnium eorum potentiam sibi usurpau-
 rit: neq; uiri dignitatem preminentis plebeis ~~ant-~~
 uersam oppresserint suis opibus extenuis et au-
 xilijs, ut in posterum sine meo uiuerent: sed non
 aliter se gesserint quam fratres cum fratribus
 aut liberi cum parentibus in bene instituta fa-
 milia, de equabilitate uerbis disceptantes &
 controversias dirimentes rationibus, nunquam
 progesi ad inumania facinora cladesq; imme-
 dicabiles, quales memorantur accidisse in alijs
 ciuitatibus seditione laborantibus: ut Corcyra,
 Argis, Milei, totaq; Sicilia. Nam est causa cur
 diligentius quam compendio narrare ista ma-
 lucrim, iudicium esto cuiq; liberū. Ergo ubi res
 hunc exitum habuit, plebs dimissa est aliquanto
 insolenter, existimans iam sublatam ex urbe
 optimatum potentiam: patricij uero diebus nullis
 & animis incusabat Valerium, ex cuius
 autoritate plebi iudicium permiscent. Mar-
 cius cum mulorum lacrymis & genitibus do-
 dum deductus est, ipse ad eum casum nec gemitus
 edito, nec ullo dicto gestuq; qui uirum dedecet
 magnanimum. sed maiorem etiam fortitudinem
 pre se tulit ingressus ad eum, cum uideret uxorem
 matremq; laceris vestibus plangentes pectora,
 & ut in carissimorum digressu fieri solet uoci-

ferantes, nihil flexus lamentis ac lacrymis mulierum : tantum uale dixit eis , et forei animo esse iussis commendauit filiolos : quorum grandior expleuerat decennium, minor in ulnis etiamnum gestabatur. alias nihil immoratus affectibus , ac ne uiatico quidem accepio , properauit ad portam, nemine sciente quo renderet. Paucis deinde diebus post comitiorum tempus aduenit .
 Coss s. facti, Q. Sulpicius Camerinus, Sp. Argius Flavius iterum. Eo anno multis prodigijs urbs est territa. nam et spectrorum nouae facies multis obuersatae sunt, et exaudit. e uoces emissa a nemine, et monstrofi ac uix credendi paratus extiterunt hominum atque pccudum, multisq; locis reddibantur oracula , et fanaticae mulieres canebant urbi fortunam miserabilem. nec cessabat pestilentia , magna pernicie pecorum. hominum et amen mories crebre non erant, cum morbis tantum conflictabantur : alijs deorum hanc indignationem esse interpretantibus, quod uirum optimum ciecssent e patria : alijs nihil horum ad dios rescrenibus, sed fortuna omnis humanos casus imputantibus. Tandem uenit in senatum quidam T. Latinus agerius letica delatus, uir senior et satis ampliarum facultatum dominus, ceterum ruri plerumq; habitare et opus rusticum exercere solitus. Is aiebat uisum sibi in somnis Capitolinum Iouem dicere, Ille, dic tuis ciuibus, mihi ludis praeultatorem

ff 2 diff'l

displicuiss: qui nisi magnifice instaurentur, periculum urbi fore. Se expperrectum nihili fecisse somnium, ceu inane & unum è uulgaribus. sed denuo sibi dormienti obuersatam eandē dei speciem, irati iam quòd iussa non fecisset, minantisq; magnum malum ni faciat. Cumq; & secundum somnium contempisset, quòd pudereb^t bonum rusticum & scēnam apud senatum de narrare somniorū erricula, ne forte risum ciceret, post paucos dies repētē amississe filium iumentem, nec morbo correptum, nec ulli manifesta causa exiij. Ac rursum deum in somnis uisum indicare filij morem pœnam esse conemptus ac negligētiæ, securoramq; mox aliam. Tum uero se gauisum si mors instarce iam uite saturo. At deū non hanc sibi pœnam inflixisse, sed in omnia membra dolores immisisse intollerabiles, ut nullos artus mouere posset absq; cruciatu grauiissimo. ac cum demū amicos in consilium adhibitos, quorū iussu nūc in senatum uenisset. Dum hæc narrat, uidebatur dolor paulatim se remittere. ubi uero narrationem absoluit, surgens è letica inuocato deo, pedibus suis per urbem dominum sanus rediit. At senātū metus inuasit, aeroniciis omnibus, nec ualentibus conūcere quid sibi deus posceret, quisue esset ille pōp̄e præsulator, quem sibi placuisse negaree. Tandem quidam ex illis facti remaniscitur, auctariis cœteris. Non obscurus quidam patrī familiās seruū damnacēm uirgis cædendum, & quo ma-

gis cōspicua pœna esset, per medium forū aliq; præcipua loca urbis agendum conseruis tradi- derat, quā mox pompa ludorū traducta est: qui eum ad furcā adstrictis ambobus manū tenuis brachijs, & ad pectus reuinctis nudū sequebā- tur lacerānes uerberibus. Is in tali necessitate cōstitutus uoces ominosas emittebat quas dolor exprimeret, & gestus ad flagra indecoros ede- bat. Hunc omnes accipiebant à deo significari saluatorē nō bonū. Quoniā autem huc narra- cionis uerum est, nō opinor silentio præterēdum quomodo hi ludi fūt nondigressionum amœna- rum & theatricarum gratia, sed ut sriæ cu- iusdam rei fidem faciam: uidelicet gentes que primū ad habitandam Romam conuenerunt Græcarum suisse illuſtrissimas, non ut quidam opinantur uagas & barbaras. Pollicitus sum enim in fine primi libri, quem scripsi de eius gē- ris originibus, confirmaturum me hoc argumen- tis innumeris, in medium productis eorum pri- scis moribus, ligibus & studijs, quæ durant usq: ad nostra tempora, sic ut per manus acceptæ sune à maioribus: existimans scribentibus anti- quitates regionis alicuius non satis esse si fidem sequantur indigenarum, sed opus esse certis & irrefragabilibus testimonij, inter quæ praci- piuum locum tribuo singulorum populorum re- ligionibus. nam hæ diuīsime seruantur apud Græcos & barbaros, nemine facile nouantur in

ff 3 his

his aliquid metu numinum, maxime in regionibus barbaris, ex multis causis nunc non referendis: nec potuit longa seculorum series efficere ut patrios deorum cultus dediscerent, mutarentur in his aliquid uel Aegypti, uel Afri, uel Galli, uel Scyth.e, uel Indi, aliaue ulla gens barbaræ, nisi forte in alienam potestatem redacta, et coacta uictoris ritus recipere. Ceterum populus Romanus nunquam eam fortunæ iniquitatem expereus est, sed ipse semper alijs iura reddit. Ergo si barbarici fuissent generis, et ancum aberat ut mutarent sacra quibus suam felicitatem dcberet, ut ea potius in subditas omnes gentes inuherent, easq; ad horum cultum traducerent: nec uetussee quicquam quin eorum opera Grecia fieret barbaræ, etare iam sepeima deges sub illorum imperio. Alius forte cõtentus fuisset ex presentibus populi Romani exercitiis argumenta non leuia priscorum institutorum sumere. Ego uero nequis hanc probationem putet inuallidam, falsò suspicans post deuictam Greciam mutuatos inde meliores ritus quos preferrent patris, coniecturas sumam ex illo tempore, quo nec Greciam tenebant, nec alias transmarinas prouincias: sequarq; idoneum autorem Q. Fabium, qui unus pro multis mihi sufficit, ut Romanorum scriptorum antiquissimus, commentatus non audit a ab alijs, sed que ipse nuerat. Iudos hos decrevit senatus Romanus, ut supra dictum est, bello Latino uotos à dictatore

A. Postumio, priusquam signa consiceret cum Latinis populis, qui uiolato foedere descuerat, uolebantq; Tarquinium in regnum reducere. in horum simulq; sacrificiorum impensis assignare fuere quingentae argenti minae annue, quod obseruatum est usq; ad bellum Punicum. Per eos dies agebantur multæ more Græcanico circæ mercatus & excipiendos hospites communescq; inducias, que operosum esset commemorare: pompa autem sacraq; ex quibus licet astimare & reliqua, habebant se hoc modo. Priusquam spectaculum committeretur, uiri potestate ac dignitate preminentis pompam ducebant dñs à Capitolio per forum in circum maximum, in qua primi erant eorum filij pubertatis proximi, qui iam per etatem interesserent, equis inuestiti quoru patres erant Romani equites, ceteri pedites in pedestrem accensendi miliziam, distincti per alas & centurias classiumq; ordines ac si ludu literariu peterent, ut appareret hospitibus futura iuuentus urbana, quam esse egregia forma & numero. hos sequebantur quadrigarij, bigarij, singulariumq; eorum agitatores: post quos athletæ grauiorum leuiorumq; certaminum, nudi cetera pudenda tantum ecclis subligaribus campestribus: qui mos Rome manet nostro quoq; tempore: sicut olim fuit in Graecia, in qua nunc antiquatus est, orto à Zacedemonijs inicio. Primus autem nudauit totu corpus

ff + in

in Olympiaco stadio decurrens Neanthes Lacedaemonius Olympiade quindecima: antea nero turpe habebatur apud omnes Graecos toto corpore nudo certare, sicut colligere licet ex Homero testium omnium grauiissimo et antiquissimo, qui succinctos inducit heroas. certe Aiacis et Ulyxis luctam ludis in Patrocli honorem funebris. describens sic ait:

*Tum sc̄e in medium cœrū duo magna dedere
Corpora heroum succincta.*

*Acq; etiā manifestius idē liquet ex Odyssaea, ubi
Irum et Ulyxem facit pugiles his uersibus:*

-Diuus Ulyxes

*Profilic in medium feruens, partiq; pudenda
Subligar iniecie. Mendicum porrò metu
ergiuersantem fingens sic canit:*

*Ast Iro frigidus rectigie præcordia sanguis.
Illi cunctanti licet, iniuso atq; trementi
Subligar inducunt.*

Hunc ceree prisorum Graecorū morem, qui hodieq; Romæ seruauer, satis apparet non à nobis eos desumpisse posteriore tempore: sicut nec abolitū uerustare, quemadmodū apud nos. Achileas sequebatur saltatorum chori diuisi trifariam, primo uirorum, deinceps imberbium, postremo puerorum: post quos tibicines inflates an si qui moris breues tibias, quarum et nunc usus est, citharist. eq; plectentes lyras se pitem fidium eburneas et que uocantur barbita, quibus iam uis Gracia desit, apud Romanos nero adhibet.

etur omnibus antiquis ceremonijs. Saltatorum habitus erat tunicae puniceae balteis ærcis astri-Elæ gladijs dependentibus gestabantq; breuiores mediocribus lanceas : uiri uero etiam areas ga-leas cristi pinnatis insignes. quemq; chorū præcedebat unus uir, qui præibat cætiris salutationis formulas, unus item militares ac cōcittatos præcinens modulos rhythmis plerunq; proceleumaticis. id genus exercitiū apud Græcos olim cùm primis erat celebre, armata saltatio quæ voca-tur pyrrica : siue id Minerua inuentum est. quæ post deletos Titanas in lēticia uictoriali fertur prima saltasse armata choreasq; duxisse : siue prius etiam institutum à Curetibus, dum insan-tem Iouem mulcerent armorum sonitu concin-nisq; gesticulationibus, ut habent fabule. quem morem priscis Græcis uulgarerū fuisse indicat Homerus cum alias sēpe, cum in cælatura cly-pei Achilli à Vulcano donati. fingens enim in eo duas ciuitates, alteram pace florentem, bello diuexatam alteram, feliciorem illam describit festos dies agente, uacantemq; nupijs ut fieri solet atq; conuiujs. Carmen sic habet.

- Arcta canoros

Tibia dat sonus salit omnis ad incita pubes
Carmina, & audaces cœur feruente choreas
Deducunt. iuuac è parulis spectare fenestris,
Vestibulis domuum pulchras astare puellas.
Rursusq; aliā choream Creticam constante ex
innupis pulillis & iuuenient, ubi sic canit:

-Spectandum deniq; multa

Arie chorū, et uario distinxerat ordine quale

Construxisse ferunt Cretæis Dædalon oris

Formosæ auxilium Minoidos ignibus olim.

Ilic & nit idi iuuenes pulchræq; pueræ

Stabane, alternata manu cœu uincia tenentes.

*Deinde habitū eorū describēs ut mares in armis
gesticularos intelligamus, hec subiicit:*

-Pulchras ha ferre coronas,

Higladios auro nitidos.-

Præstatores quoq; aliorum sic describit:

Plurima circumstante delectabatur amicum

Turbachorū spectas, medio gemini pueri arte

Præbant magna thiasis, saliuq; rotabant

Corpora. - Nec tātu è meditata ista certa-

minibusq; apta saltatione, qua in ceremonijs

pōpisq; Romani uerbāsur, eoru cū Græcis appa-

ret cognatio, uerū etiam è ludicra & satyrīca.

Post armatos enim saltatores in pōpa incedebat

Satyrī, sic inne reserctes Græcanicā habitus ho-

rum Silenos repræsentatiū erat hirsute tunicae,

quas quidā appellat scoreas, amiculaq; cōser-

ta ex omni florū genere. aliis itē satyrorum, ex

hircinis tergoribus cāpestria, scitæq; horrenies in

uertice, aliaq; his similia. hi serias illas saltati-

ones ridicule imitabantur deprauaties per ludi-

briū, quibus lusibus satyricis salibusq; i. m inde

à priscis seculis delictatos Romanos appareat è

triūphis etiā. permittitur enim uictores deducē-

eibus iambos & dieteria iacere in imperatores

clarissimos, quē admodū Athenis solebat pōpā
in plaustris ducētes scōmatibus obuios impete-
re: nūc autē extēporalib⁹ utūr uersiculis. quin
et in illustriū uirorū funebris pōpis inter alios
fereerū praecedebāt saltatores Satyrici, maxime
in diuitiū. Lusus autē satyricos, nec Ligurū, nec
Umbrorū, nec a'iorū barbarorū Italiā habitā-
tiū suisse inuictū si docere uoluero, uercor ne mo-
lestus uidear laborās in euidenti re demōstranda.
Post hos choros transibat agmē citharistarū ac
tibicinū: post quos ali⁹ gestātes acerras argēteas
aureasq; tam sacras quā public. ss. suffitūq; fa-
cīties. Extremū agmē claudebāt simulacrum
bainuli, habētium quales apud Gr̄ecos finguntur
effigies, eundēq; habitū. eadē insignia muneraq;
quorū inuictores et donatores tradūtur: nec so-
lū Iouis, Iunonis, Minerue, Neptuni, aliorumq;
quos Gr̄eci inter x i i. numerāt, sed antiquiorū
etia, quorum x i i. illi sunt progenies, Saturni,
Themidis, Latona, Parcarū, Memorie, ad hāc
Proserpine, Lucine, Nympharū, Musarū, Ho-
rarū, Gr̄. uiarū, Liberi, semidecorūq; quorū ani-
mæ post mortē inter cælius relatae pari cū his ho-
nore col·litur, Herculis, Aesculapij, Castorū, He-
lenæ, Panis, et aliorū innumerorū. atqui si bar-
bari suissent Romæ cōditores et fīli huius insti-
tuores, quorsum attinebat Gr̄ecanicos deos ge-
niosq; omnes colcre cōtempis patrūs? aut ostēdas
nobis aliquis præter Gr̄ecā nationē alia cui sa-
cra hāc sint domesticā, et iū demū probationē

hac ut inepia calunictur. Peracta popa cōfūstum
sacrificabant consules sacerdotesq; quibus f. us
erat & uictimarij, idq; more nostratum. Lotis
enim manibus, & lustratis aqua pura uicti-
mis, molaq; conspersis earum capitibus, uotisq;
nuncupatis, tum ministros eas mactare iubebat.
quorum aliij stantem etiam tum hostiam uecte
scriebant in tempora, aliij cadentē culris exci-
piabant, ac mox direpto tergore concidebant
membratim, delibatasq; ex singulis exitis alijsq;
membris primitias farre obuolutas in canistris
offerebant sacrificatiis: qui aris impositas suc-
cendebant, & uinum affundebant insuper. que
singula in sacrificijs Græcorum factitari solita
apud Homerum uidere est. namq; manus lauan-
tes heroas inducit molisq; ueentes, ubi sic canit:

*Dant famuli manibus lymphas, queis salsaq;
farra Conrectent. Pilos quoq; de ca-
pite uictime disectos in ignem iecisse sic ait:*

*Ardentesq; facos raptis de uertice willis
spargit. Victibus etiam ferientes in fronte,
et collapsas mactates, sicut in Eumai sacrificio.
Ita graui truncu cadit hostia, moxq; ca-
dente mactante cultro.*

*Primitias item extorum desumentes aliorumq;
membroru. casuq; farre prius imbuas consecran-
tes super al. aribus, in eodem sacrificio fingit:*

*Pollin conspersos adines, per singula carpens.
Iniicit in flammas Ithacensis.*

Quae etiam etate mea Romanos in sacris obser-

uare comperi, uel hoc uno argumento fasis persuasus, non barbaros fuisse Romæ condutores, sed è multis Græciae locis conuinatis. Et enim potest ut quidam barbari circa festorum ac sacrorum rationem nonnihil cum Græcis communione habent: sed impossibile est ut conueniant omnia. Super sunt paucæ de certaminibus dicenda, quæ à peracta pompa spectabantur. primus erat quadrigarum, bigarū, singulariumq; equorum cursus, sicut olim in Olympia, et nūc quoq;. In his equestribus certaminibus duo quæda priscorū instituta seruantur à Romanis hoc quoq; seculo: alterum trig.riorū, quod defecit in Græcia, usitatum herorum temporibus, ut Homerus testatur describens eorum prælia: quo duobus equis bigarum in morem iunctis adiungebatur tertius funalis loramentis adnexus, quem inde παρηγόριον Græci uocabant. alterum quod apud paucos aliquot Græciae populos durat ex antiquitate reliquum, uectorum cursus. finito enim equorum certamine, uiri qui prius cum aurigis eodem curru uehebantur, quas poëtae parabatas, Achenienses apobatas nominant, desilientes in pedes cursu certante in stadio. Post equorū cursum athletæ inducebantur, cursores, luctatores, pugiles. hæc enim tria genera certaminum apud priscos Græcos erant, ut Homerus indicat in Patrocli funere. Cæterum medio inter certamina tempore bene de republica meriti corona bantur, uoceq; praconis celebrabantur ex more.

Gr̄ecorum laudatissimo, sicut Āthenis per liberalia factitatum est : C̄ ostentabante spectoribus relata ex hōste spolia. sed de his neq; silendum erat omnino, quæ poscibat argumenti ratio : neq; ramen immorandum est eis diueius, reuocante nos à diuerticulo narrationis serie. Ut enim senatus cognouit de seruo qui ante pompam heri iussū sub furca cæsus fuerat, non uitatem hanc auersatus quòd eum præsultatorē à deo significatum interpretareetur, requisito C̄ pro dignitate punito domino, alios ludos Ioui decreuit duplo maiore sumpeu quam antea. Hæc sunt quæ his cōss. gesta produntur.

DIONYSII ALEXAN-

DRI F. HALICARNASSEN.

*antiquitatum siue Originum
Romanarum, Liber
Octauus.*

In quo bellum Coriolani contra Rom.
pop. & eius mors. Bellum cum Herni-
cis, Equis, Volscis. Legis agrariæ pri-
ma inuentio per Sp. Cassium, ipsiusq;
Cassij suppliciū. rursus bellū cū Vol-
scis & Veientibus. tēpus annorū octo.



B Q V B N T I autem anno,
Olympiade septuagesima ter-
tia, qua uicit in stadio Asty-
lus Crotonicfis, Anchise A-
thenis principe, cōss. fuere C.

*Julius Tullus, P. Pinarius Rufus, uiri minimè
bellicosi, & ob hoc ipsum à populo creari: quo-
rum consularu maximum periculum populus
Romanus adiit, ut minimū abfuerit quin erue-
retrur funditus. Marcius enim ille Coriolanus
qui ob suspicionem tyrannidis exilio perpetuo
multatus fuerat à populo, indigne hunc casum
ferens, & quomodo cunq; ulcisci acceptam ab
inimicis iniuriam cupiens, unam Volscorum po-
tentiam Romanis parem inueniebat, si de com-
muni sentētia ductu prudentis imperatoris bel-
lum eis inscrerent: cogitabatq; si hoc eis persua-
dere posset, committiq; sibi copiarum imperiū,
facile sc̄ rem cōsc̄eturum. Deterrebatur tamen
ab hoc conatu conscientia tot illatarū ei genti
cladum, alienatorumq; ab eis tot oppidorum
opera sua. Tandem contempto periculo rem ag-
gressus, obscurata nocte obscura uenit Antiu
nobilissimam Volscorum urbem cœna tempore:
ingressusq; ad eis uiri potenter, nobilis, belloq; cla-
ri, & summae in ea gente autoritatis, Tulli
Aetij, supplex ad focum sedenti accidit: de-
narrataq; sua necessitate in quam redactus
esset in micorum iniurijs, orabat ut humano af-
fectu se miserum exciperet, nec pro hoste habe-
ret, sed pro subdito: nēc in cal: micosum affli-
ctumq; uim exereret, considerans humanarum
fortunarum uicissitudines. Disce, inquit, hanc
instabilitatem fortis uel exemplo mco, qui modo
in maxima, urbe uisus præstantissimus, nūc ab*

omnibus distinctus, exul et humilis ante te iaceo, passurus quod tibi hosti libuerit. Polliceor autem tantum boni me Volscis allaturum receperum in amicitiam, quantum mali hostis intulit. Quod si manus in me animaduertere, confessim iram exerce, et mortem mihi largire quam citissimam, tua manu m. i. etato hic ad lare proprium. hac locutu porrecta dexira Tullus a foco subleuat, iubens bono esse animo. nihil enim sua uirtute indignum passuru: magnamq; gratiam ei se habere, quod aduenerit ad se, honoris sui causa id factum interpretans: pollicebaturq; se Volscos omnes ei conciliaturum facto a suis ciusibus initio: quod et prestatuit. Nec ita multo post de bello Romanis inferendo consuli auerunt sine arbitris. Tullus uolebat confessim omnibus Volscorum uiribus concitis urbe inuadere, dum seditionibus agitaretur populus, et imbellies duces haberet. Marcius uero aiebat prius instantiamq; belli causam querendam, docens omnibus negotijs adesse numina, bello uero tanto magis, quanto periculosior est eius alca. et crans iunc Romanis ac Volscis inducie, in duos annos factae paulo antea. Si inconsiderate, inquit, et præpropere bellum intuleris, uiolabis inducis, nec habebis deos propitios. Quod si expectaueris donec ipsi hoc faciant, defendere se uideberis et vindicare uiolata fædera. Id quomodo fieri oporteat, ne ab illis nideatur oris belli principium,

nos uero iustum piumq; bellum gerere, ego post
 longam cogitationem inueni. opus est enim ut à
 nobis decepti iura priores remiserent. modum autem
 decipiendi, quem continui hactenus occasionem
 expectans, nunc proferam, quando te ad bellum
 animatum video. Iudos pop. Romanus instau-
 rabit magnifice, confluentq; ad eos spectandos
 multi hospites. hoc expectato tempore i tu quoq;
 & fac quanum potes ut plurimi Volscorum
 conseruant se ad id spectaculum. ubi uero in ur-
 be fueris, fidissimum aliquem amicum misce ad
 cons. qui occulite moneat, Volscos parare ur-
 bi nocturnas insidias, ideoq; uenisse tam multos.
 Cetero scito si hoc audierint sine cunctatione eie-
 cturos uos ex urbe, prebiturosq; iustam ire ma-
 teriam. Latus id Tullus accepit, & tempus ex-
 peditionis operiens, interim totus erat in appa-
 randis rebus bello necessarijs. Deinde postquam
 consularum inierunt Julius & Pinarius, pre-
 stantissima Volscorum inuentus ex omnibus op-
 pidis auore Tullo ad spectacula conuenit: quo-
 rum maior pars diucrevit in loca sacra & pu-
 blica, quod hospitia priuata non sufficrent: &
 quories per vias incederent, cateruatis ambu-
 labant, non sine murmure ac suspicione populi.
 Interea subornatus à Tullo index adit consu-
 les, ut Marcius suaserat: & ut in re occulta
 quam de amicis apud inimicos preferret, à con-
 sulibus iuratis silentiū fidem securitatem suam

gg stipulas

stipulatur, ac eum demum de insidüs figmentum
 eis communicat: creditumq; est facile, ac mox
 uirium conuocatis senatoribus index in conspe-
 ctum eorum produktus, accepta & ab illis fide,
 dixit eadem que ante apud consules dixerat.
 qui cum iam ante suspicari coepisse, uidentes
 tantum iuuentutis ex una gente male pacata
 in suam urbem receptum, accedente hic indicio
 cuius dolus ignorabatur, ualde in opinione sua
 confirmari sunt: placuitq; omnibus summoueri
 eos ex urbe ante solis occasum, p̄uen. i capit. per
 praeconem denunciata contraria facientibus: ut au-
 tem tutò & illesi discederent, id curare consu-
 les. Hoc sc̄ factō praecones per omnes vias di-
 missi qui ediceret, Volscos euangelio ex urbe abi-
 re omnes per unam portam Capenam. alijs uero
 cum cōs̄s̄ deducebant abeuntes, quando ma-
 xime apparuit numerus eorum & robur, eodem
 tempore omnibus per unam portam exeuenteribus.
 primus Tullus exhibet propere, occupatoq; non
 longe ab urbe loco idonen, postremos scrius ue-
 nientes ibi colligebat. ubi uero omnes conuene-
 runt, concionabundus in Romanos inuectus es-
 dicens Volscos grauem & infandam ab eis
 accepisse iniuriam, solos omnium hospitium ex-
 pulsos: postulabatq; ut quisq; in suā in partiam
 id renuntiaret, daretq; operam ut compescantur
 Rom. inorū superbia, ipsiq; luant pœnus iuris
 violati meritā. His dictis uero indignantes
 exacer

exacerbanit amplius, atq; ita concionem dimisit. Postquam autem oppidatim cognitum est de accepta cōtumelia, non sine facti exaggeratione, ab ira se nemo continuat: missisq; circa populos legationibus totius genis ind. Etum est concilium, in quo consilijs collatis de bello agerent. Nec cessabat incitator Tullus, donec honoratores und. q; cōuenierunt Eccloram, praeterq; hos magna turba alia. erat enim sita loco atro ad eorum populorum comititia. ibi post multos sermones à proceribus habitos uenitum est ad suffragia corum qui aderant: obtinuitq; autor belli sententia, quando per Romanos priores foedus uolatum sit. iamq; de modo gerendi consultanribus progressus in medium Tullus suasit acciri Marcium, & ex illo queri quomodo Romani possint debellari. hunc enim maxime scire qua laborent res Romane, qua ualent. placuit consilium, moxq; acclamatum est ab omnibus, uocare hominem. Tum Marcus arrepta occasione operissima prodij mœstus ac lacrymabundus: & post modicum silentium sic exorsus est. si existimarem uobis omnibus & que calamitatem meam cognitam, non necessarium credarem super ea differere. Sed quoniam in tantis ingeniorum uarietate probabile est non defore qui falso licet atq; immerito suspicentur me non sine iusta cause pulsus à Rom. populo, primus omnium reddenda mihi ratio est mei exili. Ne-

rum illud oro per deos, ut & uos, qui iam ante
scitis quam indignis modis ab inimicis sim ha-
bitus, quamq; præter ius ac f. is in hoc infortu-
nium inciderim, patienter me audiat is: nec
prius desideretis meum consilium, quam mc au-
torem eius qualis sim examinauerit is. Nec enim
diu huic parti sermonis immorabor, etiam si re-
perendus est altius. Populus Romanus à prin-
cipio rem publicam habuit mixtam ex potesta-
te regum & optimatum, quæ sub ultero rege
Tarquinio uersa est in tyrannidem. eum opti-
matus conspiratione facta eiccerunt ex urbe:
moxq; ipsi rem publ. administrauerunt optime
prudentissimeq; constitutā confessione omnium.
Nuper autem ante triennium fermè aut quadriennium, egensisimū quiq; inertissimiq; ci-
uium malos duces securi cum alia mula pro-
terue fecerunt, tum postremo tentauerunt opti-
matus submouere à gubernaculis reipublicæ, ma-
gno dolore senatus, qui iam sibi cauendum in-
telligebat, ne illa detrimenti aliquid acciperet:
in quo negotio insignis fuit inter seniores opti-
matus opera Appij Claudij uiri multis nomi-
nibus laudatisimi, inter iuniores mea: nec de-
simus ut liberis uerbis in senatu, non infensi
plebi, sed suspectam habentes malorum poten-
tiam, nec ut ciuem aliquem seruitue premere-
mus, sed ut conseruaremus libertatem omnium,
& reipublicæ regimen redderemus posterioribus.

Hac

Hac uidentes nequissimi illi plebis antistites, statuerunt primos nos qui aperte sibi aduersa-remur è medio tollere, non ambos simul aggredi, ad uitādam facinoris inuidiam, sed orsi à me iuniore & opprimi facili. Ac primò iniudicatum conati sunt perdere, deinde à senatu ad mortem deditū accipere. Frustrati autē utroq: diem mihi dixerunt ipsi futuri iudices, obiecto criminis affectat & tyrannidis, ne hanc quidem absurditatem sentientes: neminem tyrannū contra plebem conspirare cum optimatibus, sed potius plebis ope potentissimum queriq: è ciuitate tollere. nec iudices dari sun: mihi more patrio centuriatis comitūs, sed quod omnes fatetur improbatissimum iudicium & de me primo ac solo factum, in quo plus ualitudo erant suffragia mercede operas suas locanticum uagorum homi num alieniq: appetendum, quam bonorum uiorum & iustorum amantiumq: recipublice. Tantum autem innocentiae mihi supersuit, ut ab iniquo bonis uiris, & ob hoc mihi quoq: infenso uulgo indicatus, duobus tantum damnatus sim calculis, tribunis potestate deponentibus ni ego dñarer, dicentibusq: se extrema à me passuros, & omni studio contentioneq: aduersum me connitebibus. Hac igitur passus à meis ciuibus uitam hanc non duxi mihi uitalem, nisi pœnas de ipsis sumerem. quapropter cum licet mihi uiuere in otio uel apud Latinorum cognatum

883 aliquum

aliquem nobis populum, uel in quapiam recens
 à patribus nostris deductā colonia, nolui ma-
 lēns ad uos confugere: quos sciebam maximis à
 populo Romano affectos iniurias, eiq; infensiſſi-
 mos, ut unā uobis scum communes calamitates ul-
 ciscerer pro uiribus, seu uerbis seu factis opus ad
 id fuerit. habeoq; uobis magnam gratiam quod
 excepitis me, atq; etiam maiorem pro honore
 mihi habito, et adiutis obliuioni omnibus malis
 acceptis à me belli tempore. Ergo qualis uir es-
 sem, si honoribus debitiss priuatus ab ingratiss
 ciuib; simulq; patria, domo, amicis, penatibus,
 maiorum sepulcris, alijsq; bonis omnibus, et
 his cunctis inuentis apud uos, cum quibus gesti
 bellum in illorum gratiam, non infestarem quos
 pro ciuib; inimicos expertus sum, nec benefa-
 cerem his quos pro hostibus amicos comperie-
 Evidem pro uiro non habeo qui nec inimicis,
 irascitur, nec seruatoribus suis bene uult. pa-
 eriam porrò existimo, non que me ciuem dedi-
 gnatur, sed in quam homo externus ascitus
 sum: et regionem eam amicam puto in qua iu-
 rius manco, non in qua iniurias exigitatus sum:
 speroq; diuis iuuantibus et uestra opera fructus
 breui magnam mutationem futuram. Scitis enim
 populo Rom. eorū bellis exercitu nullum hostem
 magis formidatum quam uos: nec aliud magis
 curare semper, quam ut gentem uestram quan-
 tum possunt reddant debilem. et ideo populos
 uestrros

uestros alios opprimunt bello, alios fallunt spe amicitiae, ne coniunctis viribus communis bellum generalis cum eis: qui si pro dignitate nostra decertare pergatis et in bellum consentiantur ut nunc facius, potentiam eorum facile tolleris est modo ac ratione belli gerendi sentiam, siue id peritie siue benevolentiae mœcæ testimonium est, siue virtusq; dicam nihil disimulans. Ante omnia moneo curieis habere praetextum belli iustum ac pium: qui quomodo querendus sit etiam cum nostro commode audire. Agit Romanus à principio parvus fuit et sterilis: quod autem ei post accessit multatus finitimis ampliavit et fertile: quod si quisq; populus parvum sicut per uitam creperat uel recipere, nihil erit iam parvum, egenum, dibile, quam Romana urbs. huius rei à nobis fieri decet initium. Nisi ligatos qui repetant ab eis occupata nostra oppida, munitionibusq; quas in nostra terra munierunt iubemus eos excidere, et si quid aliquid de nostro usurparunt reddere. nec prius bellum inferic, quam illi responsum dederint. Si nimis haec feceritis, alteriusrum consequemini: aut res uestras recipies sine sumptu et periculo: aut honestam iustamq; belli causam habebitis. Est enim omnium confessione honestum, si quis alieni non appetens, concientusq; res suas repeire, passus repulsam armis persequatur ius suum. Agendum

gg 4 quid

quid putatis Romanos facturos uobis haec postulantibus? Virum reddituros uestrum agrum? et quid uerabis quin mox relinquant quicquid alienum est? Veniente enim Requi, Albani, Hetrusci, alijsq; repetitum terras suas. An reten-euros occupata, nihilq; iustum facturos? ne ego ecce opinor. Ergo protestari ab illis prioribus ortam iniuriam, sumetis arma necessaria, et habebitis auxiliares quoque ab eis spoliati sunt, nec possunt aliter quam armata manu res suas recipere. Est autem admodum opportunum rem aggredendi tempus populis lessis a Rom. populo, quod ex insperato fortuna obculit, dum illi ob seditionē suspecti sunt inuicem, et duces habent imperitos militia. Haec sunt de quibus amicos summa fide benevolentiaq; monendos uerbis censi: qua uero factis exequenda erunt et arie prouidenda, committeris copiarū uestrarum imperatoribus. meum erit quocunq; loco me res uestras tueri uolueritis, dare operam nequo milite, centurionē, tribunōne deterior habear. Vos me in fidem uestram recepto utimini ne uobis uideretur commodum, persuasum habentes me si hostis uobis obesse potui, socium etiam profuturum non mediocriter. Haec loquente Volsci libenter se audire pra se ferebant: ut uero dicere desijt, clamarunt recte monere: nullaq; ampliore deliberatione addita comprobarunt hominis sententiam. scriptoq; decreto, mox nobilissimū quenq; oppid

oppidatim delectum Romam in legationem misserunt. Ceterum Marcio decreuerunt dignitatem senioriam ex ius gerendorum magistratum honorumq; omnium : & non expectatio Rom. populi responso cuncti se bello parabant: cum si qui prioribus prelijs fracti fuerant, recipiebant animos uelut eversuri Romanum imperium. At legati Romam missi ut in curiam introducti sunt, aiebant Volscos magnopere cupere ut sublatis controvërsijs sine dolo male amici socijq; populi Rom. habeantur: futuramq; fidam & firmam eam amicitiam, si agros suos & oppida per Romanos occupatae reperirent: alias nec pacem inter eos firmam futuram nec amicitiam. natura enim ita comparatum ut iniuria pressi male uelint opprimentibus orabaniq; nec sibi iusti belli necessitatem imponerent. His dictis, & legatis exceedere iussis, in senatu consultatum est: nec multò post reuocatis de communi patrum sententia sic est responsum. Non latet nos Volsci, non amicitiam uos, sed honestam occasionem belli querere. nam quæ à nobis petitis, saescitis uos non imperatores. postularis enim iniqua & impossibilia. nam si donatos nobis agros paenitentia ducti repeteretis, iniustum esse eos non resticui pristinis dominis. quorum uero dominium iure belli amissitis, eos iam alienos iniuste petitis. nos certe his maxime gaudemus possessionibus, quibus bello potiti sumus: nec no-

gg 5 strum

strum hoc institutum est ut scitis, sed mos rece-
 ptes apud deos & que ac homines, apud Græcos
 pariter ac barbaros: nec animus est in uisstram
 gratia semel bello quæsus cedere per ignauiam.
 turpissimum enim esset, res uirent forciuidineq;
 partas amittere per stultitiam & formidinem.
 Quod uero ad bellum attinet, nec inferre id uos
 cogimus, nec si bellare uobis certum est, quo mi-
 nus id faciat deprecamur: sed si priores ince-
 perieis, arcebimus. Hac Volscis renuntiate: si-
 mulq; monete, illos priores arma sumptuos, nos
 uero lacebros & posteriores. Cum hoc responso
 legati Volscorum ad suam gentem remisisti sunt.
 Rursum igitur coactis comitijs, decernitur deos
 iubere ut bellum Ro. populo inferant. Tum impe-
 ratores eligunt Tullum & Marcium, qui dele-
 ctibus habendis tributisq; colligendis præsint,
 aliaq; parent quæ belli sus postulat. cumq; iam
 dimicendus esset conueniens, assurgens Marcius
 sic locutus est. Quæ decreta sunt his comitijs be-
 ne habent, exequenda suo tempore. Interim dum
 delectus habebuntur, aliaq; expedientur quæ ne
 uideo sine mora non possunt confieri, ego & Tul-
 lis ibimus. quibus libet prædari ex hostico &
 lucrari, sequimuri. Polliccor uobis, deo iuvante,
 multa commoda. adhuc enim Romani sunt im-
 parati, quod uideant nos nondum contraxisse
 copias. itaq; securè nobis licabit quantum no-
 luerimus agrorum percurrere. Probara Volscis
 hac

bac quoq; sententia priusquam Romæ conditus
 eorum noscerentur profecti sunt cum magna uo-
 luntariorum manu: quorum partem Tullus in
 Latinorum agros duxit, ne qua inde hosti sub-
 uenirent auxilia, cum reliquis Marcius urbem
 petiit: perterritisq; impetuoso malo agristibus
 mulii capri sunt tum servi tum liberi: boum
 quoq;, iumentorum, pecorum, magna uis: ex
 frumentum, ferramenta, instrumentaq; rusticæ
 uel direpta sunt uel corrupta. postremo uille in-
 jecto igne a Volscis exustæ sunt, ut non nisi lon-
 go tempore possent reparari à dominis. maxime
 uero in plebeiorum prædia sæuicbatur, patri-
 orum latifundys est parcuum: aut si quid eis
 damni datum est, id initia mancipiorum ac pe-
 corum prædam constitit. Sic enim Volscis man-
 daret Marcius, quo magis inter patrinos ex
 plebem suspiciones gliscerent, ex seditione maneret
 in urbe diutius, quod etiam coniigit. Ut enim Ro-
 man renuntiata est agrorum uastatio, cognito
 non æque afflictus esse res omnium, si auperis uo-
 ciferabantur in diuitias, ab his inductum contra
 se Marcius. patruj uero uaframentum hoc
 ducis esse aiebant. nemo tamen uel ribus percun-
 ribus succurrere, uel reliquias seruare uolebat ob-
 productionis suspicionem mutuam. Itaq; Mar-
 cius reduxit domum integras copias di baccha-
 ras in hostem pro arbitrio, ex luculentia prada
 dictatas. Par modo paulò post Tullus ex agris
 Latin

Latinorum cum magna præda rediit. nam & illic hostis non ausus est congregari, ut imparatus & oppressus malo repente ino. quo factum est ut omnes Volscorum populi ingentes spes conceperint. & opinione citius conscripto exercitu, alacritate magna quicquid opus esse suppeditatur imperatoribus. Postquam autem presto fuit totus exercitus, cum colliga Marcius consilia contulit, quomodo res gerendæ sint in posterum. Mihi, inquit, Tulle uidetur optimum diuisis inter nos bifariam copijs, alterū nostrum cum militum robore hostes petere, facereq; pugnæ copiam: quam si non decretauerint, uno prælio de summa rerum decernere. quod si non audebunt (ut futurum credo) muliti maiore ex parte iironi & imperitis rei militaris ducibus hæc aleam committere, cum agros eorum populari, socios distrahere, colonias expugnare, à nullo tempe rare maleficio. alterum uero hic relictum agros custodire cum oppidis, ne forte incustoditos hostis inuadat, & magnam accipiamus ignominiam, si appertenentes aliena exuamur proprijs. Sed is qui hic mansurus est, debet instaurare sicubi collapsa sunt mœnia, fossas repurgare, castella munire in quæ agricolæ refugiant: nouas copias conscribere, commeatus foris militan tibus suggestere, arma fabricare, & siquid aliud opus sit, expedire celeriter. Tibi optionem offero, exterris'ne copijs præesse malis, an ijs quæ hic

hic relinquuntur ad regionis custodiam. Vt
 menier hoc Tullo placuit, & quia notam habe-
 bat hominis felicitatem & industriam, illi per-
 misit educendum exercitum. At Marcius non
 amplius cunctatus Circeios petiit, oppidum pro-
 miscuè habitarū à Romanis colonis & ciuibus
 ueteribus, eoq; obiter potitus est. Nam oppidanī
 ubi cognoverunt hostem occupato agro iam ad
 mœnia sua contendere, aperteis portis obuiam
 progressi deditioñem fecerunt, receptiq; in fidem
 nihil hostile passi sunt. frumentum tantum in
 unum mensē imperatum, uestesq; in usum mi-
 litum, & aliquantulum pecuniae : praefidiumq;
 relictum modicum, uel ad ipsos in fide continen-
 dos, uel ad arcendam uim hostium. His Romam
 nuntiariis major etiam terror incubuit, patriis
 plebem incusantibus quod uirum bellicosum, in-
 dustrium, magnanimum eiccerine, Volscisq; du-
 cem dederint : plbis magistratibus in senatum
 crimen regerentibus, quasi dolo illorum res gere-
 retur : & bellum non impetreret totum populum,
 sed plebem Romanam dñeaxat: cui opinioni ac-
 cedibat uulgi pars pessima. Cæterum de exerci-
 zu scribendo, euocandis sociorum auxilijs, curan-
 dis necessarijs, in tanta similitate nunquam in-
 mentem uenit. Id animaduerentes natu maximi
 communicatio inter se consilio aggressi sunt pri-
 uatim publiceq; turbulentissimum quemq; è ple-
 be cohibere ab huiusmodi suspicionibus & cri-
 mina

munitionibus, ostendentes periculi magnitudinem quo urgeatur ob unius viri nobilis exilium, & quae maius instet si perulantia plebis plures exacerbentur eodem modo: profeceruntq; non parum. Sedato porro tumultu servus in curiam consociatus primum Latinorum legatis qui cum petebant auxilium, respondit non facile esse in praesentiарum id mittere. Licere ipsis exercitum conscribere, eiq; proprios duces preficere, cansumq; copiarum, qui intum Romanus populus misserit, in id bellum mittere. nam virunq; uestrum fuerat foederis conditionibus. deinde consulibus mandauit del. Etum habere, urbem custodij firmare, auxilia sociorum accersere, exercituum uero non prius educere quam instructis rebus omnibus. eidem approbauit populus. supererat autem de annuo magistratu non multum temporis: quapropter nihil eorum que decreta sunt confici potuit, sed rem semiperfetam tradiderunt successoribus. Hi fuere Sp. Nautius, Sex. Furius: qui conscriptis copijs ex urbana multitudine quam maximis per castella opportuna disposuerunt speculas, nequid ignorarent eorum que in agris furent: mulum frumentis pecuniarum, armorum brevi comparauerunt. atq; ita domi apparata videbantur omnia quae presens postularet necessitas. Sed socij non omnes parebant alacriter, nec cogi poterant ad prebenda auxilia, quod timerebant proditio, non nullis aperte.

aperte ad Volscos deficienteibus. primi Aequi
desciuerunt, mox initio belli ab illis impetrato
födere: miseruntq; Marcio maximas & ala-
cerrimas copias: quorum exemplo moti & alijs
multi clam fauebant Volscis, non publice mit-
entes auxilia. sed permittentes si suorum ali-
quis uellet sequi eorum militiam, aeq; adhor-
tantes etiam, tanum ut uetarene aberat: bre-
uijq; tanum uirium eis accreuit, quaneum nun-
quam ante habuerant, neq; dum maxime flore-
ret eius genis felicitas. his fratribus Marcius rur-
sum in agrum Rom. inum irrupit: moratusq; ibi
per aliquot dies deuastauit quicquid superiori-
bus populationibus intactum reliquerat. paucis
tamen corporibus ingenuorum in hac expeditio-
ne potitus est. collecta enim cariore supellestile
mulio ante configerant, pars in urbem, pars in
castella munitiona, ut quæq; erant proxima.
Pecora uero que illi mature abigere non potue-
runt, seruosq; pastores, & triticum etiam cum
iacens in areis aliasq; fruges uel demissas uel
comportatis, hostes abstulirunt. Sic ille exer-
citus depopularis omnibus, & nemine congredi-
auso, domum reductus est grauis præda ut & gre-
incederet. Quo uiso Volsci & audita Romano-
rum timideitate, qui nuper alicorū agrorum
populationes, iam impune suos uastari in conspe-
ctu suo sinceris, magnos coll. gerunt animos &
conceperunt spem imperij, quasi iam minimo
negos.

negotio possent decere aduersariorum potestiam:
 decretisq; supplicationibus, templa sua foraq;
 ornabant spolijs: uacantesq; epulis aicq; hilari-
 tibus celebrabant Marcium, præferentes eum
 in rei militaris peritia omnibus omnium seculo-
 rum imperatoribus tam Græcis quam barbaris,
 maclum felicitate dictantes cui omnia sine la-
 bore succederent ex sententia. quapropter nemo
 militaris et atis erat qui non libenter sequeretur
 eius ducis auspicia, quod omnes facinorum eius
 particeps esse cuperent, ex omnibus populis ad
 eum confluente multitudine. At imperator ubi
 Volscorum alacritatem confirmauit, et depre-
 sam hostium uirtutem redigie ad consiliorum
 inopiam, contra socios eorum urbes que in fide
 manserant, duxit exercitum: paratisq; rebus ad
 oppugnationem necessarijs, in Tolerinos Latini
 nominis populum fecit impetum. qui quoniam
 ad bellum se præparauerant, comportatis ex
 agro suis rebus intra mœnia, restierunt forti-
 er. et cum aliquandiu sustinuisse oppugna-
 tionem sauciatis multis hostibus, tandem a sun-
 ditoribus depulsi sub uesperam multis locis nu-
 darunt mœnia. Quo uiso Marcius alios milites
 iussit admotis scalis eas muri partes cōscendere.
 ipse cum lectissimo quoq; poream aggressus est,
 multis telis petitus è turribus: perfractisq; repa-
 gulis primus urbē ingressus est. eam poream ser-
 uabat ualida manus hostium, qui aliquandiu
 repugn

repugnauerunt strenue: sed multis casis reliqui
 terga ueterunt diffugientes per vias. ille urge-
 bat interficiens quoque assequereur, solis par-
 cens supplicibus qui arma proijerent. inerea
 mœnia quoq; scalis capta sunt. In hunc modum
 expugnata urbe Marcius selectis è præda spo-
 lijs quibus deos donaree ornaretq; Volscorū op-
 pida, reliquum concessit militibus. inerat autem
 mulcium mancipiorum, frumenti, pecuniarum, ue-
 nictoribus ad exportandum non sufficeret una
 dics, sed per uices agentes ferentesq; consumeret
 multum temporis. Imperator direpto desolatoq;
 oppido Bolam duxit exercitum, non imparatam
 ex ipsam, ut que aduentum eius praesenseret.
 quam cum se putaret primo impetu expugnatu-
 rum non uno loco aggressus est mœnia. Oppida-
 ni uero expectata opportunitate reponis, aperta
 porta instructi erumpunt, ex aggressi proximis,
 multis casis, pluribus fauciatis, reliquis fu-
 gatis, inter mœnia se recipiunt. At Marcius
 cognita Volscorū fuga (nam forte fortuna non
 aderat cum acceperat ista ignominia) cum
 paucis propere aduolauit, recollectisq; quos fu-
 ga disperserat, ex horae in suo restituatis in or-
 dinem, ex monitis quid opus facto sit, iussit ut
 quæ hostiles eruperant oppugnarent oppidū. Tum
 Bolani primo successus feroces erumpunt iterum,
 Volscis ut moniti fuerant non excipientibus eo-
 rum imperium, sed per proclivias refugientibus:
 hh quos

quos oppidani dolum non intelligentes diu per-
secuti sunt. Eos Marcius longe a mœnibus di-
stractos inuasit cum lectissimis iuuenum, mul-
tosq; uel repugnantes uel fugientes occidit, h.e-
rensq; ergo priusquam porta clauderetur irru-
pit intra mœnia: porta uero in potestacm reda-
cta mox repletum est hostibus oppidum. Bolani
descrēt mœnibus in domos refugērunt. præda ho-
minum & rerum concessa militi: oppidū quem-
admodum illud alicrum per otium magnis op-
ibus exhaustum igni est iradicatum. Inde Labi-
cos cum exercitu petiūt, Latini nominis populū,
unum ex Albanorum colonijs: quos ut erraret
exurberat eorum uillas obicer, quā maxime con-
spicuum fore putabat clausis incendium. Lan-
cani freii firmis mœnibus nec territi sunt, nec
uersi ad ignauiam, sed strenue propugnando se-
pius hostem scandentem reiecerunt a mœnibus.
postremo tamen expugnati sunt, quod non u-
lerēt pauci multis sine intermissione repugnare.
nā Volsci ab omni parte oppugnabāt. succeden-
tes fessis recētes, ita ut oppidani diesq; noctesq;
continuato labore desatigari cogerentur muris.
decedere. Marcius hoc quoq; oppidum diripiēn-
dum concisit militi, capiūtis sub hasta uendi-
tis copie ad pedum traductæ sunt, & hoc La-
tini nominis. id primo impetu captum, tracta-
rumq; ut alia. sequenti luce duxit Corbionem.
propinquari portæ aperæ sunt, oppidani obuiā
effusi

effusi supplices deditio[n]em fecerunt. his laudatis prius quod opime sibi consuluissent imperauit pecuniam & frumentum in usum exercitus: quibus alacriter exhibitis abduxit exercitum uersus Coriolos: acceptoq[ue] in fidem oppido, liberaliter adiuuus commeatibus, pecunias & ceteris que imperauerat, uelut per pacata duxit sine noxa exercitum. Valde enim curabat nequid hostile pateretur deditio[n]em, parcens agris eorum & his que inerant pecoribus atq[ue] mancipiis. nec sinebat militem diuersari in oppidis, ne peccaret furtis rapinis' uec, sed castra metabantur prope moenia. Ad Bouillais demu[m] exercitus admotus est urbem tunc nobilem & arborum peritia secundam nulli Latini nominis: exclusu[q]ue fiducia moenium firmatis & propugnatorum multitudinis, suos ad rem fortiter gerendam cohortatus est magnis praemis propositis his qui primi euasissene in moenia: pugnabantq[ue] est circa urbem acriter. nam Bouillani non contenti defendere muros erupione queq[ue] pugnabant, hostemq[ue] propellebant per declivias plurimi & scorum ibi casi, diuq[ue] oppugnatio durauit uix ulla spe uictoriae. Sed imperator in cadentium locum alios sufficiens efficiebat nescire ut detrimentum numeri. laborantes autem confirmabat sua presentia semper succurrrens quocunq[ue] res posceret, nec uerbis ianuu, uerum etiam exemplo suos animans. nam omnia

hh 2 sub

subibat pericula, nihil intentatum relinquens,
 donec ui mœnia caperet. tandemq; redacta in
 potestatem urbe, uictos pantim occidit repugnā-
 tesq; partim uiuos cepit: adeptusq; clarissimam
 uictoriam, præda onustum abduxit exercitum,
 diratumq; pecunijs plurimis: nusquam enim plus
 res inuenie sunt. Post hæc quacunq; iter facerē
 e^t ager erat in potestate, nec oppidum ullum eis
 se opposuit præter Lauinium, quod primum à
 Troianis ~~Zenes~~ socijs olim in Italia fuerat
 cōditum, à quo etiam Romanorum originem de-
 ductam diximus. Oppidani autem quiduis pas-
 furi uidebantur potius quam nepotum suorum
 fidem descreuri. ergo acriter pugnatum est ali-
 quo^t oppugnationibus, atq; etiam eruptionibus.
 Sed nihil profecerunt primi imperii, ita ut ob-
 sidione opus fuerit. absitens igitur ab irrito co-
 natu Marcius circumallavit oppidum, quo cum
 auxilia, cum cōmatus. excluderer. At Romani
 audientes excidia sociarum urbium, e^t com-
 pulsos ad defectionem populos, solicitatiq; quo-
 zidianis in fide manentium auxiliumq; implor-
 rantium legationibus, ad hæc territi obsidione
 Lauini, quod solum remorari uidebatur ne ho-
 stis urbem infestus petere, unum malorum o-
 mnium remedium credebant, si decreto populi
 renocaretur in patriam Marcius, uociferante
 tota plebe, tribunisq; paratis de irritanda mul-
 eta referre ad populum. sed patricij nolbant
 quic

quicquam de re semel iudicata mutari, nec nisi ex senatus consilio tribunis referendi ius erat. quod sanè mirandum, cur ita senatus superiore tempore semper Marcij studiosus, tunc plebi hominē reuocare uolenti aduersatus sit, haud facilis coniectura num experiri uolens eius constri-
tiam, an ideo difficulter se præbens quo magis accéderet desiderium, an uero ut eoruū calumnias refelleret, qui patres & sauere Marcio, & ei fuisse autores belli mouendi iactarente. nam ipse dissimulabat causam huius consilij. His per trans fugas cognitis Marcius, ut erat iratus, mox exercitum uersus urbem mouit: & ad fos-
sas Cluilias quinq; ab urbe millia passuum ca-
stra posuit, relicta copiarum parte quanta suf-
ficeret ad continuādam obſidionem Laninij. ad
cuius aduentū taneus in urbe tumultus exoritur
est, ac si iamiam instaret oppugnatio, omnibus
iniußu magistratum arma corripientibus, &
alij discurrentibus ad mœnia, nonnullis portas
agminacim nullo duce petentibus. nec deerant
qui armatis seruitijs parietes domesticos para-
rent defendere, alij rursum qui arcem Capitoli-
num aliiae urbis loca munitiora occuparent:
mulieres ad templā deorum currebant passis
crinibus, precibus auctus imminens pericu-
lum. per hanc trepidationē exacta nocte ac par-
te sequentis diei. cum nihil fieret eorum quae ti-
muerant, nec castra mouere Marcius, concur-

hh , sus.

sus plebis in forum factus est vocantis patres in
 curiam, & nisi viro decernerent reditum, mi-
 nantis seipso consulturos sibi ut prodicis. quo
 factum est ut ex S.C. quinq; seniores ex patribus
 legati ad illum mitterentur, qui erant ei grati-
 simi, acturi de pace aiq; amicitia. missi sunt
 M. Minucius, Postumius Cominius, Sp. Lar-
 gius, P. Pinarius, Q. Sulpicius, omnes consula-
 res. hi postquam in castra uenerunt, Marcius se-
 dens in confessu nobilissimorum Volscorum alio-
 rumq; sociorum quo loco maxime possent ab o-
 mniibus exaudiri que dicerentur, eos ad se uo-
 cari iussit: qui ubi coram fucre, Minucius qui in
 consularu suo plurimum pro eo laborauerat,
 plebiq; se opposuerat, sic orsus est. Non ignora-
 mus Marci affectum te à plibe iniuria, apud
 quam nefarij criminis reus peractus è patria
 pulsus es: nec miramur si indigne fers hoc infor-
 eunium. Sic enim natura comparatum est ut la-
 sus ei qui se l'isit infensus sit. illud miramur, non
 discernere et ratione in quos vindictare debeas,
 nec moderate poenias exigere: sed eodem loco habes
 innoxios noxios, amicos inimicos, mouesq; natu-
 rae leges immobiles, & confundis fas, ne cui qui-
 dem ipsius memor, quis è quibus'ne natus sis: &
 uenimus à republica legati è patricijs natu ma-
 ximi, tuiq; studiosissimi, afferentes uiolati iuris
 expostulationem mixtam precibus, accepturiq;
 uicissim condiciones pacis quas uelis renunciari
 pop

populo: simulq; admonituri quid in rem tuā fore
putemus, quid' ue te facere deccat maxime. Ac
primū de iure diceatur. Conspirauit in te plebs
à tribunis irritata, conatiq; sunt te indemnatum
occidere quibus cras terribilis. Id ne furit nos se-
natores prohibuimus, effecimusq; nequid pat-
reris contra ius. Postea qui uicti sunt interfice-
re, diem tibi dicere uoluerunt ad populum, quod
apud senatum plebi male locutus sis. restitimus
hic quoq; ut nosti, nec paſi sumus et uel senten-
tiae dictae uel orationis habite pœnas luere. hic
quoq; frustrati, postremo adierunt nos obijcicn-
tes tibi tyrannidem ad hoc crimen refellendum
ipſe te obiulisti, quod plurimum ab eis ab eo,
permisistiq; de te iudicium populo. ac tunc quoq;
tibi senatus affuit, multis pro et fusis precibus.
quid igitur mali tibi fecimus nos patriciū? Cur
nos bello petis, quorum tantum fauorem in tua
causa expertus es? Imò ne plebem quidem co-
tam te expulsum uoluisse satis appareat, quando
duobus tanteum calculis damnatus es. quapro-
pter ne his quidem iure hostis esse potes, quorum
absoluebaris suffragijs. Sed fac si libet à totis
plebeis atq; etiam senatu multatum te hoc in-
fortunio, omnesq; nos tuo dignos odio, quid da-
mni dederunt fœmine tibi Marci, ut carum ho-
stis sis. cuius earum calculo cieclus es? quam
concionem habuerunt aduersus te? quid uero
pucri nostri uel cogita uerunt iniuste

hh 4 cont

contra te? quibus nunc imminet periculum capiuntatis aliarumq; miseriariū quæ solent eucnire ut capitis urbibus. non &quā iudicas Marci, qui putas sic persequendos inimicos & noxiros, ut interim ne amicis quidem parcatur & insontibus. hæc ceret secus quām bonum uirum decet cogitas. Et ut omnia ista omittam, quid responderes dic per Iouem, si quis te roget, quanam iniuria lacestius monumenta maiorum diruas, honoresq; eis ab hominibus concessos adimas? decorum item aras, templia, fana, quoniam merito ipsorum offensus spoliias, exuris, subuertis, eosq; cultu prius solenni ac legitimo? quid ad hæc posses dicere? equidem nihil uideo
 Atq; hæc pro nobis Marci, proq; senatu & alijs suis ciuibus, quos is perdiuum nihil laesus ab eis, proq; sepulcris & aris patriæ quæ te genuit & educavit dicta sint. Nisi forte censes & quum omnes homines etiam innoxios unà cum uxoriibus & liberis à te plecti, atque etiam deos geniosq;, urbem, agrosq;, pœnas dare tribunorum dementiæ, nihilq; haberi eximum. An non sat is pœnarum iam exegisti ab omnibus, tot stragibus, tot agris igni ferroq; uastatis, tot funditus cuersis urbibus, tot abolitis decorū demonumq; ceremonijs & religionibus quibus multa loca desolata sunt? Evidē arbitror indignum uiro cui quæculacumq; uirtutis cura est, uel amicos cum inimicis confundere, uel iram

in

in delinquentes implacabilem gerere, eos præfertim qui iam satis poenarum lucrint. Hæc igitur sunt quibus uel nostrum ordinum excusamus, uel deprecamur pro plebe. Restat ut subiectam quæ rui studiosi tibi pollicentur si redeas in gratiam cum patria. tuum est præsentem potentiam adiutam fauore numinum moderatè dispensare, cogitarcq; quam mutabiles sint forœnæ uices, quam nihil in rebus humanis stabile: Et quicquid ad summum claritatis fastigium euaserit indignationem decorū non effugere, ueretiq; rursum in nihilum: idq; potissimum usu uenire sequis ac superbis ingenujs et humanitatis oblitis. Licet autē tibi nunc honestissimis conditionibus pacē componere. nam et senatus totus ad decernendum ibi redditum paratus est, et populus ad legē sanciendam qua irritetur de exilio tuo late sententia. quid igitur ueta te suauissimarū et carissimarum necessitudinū respectu frui. Et pairiam roties armis defensam recipere, præesse imperanteibus et ductores ducre, honestissimamq; nominis memoriam relinqueret: horum ceteræ promissorū omnium breui præstandorum nos sponsores sumus. nunc enim non decebat ex s. C. aut plibiscito tibi decerni aquū aliquid dum exercitum habes contra nos et geris te hostiliter. quod si ab armis discedas, tibi afferemus decreum de tuo reditu. Hæc sunt qua reconciliatus habebis commoda. quod si irasci

hh 5 perg

pergens simultatem nolis deponere , mult.e tibi
 obuenient molestiae , sed due præcipue. primo
 quod male concupisti , frustra laborabis populi
 Romani potentiam, præsertim Volscorū ope sub-
 uerteere: deinde etiam si uoti compos euad.us, ha-
 beberis more aliū omnium miserrimus. Cur autē
 ita opiner patienter audi Marci me dicente li-
 bere, & primū tentare te impossibilia. Scis ipse
 po.Rom. abundare multa iuuentute domēstica,
 ex qua si eximatur seditio, quod ut propediē fiat
 extorquebit ipsa belli ncceſſitas , conciliante a-
 mnes communi periculo, nec Volsci præualcbūt,
 nec ulla gens alia quæ Italiam incolit. mulcim
 uirium est & Latinis alijsq; socijs arq; colonis
 nostris, quos propemodum omnes breui afflu-
 ros expecta. duces quoq; cui similes tum seni-
 res tum iuniores tot nobis sunt , quos uix omni-
 bus alijs populis. sed maxima spes est quæ nos
 nunquam in aduersitatibus fecellit , in maiore
 humanis uiribus deorum benevolentia , qui per
 octo iam cætes nostram urbem conseruarunt
 non solum liberam , uerum etiam fortunatam
 & imperantem muleis gentibus. nec nos Pe-
 danis aut Tolerinis alijs'ue paruis ciuitatib-
 us confer , quarum expugnasti oppida : pa-
 seit enim etiam te inferior imperator & mino-
 ribus instructus copijs infirma munimenta à
 paucis defensa capere : sed considera urbis ma-
 gnitudinem rebus bello gestis clarissimis, &
 deor

deorum fauore fortunatissimæ, per quem ex parua etiam magna facta est: tuasq; istas copias quibus freuis rem etiam arduam aggredieris, ne pura factas nunc alias, sed memento te Volscos &
 Ac quos ducere, quos nos ipsi toties prælio uici-
 mus, quoties ausi sunt congregati. Proinde scitote
 cum deterioribus aduersus præstantiores certa-
 turū, et cum toties uictis aduersus uincere sem-
 per solitos. Quod si contraria se res haberet, miran-
 dum tamē si etiam peritus rei militaris uir igno-
 ras in periculis non tantum audacie suppeteret
 solere aliena usurpatibus, quantū sua bona de-
 fendentibus. nam illis ut male cedat, nihil perire,
 his nihil reliquum sit nisi rem gerat fortiter. nec
 aliæ causa est cur interdù maiores copie uincantur
 à minoribus, et potenterores à debilioribus.
 Uhemens enim res est necessitas, et extremitas
 periculū sat is est ad intendā audaciam sic uis non
 innata sit. qua de re hac dixisse sufficiat, quamvis
 plura possem dicere. Dicū unum etiam: id si non
 cum ira sed ratione iudicaueris, probabitur tibi
 sat scio, mouebitq; te ad poenitentiam. quidnam
 illud? Nenini mortalium dij dederunt certam fu-
 turorum scientiam: nec post homines natos quisit
 quam exitit cui omnia cessrint prospere, nus-
 quam aduersarie forenta: ideoq; homines lon-
 geui et multo rerum usu affecuti eximiā pug-
 dentiam, priusquam aggrediantur aliquam
 rem eueneū eius spectandū existimant, non eum
 sane

tantum quem ipsi sibi destinauerint, sed eum
etiam qui potest praeer expectationem accide-
re: id quod maxime deceit imperatores potestate
præminentes, in quos etiam boni quam mali cuen-
tus causa uulgo referri solent: & si uiderint ex
frustratione nullum aut paruum damnum fu-
eturum, aggrediuntur rem: sin multa magnaq;
ne incipiunt quidem. hoc tu quoq; fac, & ante-
quam pericliteris prospice quid futurum tibi sit
si non contingat uictoria. accusaberis apud tuos
hospiites ut aggressus rem impossibilim. deinde
ubi nos cum exercitu agrum illorū ingressi ua-
stabimus, nec enim lacestis quicccemus; alecrum
euadere non poteris, quin aut ab ipsis tur-
piter interficiaris ut magna calamitas autor,
aut à nobis quos perdere atq; in seruitute redi-
gere conatus sis. & fortassis illi priusquam ali-
quid à nobis patiantur, pacis impetrande cau-
sa dendent te ad supplicium: quod sepe coacti
sunt facere multi iam Greki quam barbari. Hac-
cine tibi parua & conemnda uidentur, cum
sint coniuncta exercito periculo? Age quid si
succedat, quid inde magnificum tantaque conten-
tione appetendum consequi potes? quam egregia
gloriam? expende & hoc. primò carendum erit
carissimis affectibus, matre misera, cui pro par-
sus ac educationis molestijs non bonam res cres-
gratiam: pudica coniuge, quæ in uiduitate con-
tabescit iui desiderio, noctesq; diesq; deplorans
eum

euum exilium: ad hec duobus filiis, qui deberent
 dignos maioribus suis honores in patria fortunata capessere: quos omnes uidebis misere per-
 ditos, si ausus fueris mœnibus nostris admouere
 tuas copias. non enim tuis parcent qui timebunt
 rebus & cognacionibus proprijs, eandem expe-
 ctantes à te sauitiam, imò sentientes etiam non
 abstinebunt ab eis tormenta nec ullum iniuria-
 rum ac cōsumeliarum genus exasperari suis ca-
 lamitatisibus. In culpa uero non tam ipsi erunt,
 quātū qui hanc eis necessitatem imposueris. has
 uoluptates carpes è tuis successibus. Quid laude
 & honorē, quibus potissimum boni uiri mouen-
 tur, qualem inde habiturus sis uide. matricida
 diceris, filiorum interfector, uxoris pernicies, pa-
 triæ malus genius: nec ad sacra, nec ad epulas,
 nec ad domesticum larem, admittet te quisquam
 iustus ac pius: ac ne ipsis quidem carus eris in
 quorum ista facis gratiam: sed abusi ad suam
 uilitatem tuis imp̄is facinoribus, odio prose-
 quentur mores alienos ab humanitatis consilijs.
 Omitem dicere, non solum iniustum te fore & quijs-
 simo cuiq; uerū etiam obnoxium inuidiae pariū,
 & inferiorū suspicionibus, quorum utrumq; so-
 let insidias parere: alijsq; molestias raceo, que
 necessario sequuntur uirum sine amicis habitan-
 tem peregre: sicut & diras que facinorosis im-
 miscuntur ab infensis numinibus: a quibus cor-
 pus & animam excruciali post miserā uitam
 sorriunt.

sorriuntur et istem exitū. Hac considerans Marci
 ci resipisce, & desine meminisse iniuriæ acceptæ
 à patria. & in forenam reiecta mutuarum of-
 fensarum culpa, letus reuertere domum ad am-
 plexus matris gracissimos, officia cōiugis suā
 uissima, salutationes liberorum dulcissimas, teq;
 ipsum restitue ornamenū ingens & bonū pa-
 triæ, quæ te tantum uirum educauit & genuit.
 Ad hæc post paruam morulam sic Marcius.
 Tibi quidem Minuci, uobisq; alijs senatus le-
 gatis amicus sum, paratus quanū possim be-
 nefacere, ut qui & olim ciuiis uester sociusq; cu-
 rarū sc̄epe opera uestra usus sum, & iam exul
 in aduersa m̄ca fortuna constantem uestram
 benevolentia experior, non iam erga me qui nec
 amicis prodesse, nec inimicis nocere ualeo, quam
 erga matrem meam, uxoremq; ac liberos, quorū
 calamitates uestra prouidentia leuiores reddi-
 sis. cum cæteris Romanis bellum gerō hostiliter,
 nec eos odīsse desinā: qui cum me honorare de-
 barent ob tam multas res gestas c̄gregias, quasi
 grauiſſimū criminis conuictum turpiter exēge-
 runt è patria, nec matrem meam reuerteri, nec li-
 beros miserari, nec ullo tacti affectu humano.
 hoc cum sciatis, si, uid uobis ipsis à me impeera-
 rum cupitis, ne pigat dicere apud paratu grā-
 tificari quaneum mihi est possibile. Cæterum de
 pace ac reconciliacione cū i op. Rom. quā suade-
 sis ostentantes spem rediſs, desinere agere. Sci-
 licet

licet optandus est mihi reditus in eam urbem,
 in qua uirtutis præmia serunt ignauissimi, ma-
 leficiorum pœna infliguntur innocentibus. Dic
 enim obsecro, quam ob culpā expertus sum hoc
 infortuniū? ob quod facinus indignū meis mai-
 ribus? prima militiae rudimenta posui adolescentes
 admodum, quando contra reges uireditū qua-
 rentes pugnauimus. ex eo prælio ciuicam coro-
 nam retuli, donatus ab imperatore ob ciuem ser-
 uatum. & hostim perditum. deinde in omnibus
 cum equestribus cum pedestribus prælijs insignē-
 nauauit operam, in omnibus militaria dona me-
 ritus: neq; urbs ulla capta est cuius ego mœ-
 dia non primus aut cū primis concenderim: neq;
 hostes in acie fugati sunt, quin mihi accepta
 ferretur uictoria omnium qui interfuerint testi-
 monio : neq; ullum aliud opus militiae præclarū
 extitit absq; mea uel felicitate uel audacia. Ue-
 rum hac fortasse posset alias quoq; uir fortis de-
 se iactare, etiam si nō tam multa. Sed quis pos-
 set urbem ostendere captam à se milite uel cen-
 eurionē, sicut ego Coriolanus? codimq; die fusum ac
 fugatum exercitum hostium, sicut ego Antia-
 cium fugavi, qui ueniebant obsessis auxilio? ta-
 ceo talium facinorum contempta præmia, au-
 rum, argentū, mancipia, iumenta, pecora, lati-
 fundi: a: quando ad uitandam inuidiam ex omni
 pœda unum tantum bellatorem equum accepi, et
 ex captiuis unum hospitem, reliquas diuitias in
 commu-

commune deposui. Ob hac facta utrum poena dignior eram an honoribus? utrum nequissimis ciuiū subiici, an reddere iura inferioribus? At non ob hac me plebs expulit, sed quod alias flagitosus essem ac luxu perditus. Et quis unquam uidit propter meum luxum aut licentiam aliquem multatum patria, uel libertate, uel pecunia, aut afflictum quovis modo? immo ne inimicus quidem ullus unquam mihi tale quicquam obsecie uel priuatim uel publice: sed uniuersos habui testes quotidiane frugalitatis inculpatissima. Dixerit aliquis ita me uersatum in republica, ut exosus hoc nomine in calamitatem inciderim, quodcumque potuisse meliori parti adhaerere, deteriorem pretulerim, et continenter aduersatus optimatibus rem publica more erat. Et antibus, potestatem eorum ad imperium ulla gus transferre conatus sim. immo diuersissima fuerunt mea studia Minuci, ut penes senatum esset reipublicae cura, et ut conservaretur status eius pristinus. pro his honestissimis exercitijs, quae apud maiores nostros habebantur emulacione dignissima, hanc felicem ac fortunatam gratiam patria mihi reddidit, non a plebe sola electo Minuci, sed multo prius a senatu: qui ab initio me spe inani exercebat, dum tribunis aduersari astrucensibus sibypsuis tyrannidem, securitatem, pollicitus: deinde a plebe sibi meruens destituitur inimicis prodidit. in ipse Minuci consul eras quando

quando s.c. factū est de iudicio, & quando Valerius dedendum me plebi suadens ualde laudatus est: cum ego ueritus ne senatus quoq; suffragio damnarer, assensi & iudicandum me prae-
 bui. In nunc Minuci, responde utrum senatus pœ-
 na dignus uisus sim ob bene tractatam rempu-
 blicam, an plebi tantummodo. Si enim omnes con-
 tra me consensisti, & omnes me abire compuli-
 stis, liquet uirtutem esse inuisam uobis omnibus,
 nec esse locum in urbe qui uirum honestum ac
 bonum capiat. quod si a plebe senatus coactus
 est id contra animi sui sententiam facere, male
 institutam habetis rempublicā, in qua nequam
 homines plus quam senatum posse fatemini. &
 postea uultis ut in talem ciuitatem reuertar, ubi
 meliores parente deterioribus? ergo insanum me
 putatis. sed finge hoc mihi persuasum, & pace
 facta iam me reuersum, quid animi posthac erit
 mihi? quam uitam uicturus sum? Virum secu-
 riora consilia securus, magistratus, honores,
 aliaq; quibus me dignum existimo appetam,
 ambitamq; fauorem uulgi penes quem talium
 conferendorum potestas est? malus igitur ex bo-
 no fiam, & nihil mihi praterita uirtus prode-
 rit. an mores eosdem retinens, idemq; instituem
 in republica, aduersabor diuersum sentientibus?
 id quidem si fecero, dubio procul iterum plebem
 habebo infensam, iterum contra me poscer aliud
 iudicium: & in promptu crimen erit, quod per
 ii ipsam

ipsam restitutus in patriam, non colam eam in
 cundis officijs. non potestis negare. Exorietur
 deinde aliquis Icilio similis aut Decio tribunus
 audax, qui accusabit me inter ciues dissidia se-
 rere, aut insidiari plebi, aut rem publicam hosti-
 bus prodere, aut tyrannide ut Decius calunia-
 rus est affectare, aut aliud contra leges facere
 quodcunq; ipsi uisum fuerit: non enim inimico
 crimina deerunt: quibus accedent ex hæc non
 diu dissimilata quæ per me hoc bello gesta sunt,
 agri excisis arbustis uastati, præde abactæ, ur-
 bes ad defctionem coactæ, propugnatores earū
 parim cæsi, partim redacti in potestate hostiū.
 Hæc obycentibus accusatoribus quid responsu-
 rus sum? aut quo uerar auxilio? An non igitur
 manifestum nihil præter pulchre ficta uerba uos
 afferre Minuci, ex rem nefariam honesto no-
 mine prætexere? non enim redditum mihi conce-
 ditis sed uictimam plebi me reducitis, uolentes
 ac prudentes fortasse: nihil enim boni de uobis su-
 spicor: aut si ita manulis, si ita nescire uos quid
 passurus sim. Sed quid mihi proderit uerar uel
 ignoratia uel stultitia, qui nihil uocare etiam si
 uelitis poteritis, ex cogemini hoc quoq; largiri
 plebi sicut cetera. Iam satis ostensum est iniui-
 lem esse mihi hūc ut uos uocaris redditum, ut ego
 existimo celestem uiam ad pernicitem. quòd uera
 nec ad gloriam, aut honorem, aut pietate mihi
 conserat, quando etiam de his monuisti Minucia
 recte

recte faciens : sed in honeste ac impie facturus
 sim, si uestram auoritatem sequar audi uicis-
 sim. Ego Volscis dum hostis eorum eram multa
 mala intuli, afferens imperium patriæ, poten-
 tiāq; & gloriam. En non igitur par erat ho-
 norari me ab ijs quos beneficij afficeram, à lessis
 haberet odio? Igitur factū' ne ist quod debuit? imò
 fortuna in contrarium uereit omnia. Vos enim
 in quorum gratiam illis eram inimicus, exutus
 me bonis omnibus & in nihilum redactū abie-
 cistis: hi uero tot malis à me affecti me inopem,
 exulcm, laris cgn̄num exciperunt in oppida sua.
 nec contenti facto tam magn. inimo, ciuitatem
 mihi dederunt apud omnes suos populos, simulq;
 magistratus & honores maximos. Omito alia,
 nunc imperatorem me crearunt omnium quas
 emiserunt copiarum, & remp. in manus meas
 tradiderunt. Age quo pectore possem hos pro-
 dcre, à quibus sic honoratus sum, laesus uero ne
 minimum quidem? nisi forie beneficij eorum le-
 dor, sicut uos meis. egregiū uero laudem mihi
 afficeret apud homines cognita gemitara pro-
 ditio. quis non me laudaret audiens comperisse
 me hostes à quibus iuuandus eram, & ami-
 cos factos qui inimici capitales fuerat, ac postea
 cum deberem odio respondere odientibus, amore
 amantibus, fecisse contrarium? Iam uera quod
 addicos attinet, considera Minuci, quales nunc
 erga me sint, quales'ue futuri sint in posterum, si
 i i 2 uestrum

uestrum consilium securus fidem prodidicro. nunc
 adiuuant me quicquid aggredior, & nihil non
 succedit: id quod quantum argumentum pueris
 pietatis meae? Si enim contra patriam impium
 bellum gererem, oportebat habere me aduersa
 numina. quoniam autem secunda fortuna aspi-
 rat, & quicquid eenteo succedit, satis appareat
 me uirum esse pius, nec conatus meos impios.
 quid si mutatus res uestras promoueam, horum
 deteriores reddere cupiam? Annon omnia uer-
 entur in coerarium, & ultricem experiar Ne-
 mesim? & sicut ex humili magnum me dū fecer-
 runt, sic rursus ex magno fiam humilis? meisq;
 calamitatibus erudientur alijs? Mihi quidem id
 persuasum est de dūs: & terribiles istas furias
 & implacabilcs ulterices, quarum tu quoq; Mi-
 nuci meministi, cum credo uexaturas meū cor-
 pus & animum, si deseruero ac prodidero eos
 qui me seruarunt à uobis perditum, & insuper
 tractauerunt honorificentissime: quibus sponso-
 res deos dedi, me malo corum non uenisse, & ha-
 etenus seruauit fidem. Dum uero amicos uocas
 Minuci qui expulerūt me, patriam quæ abne-
 gauit, naturæq; leges ituocas, et de pietate dis-
 seris, uideris mihi communi sensu carcere, qui ne-
 scias amicum ab hoste non aspecta facie discer-
 ni aut nomine audito, sed usū et operibus. ama-
 mus enim omnes iuuantē, laudentem odimus, no-
 ne humanis legibus uisum fuerit, sed iuxta semn
 piernum

pitemum naturae ius nullo antiquandum tem-
 pore, & firmiter inharcns omnibus sensum ha-
 bencibus. ideoq; & amicis ob acceptā iniuriam
 renuntiamus, & ex inimicis amicos facimus ob
 acceptā gratiam. patriam quoq; tantisper dum
 prodest picare prosequimur, si noceat desrimus,
 non propter locum amantes eam, sed propter
 commoda. nec soli priuati homines in hoc con-
 sentiunt, sed & ciuitates & genes integræ.
 atq; ita qui hanc opinionem habet, nihil à iure
 diuino humanóue discrepat. Ego certe dum
 meum ago negotium, iuste, utiliter, honeste q; fa-
 cio, nihilq; à picare digredior. nec iudicia mo-
 ror hominum qui coniecturas magis quam ueri-
 tatem sequuntur, contentius approbare me dūs
 superis. quibus iuantibus non conor impossibi-
 lia, si licet ex præteritis argumencum de futuris
 sumere. Quod uero peccatis ut modeste forun-
 tar, nec radicitus genem Romanam eruam,
 urbemque subuertam funditus, poteram dicere
 Minuci, nō esse hoc mihi in manu, nec à me peti-
 debere: mihi copiarum canum imperium credi-
 sum, penes hos manere belli & pacis arbitrium.
 Non tamen sic respondeo: sed in honorē deorum
 patriorum, sepulcrorumq; reuereniam ac natu-
 lis soli, simulq; miseratione mulierum ac puer-
 rum in quos immeritos maritorum ac parentum
 peccata recidunt, atq; etiam in uestrā gratiam
 Minuci, quos legatos misit populus, hoc respon-

ii 3 sum

sum do. Si populus Romanus redhibitis agris et
 oppidis que occupauit, reuocari s̄q; colonis, Vol-
 fcos in foedus amicitiam perceuam, iusq; ciui-
 tatis sicut Latinos iure iurando interposito reci-
 piat, pacem ei do. Renuntiate h̄ec, & quemad-
 modi modo apud me, sic apud eos de iure apte
 differite. & quum esse ut quisq; sua bona in pace
 possideat, magni q; estimandum nec hominem
 ullum nec tempus metuere: europe uero alienarii
 possessionum cupidine bellum sustinere non ne-
 cessarium coniunctum cum saluis periculo: &
 ostendite illis premia que alienorum agrorum
 appetentes manent rebus aduersis uel prosperis.
 &, si uobis uidetur, addite: periculum esse ne-
 dum aliena oppida inuadunt, si frustrentur, a-
 mittant etiam urbem propriam, & insuper in-
 spiciant pessime tractari uxores, rapiq; liberos,
 & in seruitutem abduci parentes decrepitos.
 Doceteq; senatum, haec mala non imputanda
 Marcio, sed ipsorum stultitia: si cum licet iu-
 re seruato feliciter digere, maline de summa re-
 rum aliam iacere, & continenter inh: are alien-
 is ditionil us. habetis responsum, præterea nihil
 expectare aliud, sed abite & despiciete quid uo-
 bis opus factō sit. ad deliberandum x x x. dies
 do. Interim in uestram gratiam Minuci ex hoc
 agro abducam exercitum: non posset enim sine
 magno uistro danmo hic manere: ceterū ad tri-
 gesimū diē expectare me ad accipiendū respon-
 sum

sum reuersurum. His dicitis surgens dimisit consistorium. Sequenti uero nocte circa ultimam uigiliam motis castris duxit ad reliqua Latino-rum oppida: sive quod reuera audisset uenientia inde Romam auxilia, sive apud milites pro concione dixit: sive ipse rumorem cum fixerat, ne uidetur cessare in gratiam hostium. Tum aggressus Longulam, expugnata minimo negotio diripuit sicut alias exinanitiq; capiuis abduxit, ac mox porrò contra Satricanos duxit exercitū. Et post hoc quoq; oppido, prædaq; amborum cum præstrio missa Ecirā, ipse cum copijs suis Setiam periit: et hac etiā capita ac di-repta. Polustiam aggressus est. Hac quoq; ui expugnata ad ulteriora dedit transiū. Itaq; Albiolani et Mugillani expugnati sunt codē im-petu, Corani uero deditione in fidem recepi. Ita subactis intra dies triginta Latinorū septem op-pidis Romā petiū cum muleo maiore quam prius exercitu, et trigesimo fermè stadio ab urbe in Tusculana via castra posuit. Interea senatus post diutinas de Marci postularis consultationes decrevit nihil faciendum indignū maiestate Ro. populi: sed si Volsci deductis è Romano socio-rumq; agro copijs pacati legatos de amicitia misserint, senatū consultare de conditionibus fræderis, ac deinde referre ad populam: sin manere pergant et rem hostiliter gerere, nihil mice decernendum. Semper enim populus Romanus

ii + dilig

diligenter canit ne uideretur hostium meum imperata facere : sed foedere iunctis aduersarijs & in fidem receperis largiretur quicquid equum peccarent : eumq; animum constanter obrinuit in multis grauibus periculis usq; ad nostram aetatem, siue bellis externis urgescerur, siue ciuilibus. Hac ubi senatu placuerat, rursum electi sunt in legationem alij decem consulares qui pesterent nequid graue iubear & indignum Romano populo, siquidem uelie diuturnum ac stabile foedus fieri : sed posuisse inimicitijs, abductoq; exercitu, uerbis & rationibus impetrat que cupias: quando quicquid necessitas pro tempore uel priuatis hominibus uel ciuitatibus extorqucas, rane sperduree donec cesseret ea necessitas. Cum his mandatis legati profecti sunt quam primum audierunt de aduentu Marcij: ad quem admissi multis suorum uerbis usi sunt, seruata interim dignitate Rom.populi. Quibus ille nihil aliud respondit, nisi ut melius sibi consulerent, & recuerterentur post eriduum. non enim se ampliores datum inducias. Cumq; illi nescio quid ad hanc uel lene dicere, non permisit, sed iusit euangelio castris excederent, minatus ni faciant habeturum se eos pro exploratoribus. ita illi silentio confessim se dederunt in uiam. Hac tam superba & minacia postquam legati renuntiauerunt sendini, ne cum quidem placuisse emissei exercitum: siue quod parum fiderent inexperto bellorum militi:

militi : erant enim etirones plerique : siue quod timerent ignorantiam consulum, in quibus nihil erat industriae, periculosa rati hanc aleam : siue deterriti sunt prodigiis, auguriis' ue, et Sibyllinis oraculis, aut alijs religionibus patriis, quorum etas ea fuit obscurior quam nostri seculi homines : sed iusserunt praesidii urbem firmari et propaginatoribus. Inter horum apparatum nondum abiecta omni spe flectendi Marcium si maior et honoratior legatio mittetur, degre sum est ut pontifices, augures, ceterique sacerdotes et sacrifici, quorum magnus est numerus, eorumque nobilitate ac dignitate praeceletum, praeferentes deorum quibus iniciari essent insignia, sacroque vestitu uenerabiles, uno agmine castra hostium peterent, eadem postulasuri que legati proximi. Qui admissi et audiit ne ipsis quidem imperarunt que uolebant : sed suavitate eis ut irent et imperata sacerente, si pacem habere cupiant : aliis bellum uenerum expectarent ad urbis moenia : edixi etiamque ne posthac legati mittantur ad se. At Romani hoc quoque conatu frustrei desperata pace parabant se ad oppugnationem sustinendam, dispositis circa fossas et portas iunioribus, super moenia uero emeritis, sed qui labori serendo etiamtum essent idonei. Interea mulieres ut malo iam imminentie relictis penetralibus adiutum priuarium currebant ad templaque deorum, et cum lamentis pronolucebant ante simulacra:

i i g erantque

erantq; omnia sacrata loca refertia eiulariu fœminarum supplicantium, sed Capitolini Iouis templum maxime. Ibi quædā dignitate præmenns annisq; matura, & alias prudens fœnuna, Valeria Publicole illius qui cum primis urbem à tyrānde libera ueraforor, diuinitus instimeta in summa templi arca constituit: vocatasq; ad sc̄teras, primum consolata est iubens bono esse animo nec pereverri periculo. deinde pollicebatur unicam spem salutis publicæ reliquā, quæ ipsarum solarum opera sita sit, si uelint quæ facienda sunt facere. Tum una ex earum numero, Et quomodo nos fœmina possemus seruare patriam uiris cessantibus? quas uires ad hoc habemus inualidæ & miseræ? Non opus est, inquit Valeria, manibus & armis, à quibus uacationem habemus sexus priuilegio, sed uerbis & affectibus. Acclamatum est uno ore, proferret si quid haberet auxiliū. Tum illa: In hoc sordido & inculio uestitu, assumpsis alijs mulieribus, ducentes et paruos liberos, eamus ad ædes Veturia matri Marcij, & depositis ante ipsius genua pueris, rogamus cum lacrymis, ut nos innocentes miserata, & in extremo periculo constituta patriam, progrederiatur ad castra hostium, ducens secum nepotes eorumq; matri & nos uniuersus: comitabimur enim eam, & ipsæ ducēs liberos: deinde ut supplex filium oreat, ne quam calamitatem inferat patriæ, nam ad eius lamenta & precess

preces miseratio subibit hominem, et humanitatis respectus. non ita ferrum pectus habet ac impenetrabile, ut matre ante genua sua uolutari sustineat. Placuit omnibus id consiliū, uotisq; factis ut dū precibus suis uim persuadēdi et gratiam adderent, procedentē è tēplo comitatē sunt: ac mox assump̄is alijs matronis simul adierunt domum Peturiae. quas cum uidisset uxor Marcij Columnia prope socrum assidens, mirata, quid inquit, nobis uuln̄is mulieres, quōd eam multæ uenistis ad domum afflictam et miseram? Tum Valeria: In extremo periculo constitutæ tū ipsæ cum nostri pucri configimus supplices ad te Peturia, quæ sola reliqua est opem à te petentes: primum ut miserearis communis patriæ. nec patiaris eam nemini unquā anticē obnoxiam liberate à Volscis exui, si tamen parcent ei, et non fundieus conabuntur euenerere. deinde ut pro nobis ipsis supplicare uelis et his infelicibus pueris, ne simus inimicis ludibrio, que non sumus causa uestrī infortunij. Siquid est in te humanitatis Peturia, miserere mulier mulierum cum quibus sacra habuisti communia, et assump̄as tecum bona hac Columnia eiusq; pueris nobisq; supplicibus ferentibus hanc tenellam progeniem, uade ad filium, ora, obsecra, precari non desine, pro mulieris unam hanc reposcens gratiam, ne pacem dei suis ciuib⁹, et reueratur in desiderantem se patriam. certò enim persuadebis, nec despicio

despicet te ante suos pedes iacenteem uir pius.
 Quem si in urbem reduxeris, & ipsa immortalem habebis gloriam, ue par est, ob erepræ è tam horribili periculo patriam: & nos honoratores apud maritos facies, quæ bellum submouerimus quod ipsi ne quiuissent repellere: uidebimur illarum posteræ ac progenies, quæ sub Romulo bellum Sabinum legatione sua diremerunt, conciliariisq; ducibus ac populis, urbem hanc ex parua magnam fecerunt. Honestum est periculum Veturia, filium recipere, liberare patriam, seruare suas ciues, uirtutis immortalē gloriam ad familiæ posteros transmittere. Concede nobis libens & alacris hanc gratiam nec cunctare Veturia, nam imminens periculū nullas moras patitur. His dictis effuse lacrymans conecuit. Lamentantibus autem & alijs mulieribus ac ucheinenter deprecantibus Veturia paulisper lacrymata inquit: Ad infirmā & exilem spem confugistis Valeria opem querentes à nobis miseris fœminis, quibus non deest pietas erga patriam & uoluntas seruandi qualisq; ciues, sed non supersunt uires & efficacia. alienatus est enim à nobis Marcius ex quo triste illud iudicium de eo fecit populus, & totā familiam & que ex osam habet ac patriam: id quod non ex alio quam ipso cognouimus. Postquam enim damnatus domum redire amicis deducenteibus, cum reperisse sordidatas & in gremijs iacentes mœstos ipsius puer

pueros, deplorantesq; fortunam quam habiture
 essemus illius orbis præsenia, stans aliquan-
 tum scmorus siccis oculis ut lapis: Periit, inquit,
 uobis *Marcius*, mea mater tuq; *Volumnia* mu-
 licrum optima, expulsus à ciuibus quòd uir bo-
 nus esse amansq; patriæ, quodq; pro ea mulios
 labores pertulerit. at uos, ut bonas mulieres de-
 cete, moderate ferite hunc casum: hos pueros ab-
 sentia meæ solatium, educate ut dignum est uo-
 bis uestraq; familia: quibus ubi adoleuerint for-
 tunam precor meliorem mea, uirentem non dece-
 riorem: & ualete. iam enim abeo relinquens ur-
 bem que bonos uiros non capit. Nos quoq; dij pe-
 nates & lares patrū genyq; huius loci præfides
 ualete. Hæc ubi dixit, nos miseræ edentes uoces
 quas dolor exprimebat, plangentesq; pectora.
 ruebamus in amplexus ultimos, ego maiorem
 erahens puerum, mater eorum in ulnis minorem
 gerens. Ille auersus & repulsis nobis inquit: Nec
 tibi mater *Marcius* posthac erit filius, sed abs-
 entie senectutis tua nutritorem patria: nec tibi
Volumnia maritus, sed sis felix alium maritum
 naeta fortunatiorem me: nec uobis filij charissi-
 mi peer ero, sed orbi & desolati apud has usq;
 uirilem etatem educabimini. Hæc locutus non
 dispositis rebus domesticis, non mandatis ullis
 datis, ne loco quidem indicato quem peteret,
 abiit miser ex adibus solus ô matrone, sine ser-
 vo, sine pecunia, ne unius quidem diei uiaico
 assūm

assumpto: & iam quartum hunc annum agit
 in exilio omnes nos pro alienis habens, nihil scri-
 bit, nihil mandat, non quid agamus scire curat.
 Apud iam durū & impenerabilem animum
 Valeria quid efficacē preces nostrum, quas nec
 amplexu dignatus est nec osculo, nec ulla alia
 comitare, digrediens extremum ex edibus? At-
 tamē si hoc quoq; petitis uos mulieres, & cer-
 tum est uidere nos rem indecoram cœpeantes,
 fingite iam & me & Volumniam ad eum acce-
 dere unā cum pueris. quid primum ego mater di-
 tura sum? quas preces afferam filio? dicite &
 doceat me. rogabo ut parcat suis ciuibus à qui-
 bus pairia pulsus est innocens? ut misereatur po-
 puli, qui nec misertus est ipsius nec condoluit? ut
 deserat & prodat eos, qui multiis affecti ab eo
 calamitatibus, non hostiliter sed per amice exce-
 perunt exulum? quo animo rogabo filium, ut in-
 fensiſsimos sibi homines amet, seruatoribus in-
 iuriam faciat? Haccine decet sanæ menis ma-
 terem à filio petere, haccine à marito coniugem?
 non cogite nos matronæ h.c. orare ab eo, qua
 imperari neq; ius finit neq; f. us. Omitte miser-
 ras iacre sicut afflictæ sumus à fortuna, nec
 dedecus insuper addire. Finita oratione tantus
 eiulaius mulierum coetus est, tancis aedes per-
 sonucrunt gemiibus, ut longe per urbem exau-
 diretur clamor, & concursus multitudinis fieret,
 ita ut turbis opplerentur uici proximi. Tuus
 Vales

Valeria denuo maiore contentione prolixis usq;
 est precibus, alicq; matrone ut quæq; erat al-
 teruiri amicitia cognatione coniunctissima:
 nec desinebant supplicare i angentes genua. Tan-
 dem Veturia precibus earum uicta legationem
 suscepit pro patria, pollicita se iuram cum
 uxore Marcij liberisq; & alijs quoiquot uellent
 comitari coniugibus ciuium. Ita letæ matrone
 dijs in uota uocatis egresse ex eius ædibus, quid
 egissent consulibus nuntiauerunt. qui laudata
 harum uoluntate senatuq; conuocato retulerunt
 de profectione illarum, & an permittenda sit
 rogauerunt sententias: multaq; uerba super hoc
 facta sunt, usq; ad uesperam consultantibus.
 quidam enim non paruum periculum demon-
 strabant, si mulieres unà cum liberis finerentur
 ire in castra hostium: nam si illi contempio-
 iure supplicum & legationum eas restringant,
 fore ut urbe poterantur sine certamine: censem-
 bantq; folis Marcij cognatas finendas profi-
 cisca unà cum liberis. Alij ne his quidem per-
 mitteendum exitum, sed diligenter afferuandas
 uelut obsides, quo minus hostes in urbē se uiante.
 Rursum alijs suadibant omnibus permetteendum,
 ut maiore cum dignitate Marcij cognata per-
 fungantur deprecatione pro patria. quas nihil
 mali passuras sponsores ostendebant primum
 deos quibus cura sunt supplices: deinde uirum
 ipsum quem adirent, cuius nosa esset uita
 integræ

integritas abhorrens ab omni scelere. Hæc sen-
tientia uicis magna cum laude tum senatus pru-
denter, qui optime in futurum prospexit nihil
deerritus periculo: tum pietatis Marcij, de quo
hoste fuit opinio nihil pairaturū impium in im-
bellem ciuitatis partem quæ se ipsius fidei com-
mitteret. Senatus consilio facto cōsules progressi
in comitium concionem aduocant obscura iam
nocte: exposuitisq; senatus placitis edicunt ut ma-
ne præsto sine ad portam qui deducant mulieres
proficiscentes: se interim curaueros necessaria.
Sub lucem matronæ pueros secum habentes cum
facibus accesserunt ædes Veturiae, eamq; dedu-
xerunt ad portam. Consules qui mulieris iugales,
carpenea, aliaq; uehicula præparauerant, impo-
sitæ eis prosecuti sunt per satis longum via spar-
tium. aderant in consulum comitatu multi sena-
tores aliq; ciues, laudantes eas & precantes eis
fausta omnia. Ut uero à longe prospectum est
agmen mulierum, Marcius mittit aliquot equi-
ties qui cognoscant quænam ea turba urbem
egressa fu, & ad quid ueniat: cumq; renuntia-
re cur, Romanas matronas adueniare cum pue-
ris, & matrem ipsius uxoremq; cum suis pueris
præcedere: primum demiratus est mulierum au-
daciām, quæ castra hostium percriter absq; uiro-
rum præsidio, idq; cum pueris, nec pudore matro-
nali retentæ quo minus in ignororum uirorum
conspicuum uenirent: nec periculo deerritæ quod
incur

incurrere poterant, si apud suos ius minus ualere quam lucri ac prædæ cupiditas. deinde cum idem prope esset, occurrere matri extra castra cum paucis decrevit, imperatorius secures relinquere iussis lictoribus, & fasces ubi prope materem uenirentur submittere. Sic enim Romanis mos est, quonies minores magistratus obuiam fiunt maioribus, qui scrutatur ex hodie. Ex hoc more tunc Marcus uelue majorem potestatem conuenturus, imperium deposuit insignia. Tanta in eo uiro pietatis cura fuit. Vbi uero conuenire, prior mater accessit ad salutandum, sordida et in morem lugentium, oculis lacrymatione tabidis, miserabilis admodum qua uisa Marcus, rigidus haec tenus & confirmatus ad perserendas omnes molestias, non ualuit amplius manere in proposito: sed abreptus humanis affectibus, amplexus est eam salutariq; blandissime, & flens dñi dolorc exanimatam labaniemq; sustinuit. Postquam matris salutationi factus induluum est, uxore ac liberos excipiens inquit: Bonæ mulieris officiū fecisti Volunia que apud matrem meam manseris, non deserens cius solitudinem, quo nihil mihi gratius potuisti facere. post hac uerunq; filium exosculatus, rursum se ad matrem uerit, iussi q; dicere quid postulet. Illa omnibus audiencibus ait se nihil petituram impium, rogabarq; ut pro tribunali se audiret. pergratum id fuit Marcio, qui se putabat ho-

kk

nestius

nestius responsurū coram multitudine, nec defū-
 curas iustas rationes quibus occurreret marris
 precibus. Ergo ad imperatorum tribunal pro-
 grissus, primū insit lictores inde sellā in paui-
 mēnū transferre, indignum ratus ē sublimiore
 loco & pro potestate cū matre agere. deinde no-
 biliſimis ducum & cneurionū adhibitis in cō-
 ſeffum, & admisſis quicunq; adeffe cuprēt, ma-
 tri fecit dicendi copiā. Tum Veuriā flans unā
 cum cōiuge Marcū liberisq; & Romanarū ma-
 eronarū nobiliſimis, primū diu fluit humi de-
 fixis oculis, muleū ipſa ſpecie mouens ad miseri-
 cordiā: deinde ubi ad ſe redijt ſic locuta eft. Ha-
 mulieres fili Marcī cogitantes uim hostilem &
 calamitates perſivedas ſi urbē noſtrā expugna-
 ri contingeret, desperata omni ope alia, quādo-
 quidem uiris earū pacem petentibus nimis dure
 ac ſuperbe r: ſpondiſti, adductis ſi cū ſuis pueris,
 & pannis hifce amicta lugubribus, conſugerūe
 ad me tuam matrē, & Volumniā tuam uxore,
 roganter ne diſſimul anteſ firamus ſe indigniſ-
 ſime tractari à tuis, que nulla unquā in re nos-
 offendiffene, & felicitatis noſtræ tempore bene-
 uole, nec int.ict.e miſericordiarum noſtrarum condo-
 lencia. Tifteſ enim eis ſumus, poſt diſceſſam cuiū
 ē pāriō, nos deſolatus in rebus afflīctis con-
 venter interuiſitatas ab eis conſolantibus &
 compatiētibus. Quorum offiſiorū memores ego
 & uxor tua domēſtīca uite mihi ſocia, preces
 car

earum non auersat & sustinuimus ita ut roga-
 bant uenire ad te, & depreccari pro patria. Hic
 Marcius orationē eius interrumpens, Rem, in-
 quid, impossibilem petis mater, ut hospites pro-
 dam expulsoribus. & meis spoliatoribus maxi-
 morum bonorum largitores, quibus ego impera-
 tor creatus dcos aeq; dæmonas spōforos dedi, nec
 me prodiū urum rempublicā eorum, nec pacē ho-
 sti daturum nisi ex consensu Volscorū omnium.
 Proinde cum deorum metu quos iurauis, cum ho-
 minum reverentia quibus fidem dedi, debellabo
 cum Ro. populo. quod si agros de Volscis occu-
 pacos reddiderint, ipsosq; in amicitiam &
 aquabilem societatem sicut Latinos receperine,
 pax eis dabitur, aliter uero non. Nos igitur ma-
 trona abite, & dicite hæc maritis uistris, &
 suadete ne delectentur usurpandis alienis di-
 visionibus, sed contenti sine si detur frui proprijs.
 nec expectent dum Volsci bello adempta eadem
 iure belli recipiant. Victores enim non satis pu-
 sabunt sua recipi, nisi etiam uictos spoliene.
 qui si peruicacia solita retinences qua nihil ad
 se pertinent, malent quiduis perpeti, illis impu-
 sate uentura mala, non Marcio, nō Volscis, non
 cuiquam aliorum mortalium. Te uero mater ui-
 ciſim filius oro, ne sis mihi auror facinoris in-
 iusti iuxta aeq; impij. néue stes pro insensissimi
 mihi contra amicos fidissimos: sic mēcum ma-
 ne ut aquum est, & candem quam ego patriam

kkz inc

incole, & domum quam paravi, meis honoribus
 fruere, mea ecce oblecta gloria, amicos & inimi-
 cos cōmunes tecum habitura. Depone iam lu-
 Etum istum misera, quē pertulisti propter meum
 exilium, & uexare te isto squalore desine. mihi
 enim mea mater cetera supra spem & supra
 notum contigerunt benignitate deorū atq; ho-
 minum: cui uero cura, cui non referto in sc̄nctu-
 re nutricandi gratiam, int̄ abescēs pectori acer-
 bam mihi uitam facit, nec sinie frui bonis pra-
 sentibus. quod si tecum esse uolueris particeps
 rerum mearū omnium, nihil mihi ad summam
 felicitatē deerit, quae potest homini contingere.
 Finita oratione vicitur iātis per cunctata dum
 circumstantiū acclamaciones conquiescerent, sic
 locuta est. At ego fili Marci nec ut Volscos
 prodas postulo, qui exulem te receperunt, & ho-
 norauerunt imperio copiarum suarum concredi-
 so: nec uolo ut reconcilieris priuacim absq; con-
 sensu publico, concepta religione iuris iurādi, quo-
 ze obstrinxisti dum sumeres imperiū: nec credas
 matri tuae sic mentem deos ademisse, ut unico
 filio carissimo turpe aliquid & impiū suadeat:
 sed rogo ut de cōmuni genit̄ sentēia hostis esse
 desin. us, autoritate tua Volscis inductis ad equas
 conditiones, & pacem que uirisq; honesta sit: id
 quod fieri poterit, si nunc abducto exercitu in
 unum annum concedas inducias eo temporis sp̄a
 tia. Uerbis legatis ultra ciroq; cōmeantibus de
 amicis

amicitia uera & firma pace agere. certo enim
scito populum Romanum quoad maiestate ipsius
salua fieri poterit, omnia non grauatum conces-
surum uerbis & precibus: quod si quis uicogat,
ut tu nunc facis, nihil largieurum nec maius
nec minus, sicut potes aliorum exemplo discere,
uel hoc Latinorum nouissimo, qui depositis ar-
mis impearunt quicquid petierant. Volsci, si-
cuit fieri solci, in sole scune felicitate nimia: quos
si doceas qualcmq; pacem quoquis bello porio-
rem esse, & amicitias spontaneas coactis prae-
ferendas ut firmiores: est q; prudētum uirorum
rebus prospere succendentibus moderate fortunas
uti: cōtra in afflictis ad nihil in honestum se de-
miserere: aliaq; que ad lenitatem & equitatem
faciunt, nō ignora nobis rem. tractaneibus: fa-
cile ponent ferociam, & arbiterio tuo commis-
sene ut agas que in rem ipsorum fore uidebun-
tur. quod si difficiles se praebant, nec admittant
eua monita, clari rebus gestis eius auspicijs, ac si
fortunam perpetuo sint habituri propitiā, pa-
lam depone imperii, ne uel proditor filii corū qui
fide nituntur tua, uel hostis coniunctorum indis-
sulsi necessitudinibus. nam uerumq; est impiuū.
hac precatura ueni ad te Marci fili, non im-
possibilia sicut in aīs, sed que salua pietatis ac
iustitiae conscientia possis facere. At infamiam
times siquid des meis precibus, auditurus ingra-
tus erga beneficitos, qui te hostem exceperunt

kk 3 hosp

hospitio admisissene in parem omnium que com-
 municantur natiuis ciuibus. hæc sunt enim que
 uerbis extollis tantopere. ergo non abunde illis
 reculisti gratiam, iam nunc uictis à te benefi-
 centia? quibus cum haec tenus gratum et opta-
 tum fuerit in libera patria uiuere, non solum
 constabilisti eis hanc libertatem, sed in tantum
 ipsis euexisti, ut ambigant utrum imperium Ro-
 manum delere sit satius, an in societatem eius
 donatos ciuitate recipi. Omittio spoliorum orna-
 menta, diratumq; præda mulitem. Et hos tantis
 per te auctos felicitatibus putas non fore con-
 tentos bonis suis praesentibus, et indignituros
 nisi patriæ sanguine parentaueris eorum ma-
 nibus? Ego certe non puro. Supereft etiam dicen-
 dum quiddam, si rationem in iudicium adhi-
 beas, multum apud te ualitur, parum si iram,
 de iniusto odio quo persequeris patriam. que
 neq; sana erat aue insitutis patrijs regebatur,
 quando de te suffragia tulit, sed morbo labora-
 bat magnaq; tempestate iactabatur: neq; so-
 cius ea fuisse sententia, sed peioris partis sequen-
 tis praefectos nequissemos. imò etiam si non à pes-
 simis, sed ab omnibus, ut inutilis recip. expulsus
 fuisses, cum quoq; debuisses obliuisci eius iniu-
 rie. nam et alijs multis optimis pierie consul-
 toribus idem usu uenie: rariq; in rep. uersantur,
 quorum uiruei non aduersetur emulorum ini-
 dia. accamē ferūs hæc Marci uiri forces ut hu-
 manus

manos casus, deliguntq; sibi domiciliū ubi pa-
teria nihil incommodent. Ecce hoc Tarquinias
Collatinus, ut domesticum exemplū afferat, is qui
inter præcipuos liberatores urbis fuit: deinde ea
lumnia petitus quod mutato animo fauere ty-
rannorum reditui, & ob hoc pulsus in exilium,
non recondidit iram, nec cum tyrannis arma in-
gratis ciuibus inculit, quo facto uerisimiliorcm
fecisse calumniam: sed in ueterem nostram pa-
triam Lauimū sc̄ conculit, ibi q; uite & rebquū ex-
agit, nihilo iniquior patriæ. Sed fac licere laſis
nullo amicorū inimicorū, noxiorum innoxiorum
discrimine ulcisci acceptam iniuriam, an non fa-
cis pœnarū exigisti ab iniquis iudicibus? feri-
liſſimos eorum fundos fecisti pecoribus compa-
ſcuos, urbes depopulatus es ſocius multis labo-
ribus redactas olim ſub ipſorum imperium, iam
terram annum inter mœnia cohibus gravasti
commeatuum inopia. nunc pergis diruta urbe in
captiuitate abductis ciuibus exſatiare immo-
nem iracundiam. & neq; uenientes à ſenatude-
gatos, absolusionem crinunis reditumq; in pa-
teriam offerentes, uiros amicos es reueritus, neq;
ſacerdotes poſtemo ab uniuerso populo miſſos,
uiros ſenes præferentes uerbenas & ſacras co-
ronas calitum: ſed hos quoq; repulisti peruica-
citer, imperioſo reſponſo hand ſcaus ac uictiſ
dato. Evidens non poſſum laudire hæc tam ſu-
perba & immitia, tamq; inhumanam iurie

executionem, cum uideā omnes homīnes in mutuis offensis ad depreciationem confugere: & à dīs hunc morem instituitū, ut nostro merito iratos placemus humiliter petita uenia. Sic enim quaevis ira solet languescere, & in miserationem uerti odium. cos uero qui superbe suppliciorum preces despiciunt indignationem deorum incurserc, & miseris absuū calamitatibus. nam ip̄s dī qui sic iubent, ante omnes nobis exēplo sunt, faciles ad humanorum erratorum ueniam & placabiles, sēpē numero post graues peccatorum offensis uotis propitiari ac uictimis. nisi forte tibi Marci & equum uidetur, deorum iras moreales esse, immortales hominū. Recte igitur & ex dignitate tua feceris, si remiseris culpam pœnitentiū patriæ, perenniūq; pacem ac ueniam, & quicquid olim tibi abstulit, nunc restituēti. quod si erga illam es implacabilis, mihi fili hinc honoris causa cōcede gratiam, a qua nihil uulgarē accepisti, quale quiuis alius filius, sed res maximas ac preciosissimas, quibus parasti cetera, nimurum tale corpus & talem animam. à me enim hēc mutuatus es, nullo auferenda uel loco uel tempore: nec omnia vōlscorum aliorūm uel hominū beneficia, etiā si calum attingant magnitudine, tantum apud te ualere sines, ut his cedat naturæ ius: sed m̄cū eris omni tempore, multiq; primā debebis accepte uitæ gratiā, & sine causatione obsequeris meis precibus. Hanc enim legem

gem natura prescripsit omnibus qui sensus ex
 rationis sunt participes : qua fratre Marci fili
 ego te orone bellum inferas patriæ , et obsto
 tua uiolentia . aut igitur me prius resistentem
 tibi matrē tua manu macta furūs , atq; ita bel-
 lum infer patriæ : aut matricidiū exhorrescens
 cede tua matri , et ulro dona fili hanc gratiā .
 Ergo cum hanc legē , quam nullū unquam tem-
 pus aboleuit , pro me habeam , indignā me censeo
 Marci que sola honoribus ab hac mihi con-
 cessis per te spolier . huic accedūs mea beneficia ,
 que multa et magna cōmemorare possum : quā-
 do te pupillū à patre relictum assumens mansi
 uidua , educationis labores perculi , nec matris
 sanctū , sed patriis , fratribus , nutriciis , sororis , omniū
 carissimarum necessitudinū loco tibi fui . deinde
 ubi uirilem togā sumpsisti cum licree mihi reli-
 ctis curis alteri nubere , aliosq; liberos gignere .
 Et plura parare senectuti mee præsidia , nolui .
 sed mansi in eisdē laribus , contenta præsenzi ui-
 et genere , in te uno collocatis omnibus meis uo-
 luptatibus et commodis , quibus me fraudasti
 pariim sponte , partim innitus , facistiq; omnium
 matrum miserrimam . quo enim unquam tem-
 pore ex quo adulcus factus es , uixi sinc meum
 aut eristia ? quando exhilarauī propter te ani-
 mum , cum ee uiderem bella bellis , prælia prælūs
 neclentem et continuantem alia post alia re-
 portare vulnera ? Sed forte uoluptraii mihi matri

kk s esse

esse cœpisti ex quo admotus es ad curam reipub.
 immo cum maxime infelix fui, uidens te iactatū
 seditionibus. in quibus enim maxime pollere ui-
 debaris actionibus, uchemenius spirans contra
 plebeiam factionem aduersam optimatibus, ha-
 me terrerbat plurimū, cogitante humano vita
 uicem ex iugo momento mirabilem, quaq; plu-
 rima audieram de aliorum casibus, semper illu-
 stribus uiris insensam aut decorum indignatio-
 nem aut inuidiam hominū. atq; uicinam me fe-
 fellisset animi mei præsagium. oppressus es inui-
 dia ciuium, & ab epius à patria. que autem
 post hæc uita mea secura est, si licet uitā dicere,
 ex quo me isolaram cum hisce pueris reclin-
 quēs abiisti, in his sordibus exacta est, in his pā-
 nis lugubribus. pro quibus omnibus hāc à te re-
 posco gratiam, nec hactenus tibi molesta, nec su-
 sura in posterum, ut reconcilieris tuis ciuibus
 iam tandem, & desinas implacabiliter irasci pa-
 triæ, quod uiriq; nostrum bonum fuerit atq; cō-
 modum. nam & in persuasio nihil facinorosum
 admires, puramq; & immunem à diris scrubis
 conscientiam: & mihi à toto populo honor hā-
 bebitur, à uiris pariter ac mulieribus, feliciterq;
 reliqua uira defunctæ gloriam sempiternam, ut
 credendum est, res hāc pariet: & si quis locus
 est, qui humanas animas à corpore solutus
 recipiat, meam non subterraneus caligino-
 susq; capie, miserorum domicilium, nec campi
 quo

quos Zelhaos nominant: sed sublimis & purus
 aether, in quo aiunt diis genitos beatos animos
 degere: quibus renuntia ea sua pietate cōcessaq;
 sibi gratia & honore habito, semper aliquam
 bonam retribucionem tibi petet à superis. quòd
 si repulcris euam matrem & inhonoratam di-
 miscris, quid tibi prope reca mali uenturum sit
 non possum dicere, nec libet ominari tristia. illud
 sat scio, etiam si tibi cætera omnia succedant
 prospere, fingamus enim hoc quoq; certe propter
 meos casus uexaberis dolore pererno, qui te nō
 sine frui bonis alijs. non sustinebit enim Ucru-
 ria conuictiosam repulsam passa tot testibus
 uel minimum temporis spatiū superuinere, sed
 in conspectu omnium uestrum cum amicorum
 cum inimicorum meipsam interficiam, uindictā
 commēdans diris ulericibus. quam necessitatem
 auertant dii Romani custodes imperij, deneq; bo-
 nam ac piam mentem Marcio, ut sicut in ad-
 uentu meo secures depositit & fasces submisit,
 sellamq; de tribunali in solum transtulit, cere-
 raq; imperatoria insignia uel minuie uel in ro-
 cum amouit, significans se in alios imperium ha-
 bere, ipsum subiectum materno imperio: ita nō
 honoratam me faciat & conspicuam donata
 communī patria reddatq; è miserrima mulierū
 omnium felicissimam. & si fas est ad filij genua
 matrem procumbere, nec hoc nec aliam quāvis
 submissionem grauabor pro salute patriæ. Haec
elocutusq;

elocuta humi se proiecit, et ambabus manibus
 amplexa pedes Marcij deosculata est: ac mox
 secutus est ingens ciuiatus mulierum. Volsci uero
 qui aßidebant, nouitatem ciuius spectaculi non
 ferentes auerterunt oculos. ipse Marcius prosu-
 liens è sella, correpeam matrem erexit semani-
 mem, eamq; cōplexus cum multis lacrymis ex-
 clamauit, Viciisti mater, quod nec tibi bene uer-
 tet, nec mihi. Patriam seruasti, me uero pius et
 indulgentem perdidisti filium. Hac iſſatus iuit
 in censorium. iussis sequi uxore, matre, atq; li-
 beris, eamq; dicm abſumpſie deliberando cū eis
 quid opus factio ſit. tandem in hec cōſenſum eſt.
De reditu eius nec ad populum referre ſenatū,
 nec ipsum quicquam ſtatueret, priuquam cum
 Volſcis pax componetur receperit in amicitiam.
 Iipſum uero copias ſine noxa non ſecus quā per
 pacatas terras abducere: redditaq; ratione re-
 rum in imperio geſtarū ad utilitatem eorum à
 quibus id commiſſum accepiffit, petere ut ſi fieri
 poſſit, ſe pacificatore amicitia inter uerosq;
 coēat aequis conditionibus. quod ſi ſuccesſibus
 clari pacem recuſent, abdicare ſe imperio. aut
 enim idoneorū inopia nemineſ ſufficiuros: aut ſi
 eemcre cuipiam exercitum cōmiſcrine, ſuo ma-
 gno malo cognituros quid debuiffent eligere.
 Hac ſunt que tum uidebantur iuſta et pia, nec
 ullam infamiam, cuius maxime iſ uir rationem
 habuit, allatura. Sed terrebat eos quadam ſu-
 ſpicio,

spicio, ne forte inconditum uulgus frustratū spe
 delendi emulorum potentiam, factum id ferat
 iniquius. Ex tanquam proditorem indicta cau-
 sa perimat. uisum est eamen uirtute ac fide inco-
 lumi quoduis subire periculum. iamq; uergente
 sole post mutuos amplexus egressi sunt ē tento-
 rio: ac mox mulieres in urbem reuersae sunt. At
 Marcius pro concione causa reddita eur à bello
 desisteret, rogatisq; militibus darent ueniam, et
 domum reuersi benefiorū memores adcesserunt sibi
 contra uim aliorū, multa in eam sententiam lo-
 cucus iussit parare sc in profectionem excessu-
 ros castris nocte proxima. Romani uero leuatis
 metu periculi: nam rumor reditum mulierū præ-
 uicerat: lati procurcebant obuiam, salutatio-
 nibus, iubilis, alijsq; hilaritatis signis, ut solene
 præter spem erepti, præ se ferentes gaudium, mo-
 do singuli, modo conuidentes in circulos: rotāq;
 noctem exegerunt in conuiujs ex uoluptati-
 bus. sequenti uero die coactus à consulibus se-
 natus de honoribus Marcio decernendis agere
 in aliud tempus magis opportunum distulit. ma-
 tronis uero ob prompte nauaram reipub. operam
 decreuit laudationē in as incisam referēdam
 in ærarium ad perpetuam posteritatis memoriā:
 præterea præmium quod ipsis foret gratissimū:
 quod senatus consulū plebiscito confirmatum
 est. illæ de communi consilio n.h.l inuidiosum pe-
 tierunt, nec aliud quam ut sibi senatus permisst

Licitæ

līceat templum Foreun& muliebri ædificare, quo
loco incolamitatem urbis impeirauerant, eoq;
quotannis cōuenire ad sacrificium, redeunte die
quo pax data est. Senatus tamen populusq; Ro-
manus decrevit locum cni pecunia publica ubi
fanum dedicaretur deæ, in eoq; templum et ara
ex præscripto pontificum: sumptuq; publico sa-
crum anniuersarium ibi fieri, cui præsit matri-
na quā ipsæ delegerint ad id ministerium. Itaq;
ex senatus consuleto prima creata est sacerdos
Valeria, quæ mulieribus legationis autor fue-
rat, & Marcij matri persuaserat, ut ei profe-
ctionis uellet interesse. qua præcunee primum sa-
crificium mulieres peregerint pro populo in ara
recens in fano facta, priusquam absoluereur
templū aut deæ simulacrum, calendis decēbris
anni secuti proxime. nam ea die bellum finieum
fuit. anno deinde post primū sacrificiū altero æ-
des quæ publice locata fuerat dedicata est pridie
nonas quintiles à cōsule Proculo Virginio. Non
alienum autem fuerit à legibus hīstoria, & cum
primis necessarium ad corrigendam persuasionē
quorūdam, qui deos nec honoribus per homines
sibi delatis gaudere, nec sceleribus offendere
inaner, minorare manifestatam numinis eo
tempore presentiam, idq; semel atq; iterum, si-
cūt habetur in commentarijs pontificum: ut re-
ligiosi homines confirmentur in sua pietate, nec
eos bona menis pœnitentia: inemendabiles uero
ganto

tanto magis exosí sine dīs & miseri, si neq; ma-
iorum autoritate moheantur, ut credant diuina
prudentia regi res hominum. Fertur cum ex-
senatus consilio publice locarum esse deae tem-
plum atq; simulacrum, scorsum ex collaria
matronarum pecunia locaram aliam effigiem:
cumq; utraq; consecraretur eo ipso die dedica-
tionis eam que mulierum sumptu parata suc-
rae, latine locutam in mulierum præsentia, uoce
clara & diserta. RITE MÆMATOR-
NAB DEDICASTIS. Cumq; ut ferè fit
in nonis & inopinatis uel nocibus uel uisioni-
bus, mulere dubitarent ne forte non simulacrum
esset quod humanam uocem ediderat, præfir-
erent ijs quæ se etiam uidisse aiebant: paulò post
iam referto templo, cum forte fortuna maxi-
mum esset silentium, maiore uoce iterum totidem
uerba simulacrum edidit, ut nulla relinquere-
tur ambiguitas. Esis cognitis senatus decrevit
annua sacra ceterumq; cultum ex pontificum
senentia. Ceterum mulieres monitu primæ sa-
cerdotis morem insituerunt simulacrum hoc nec
à bis nupis coronari nec à uiduis, sed solis re-
cens nupis tribui huc honoris & ministerij.
Verum de his ribus nec silentio prætermittenda
erant quæ produntur ab eius genitis domesticis
scriptoribus, nec diuinus immorandum est iali-
bus di-

bus digressionibus. quapropter reuertar ad narrationis scriem. Post discessum mulierum Marcius sub diluculum motis castris uelut amicus iter faciebat: Et postquam Volscorum fines attingit, totam praedam que ipsi contigerat largitus militibus, nihilo sibi recente domum rediit. Legiones Volscæ diuitijs graues reuersæ gaudebant à bello interquicere, fauentesq; suo duici facile ignoscabant supremam manum bello non impossum maternarum precium reverentia. at iuuentus que domi relicta mäserat, inuidens etiam luculentis lucris militum, et frustrata spe quam de perdomandis Romanis expugnandaq; urbe conceperat, uehementer contra eum exasperabatur: ac postremo assumpsis in ody societatem aliquor genetis proceribus in eantum efferrata est ut ad impium facinus progressa sit. sed maxime Tullus Actius iras popularium concitauerat, quod multos haberet in unoquoq; oppido factionis sue homines. Is iamdudum inuidia percitus decreuerat Marcium, si subiugata Roma uictor reuiceretur, per insidias clam totbere: sin re infecta rediret, ut proditorum interficiendum sue factioni obijcere: quod et factum est. coactas enim non mediocri manu accusauit hominem, coniecturis de futuro sumbris ex rebus præteritis: iubibatq; ut abdicato imperio rationem administrati redderet. præeras autem ijs copijs quas oppidorum præsidio relictas diximus.

ximus, & poterat pro imperio uel concionem conuocare, uel diem cui libet dicere. *Marcus uero neutrum decrebat, tantum de ordine concordabat, uolens prius rationem rerum bello gestarum reddere, ac cum demum si ita Volscis omnibus videatur imperium deponere. nec de se iudicium committi uolebat uni cuiquam populo, quod nullius non maiorem partem corrupisset.* Actius sed uniuersae gentis legitimis comitijs, in qua mos erat quoties de magnis rebus consilrandum esset, consiliarios conuenire e singulis populis. id non ferebat aliter, ut qui sciret uirum disertum, si in dignitate manens rerum egregie gestarum rationem redderet, facile persuasurum multitudini: & adeo alienum fore a prodictionis crimine, ut clarior etiam & honoratior factus potestatem componende pacis consensu omnium acciperet: diuq; durauit in comitijs ea contentio, exactis per altercationes diebus aliquos. nim enim neuter poterat inferre alteri, quod par res essent dignitate imperatoria. Cumq; nullus conventionum finis fieret, Tullus die dicta *Marcio, ad quam imperio deposito causam de prodictione diceret, subornatisq; ad facinus audacissimis quibusdam quos pollicitationibus corruperat. uenit ad indicta comitia: progressusq; ad tribunal, postquam multum diuq; accusauit Marcium, prouocabat multitudinem, ut nisi ille sponse deponeret imperium, totis uiribus eum*

compesceret. qui cum editiorem locum conscen-
disset ut pro se dicceret, primū à factione Tulli
loqui uerante reclamatum est, deinde scrociſſi-
mus quisq; feri con clamare, circumuenientemq; la-
pidibus conicētis necare foedum in modum.
Eum in foro iacentem, & qui casum illius ui-
derunt, & qui iam mortuo superuenerunt misera-
ti sunt, ut qui malam recepisset gratiam, me-
morantes quām bene meritus esse de republi-
ca: homicidasq; illos comprehensos cupiebant,
qui tam impium pernicioſumq; exemplum edi-
derint, & per uim hominem iniudicatum
cumq; ducem occiderint. Sed insignis fuit co-
rum indignatio, qui auspičijs eius militauerant:
& quoniam non posuerunt viuo succurrere,
paruerunt defuncto debitam referre graeiam,
collaris in forum rebus ad honorandum bo-
num uirum necessarijs. iamq; paratis omni-
bus ornatum imperatorio culeu imposuerunt in
lecticam instratam splendide: tum prelatis ma-
nubījs & spolijs, coropisq; & capiarum ur-
bium imaginibus, suis humeris exculerunt eum
spectatissima fore studinis iuuenes, moeſto ac la-
crymante populo funus deducente ad rogum con-
structum in præcipuo suburbio. Ibi cæſis inferijs
parentarum est ei non aliter quām furi ſoleat in
summorum regum aut imperatorum exequijs:
ardentiq; asticerunt ultimum uale dicentes
māci donec flāma langueſſens ſubſideret: moxq;
offa

off. collecta humauerunt eodem loco, & insuper cumulum alcum certatim concesserunt, monumētum insigne futurum apud posteros. Hinc exitum habuit Marcius, etate sua uir bello maximus, & omnibus iuuenilibus noluptatibus superior, iusticie cultor non legum pœnarum ut meritis coactus, sed uironem & ad hanc natus, ne qui uix inter uirtutes numeraret innocentiam, nec solum ipse alicius ab omni uitio, sed ab alijs etiam uirtutem exigens, magnanimus ac munificus, & ad sublevandam amicorum quam nosset inopiam promptissimus, bellicaq; laude nulli secundus ex optimatibus. & nisi impeditus fuisset seditionibus, maximum incrementum eius auctiūs accepisset Romanum imperium. Sed non poterat omnes uirtutes natura humana capere, nec unquam e mortalis scâmine nascetur uir absolute bonus. huic certe tantis diuinitus ornato uirtutibus inhæserunt etiam quedam uitia. non inerat enim eius moribus mansuetudo & hilaritas, nec in appellando saltuandoq; comitas, nec in offensis ingenium placabile, nec illa que omnes actiones humanas ornat gratia, sed semper morosus & tristis erat. & ei sape in bellis obfuerunt, præcipue rigida immodicâq; iuris obseruantia, & nulla equitate temperata seueritas. Videturq; uerum esse illud ab antiquis dictum philosophis, mediocritates non extremitates esse morum uirtutes.

ll. 2.

præscr.

præserit iustitiam. Nam siue infra modum sit,
 seu excedat nimium, parum prodest: inservit
 etiam quosdam in calamitates & mortes mi-
 serabiles irreparabiliaq; damna coniicit. Mar-
 cio sancte nihil aliud exiliū attulit, ceterarumq;
 uirtutū fructum abstulit, quā summa & ex-
 cellissima iustitia. Cum enim debuisse plebi non-
 nihil cedere, obsecundareq; eius cupiditatibus,
 atq; ita primus inter ciues haberi, noluit: sed
 contradicens ad iniusta omnia conciliato sibi
 odio expulsus est. Volsco etiam bello finito cum
 liceret ei deponere imperium & migrare alio
 donec rediret in patriam, neq; se inimicorū in-
 sidīs & incondit & multitudini obiecere, malens
 suo periculo rationem rerum gestarum reddere
 eis a quibus id imperium acceperat, & si con-
 uinceretur maleficū pœnus dare legibus, summa
 iustitiae non pulchram mercedem recepit. si igi-
 tur corruptio corporis simul etiam animæ substanc-
 tia quecumq; tandem ea est interit, haud uideo
 quomodo beatos credere debeā, qui nullo ex uir-
 tute fructu percepto, etiam pereunt propter eam.
 quod si immortales sunt nostra animæ ut quidā
 existimant, aut post relictum corpus aliquanto
 durant tempore, bonorum uirorum longissimo,
 malorum contraria perbaci, non contumendum
 premium uirtutis studiosos sequitur, etiā si for-
 tunā usi sint parum propitia, uidelicet bene au-
 dire à uiuentibus, & frui diuina sui memo-
 ria:

ria: quod & illi uiro contigit. non solum enim
Volsci mortem eius luxerunt, & colune ut uirū
 olim optimū: uerū etiam *Romani* ubi cum casum
 cognoverunt, accipientes pro suo magno infor-
 tunio, priuatim ac publice luxerunt hominem:
 & eorum mārōnā, sicut in domēstico luētu, po-
 sito auro & purpura ornatuq; cetero, atro a-
 miētu sunt usq; per annum integrum. quinetiam
 memoria cius post quingentesimū ab obitu an-
 num nondum euauit, sed nostro quoq; tēpore
 ab omnibus celebratur ut uir iustus et pius. Ita
Romani euaserunt hoc periculum, quale nun-
 quam ad eam et acēm adierant, quo minimum
 abfuit quin à *Volscis* & *Aequis* Marcio du-
 ce urbs funditus cuersa sit. Post paucos inde dies
 ambo *Romani* consules cducto magno exercitu
 progressi usq; ditionis suæ terminos, castra me-
 tarii sunt seorsim in duob⁹ tumulis munitissimis.
 nihil tamen gesserūt memorabile, sed re infecta
 reuersi sunt, tamen si hostes egregiā occasionem
 rei bene gerendae præbuerat. prius enim *Volsci*
 & *Aequi* cū exercitu *Romanū* agrum inua-
 serant, quod placaret nō dare hosti ad recolligen-
 das uires spatiū, sed uti perterritorū meū, spora-
 renti q; ultro ditionē facturos. Ibi ex certami-
 ne *Volsci* *Aequi* ne imperatorē darē orta se-
 ditio, arreptisq; armis secutū est atrox præliū: in
 quo nec ordinibus seruatis, nec signis obseruatis,
 cacteruatim & promiscue pugnauerūt, ingēsq;

ll 3 strages

strages est edita multis uirisq; cadentibus, et nisi
 nox interuenisset, certe atque suisser usq; ad ueriusq;
 exercitus perniciem. Sic iniici dirempti sunt, ex
 in sua castra reuersi. Sequenti uero luce ambo
 exercitus retro abierunt unde uenerant. Ceterum
 consules auditio ex transfugis ex captiuis qui ex
 ipso quae serant prælio, quanto rabies ex deorum
 ira hostes inuassisse, nec usq; sunt occasione ope-
 rissima, triginta non amplius semoii stadijs, nec
 discendentes persecuti sunt, cum potuerint defes-
 sos, saucios, paucos è multis superstites, incom-
 positum agmen, ipsi recentes ex instructi facile
 internectione delcre: sed mox castris ex ipsi re-
 duixerunt in urbem exercitum, siue contenti for-
 tune beneficio, siue non satis fidenees eironum
 exercitiui, siue quod ne paucos quidem uellent
 amittere. Reuertentes ignominiose acceperi sunt.
 timiditatis nocati: nec amplius urbem egressi
 tradiderunt magistratum successoribus. Sequacnis
 anno consules fuerunt uiri bellicosi, C. Aqui-
 lius, T. Sicinius. his ad scinatum de bello res-
 rentibus, primum placuit legatos mitti ad Her-
 nicos, qui uelut ab amicis res repeterent. nam
 bello Volscos iniurias ab eis acceperant, excus-
 sionibus ex latrocinij finitos agros infestan-
 tibus. interim dum responsum expectatur, con-
 sulcs quam maximum exercitum conscribere,
 ex sociis auxilia per legatos accersire, fru-
 mendum, arma, pecunias, aliaq; bello necessaria
 certas

teriatim comparare ac celeriter. ut uero legari renunciarune responsum Hernicorum: eos negare foedus sibi unquam intercessisse cum Romano populo, quod autem cum rege iectum sit Tarquinio, iam finium existimare morte ipsius et exilio. quod si qua rapinae latrociniæ facta sine, non totius gentis, sed privatorum hominum dicere facinora lucris proprijs inservientium, quos ipsos se non posse ad supplicium dedere, et habere se quoq; de quo uicissim querantur, nec bellum decreetare: senatus his cognitis decreuit trifariam diuidi conscriptas ex iunioribus copias. Unam partem C. Aquilium in Hernicos ducere, alteram in Volscos collegam eius T. Sycinum. cum tertia Sp. Largium, qui praefectus à consilibus creatus fuerat, custodire agros urbi proximos. eos uero qui non dedisse nomina, quotquot essent ferendis armis idonei, sub signis habitos custodire arces urbis et mœnia, nequa repentina uis hostium ingruat per uniuersæ inuenientis absconiam. his præsse uirum consularem L. Sempronium Atratinum. que omnia mox facta sunt. Aquilius Hernicis in agro Prænestino inuentis prope castra illorum et ipse suæ metatis est, paulo longius ab Urbe quam ducentesimo stadio. Tertia uero die postquam castra coniulcrane, progressis in aciem Hernicis et pugna copia facta, Romani quoq; producti sunt: moxq; sublato clamore concurrerunt.

ll + errin

eminus primum missilibus consauciantes se inuicem. dein equum curvæ confixerunt & legiones pedatum: diuq; pugnatum est acriter neutrīs loco cedentibus. tandem acies Romana cœpit liborare, ut que diu uacauerat à prælys. quo niso Aquilius iusstis recentes in hoc seruatos in locum fessorum succedere, saucios uero ac desfigarios transferri in ultimam aciem. At Hernici ubi senserunt moueri hostium ordines, rati hoc esse fugæ initium, cohortari se inuicem impressionem fecerunt in fluctu. inicem aduersam aciem: quos recentes Romani exceperunt forecer, rursumq; redintegratum est prælium, Hernicis quoq; ducibus in locum laborantium recentes submittentibus. iamq; uesper instabat, cum consul cohorte equites ut forcè sibi nauarent operam, ipse cum primis irrupit in dextrum cornu hostium: quo post paruam moram impulso magna cedes est edita. ita turbatis in hoc cornu Hernicorum ordinibus, lauum resistebat atq; etiam urgebat Romanos in dextro aduerso pugnantes, breui tamen retulerunt pedem hi quoq;. Nam Aquilius fortissimorum iuuenum globo stipatus succurrerit & ibi, accendens & nomine inclamans spectatæ virueis viros: & sicubi segnius repugnantes animaduerteret, signiferis ereptis signa coniiciebat in hostes medios: ut meu miliaris poena, quam daturi erant nisi ea receperiscenti, cogerentur forecer rem gerere. semperq; ipse.

ut queq; pars laborabat aderat, donec ex aduerso pugnantes impellere. ita profligato ueroq; cornu, ne media quidem acies locū suum tenuit: sed turbatis ordinibus effusa fuga castra perebat Hernici, Romanis eorum terga cedentibus: tanquamq; audacie in eo cereamine superfuit, us eorum nonnulli tentarent uallum hostium, conan- res id expugnare primo imperu. quorum alacri- tatem nec turam nec uilem cernens consul iussie receperui canere, atq; ita inuitos ab oppugnazione renocauit, uerius ne è superiore loco relis petiti reuicerentur cum damno ac ignominia, & iam partam obscurarent gloria. Sole demum occi- dente Romani lati & uiculantes castra sua re- petunt. sequenti nocte strepitus magnus & clamor exaudiebatur è castris Hernicis, & ignes multi collucebant in eis. desperates enim se posse ad iterandum pralium sufficere, deserere castra decreuerūt iniussu ducum: atq; hac erat clamoris & concursationis causa. nam pro se quisq; properabat uocantes se inuicem, neglectis gemi- ribus & precibus eorum qui derelinquebantur agroti aut sauci. Id ignorantes Romani, qui ex capiinis acceperant alias copias Hernicis uen- suras auxilio, clamore illum & tumulum rati orum properer aduenum illorum, correpeis ar- mis corona cinxerūt castra, nequa nocturna uis eis inferretur, inerim modo collisis scutis edentes strepitum, modo clamorem tollentes qualis fie

ll s acib

aciibus concurrentibus. Hernicis autem hoc quoq; timorem augebat, nec aliter quam si hostes se insequerentur, dispersi fugiebant, alius per aliam uiam. ubi uero illuxit et exploratum missi equites renuntiarunt, nec auxilia noua uenisse hostibus, et eos qui pridie pugnauerant fugisse, Aquilius educto exercitu castra defera cepit, referebat iumentis, armis, comeditibus, et vulnerati ibi deprehensi non pauciores his qui fugerant: immensoq; equitatu in palantes per vias et via nemora, multi uiui capti sunt: quo satum est ut impune agros Hernicorum peruagatus pradas abegerit, nemine audiente congrredi. Dum hac gerit Aquilius, collega eius T. Sicinius in Volscos missus cum robore copiarum in Vulturum agrum irrupit. nam ibi erat Tullus, actius Volscorum dux cum florissimo exercitu, uolens Romanorum socios debellare primum, sicut Marcius initio belli fecerat, ratus in eodem meu Romanos etiamnum esse, nec missuros auxilium in fide sua manentibus. ut uero se munium conspererunt exercitus, sine mora congrexi sunt. fuit autem locus medius, in quo pugnandum erat, tumulus saxosus et saltulos, ubi equitatus neueris esset usui. id animaduertentes Romanorum equites, et turpe sibi ducentes si spectatores canum esse certaminis, adierunt consulm, rogantes ut si ipsi uideretur, permitteret eos omisis equis pedestrem pugnam inire. ille ualde lantatas

datos iussosq; descendere circa se habuie, ut cum
 eis posse laboranib; succurrere: fueruntq; hi
 cum precipua causa Romanorum uictorie. nam
 pedieum copia pares erant uel armatura uel nu-
 mero. simulq; ordinum ratione ac pugnandi pe-
 riua, & inferendo pedem referendoq; , uitandis
 infligendiq; ictibus exercitati pariecr. omnem
 enim militarem aream A[urelio] Marcio duce in Roma-
 num morem mutauerant. Itaq; ad mulium dicti
 marec & quo certuu est: & loci natura inaequa-
 lis nunc hos nunc illos iuuabat. at equites Ro-
 mani diuisi bisariam, pars ex transuerso hostes
 iuuasirunt à dextro cornu, pars superato tumuli
 ambitu in eorum ierga fecit impicium. ac mox
 aliū lanceas eiaculati sunt, aliū equestribus gla-
 diis longioribus fericees brachia & cubitos, mil-
 itorum manus defensantes corpora uel protegen-
 tes abscidebant unā cum ipsis armis defensorūs
 ac protectorūs: multorum genua talosq; consau-
 cianees profundis vulnerib; prosternebāt semi-
 neces. iamq; undiq; urgebantur Volsci, à fronte à
 pediis, à latere ac iergo ab equitibus: quam-
 obrem supra uires repugnantes strenue post edita
 multa militaris audacia facinora in dextro cor-
 nu penè ad unū concisi sunt. media uero acies &
 alterū cornu postquam dextri cladem uiderunt
 & Romanos equites pari modo in se rendere, ex-
 plicatis ordinibus sensim castra repercebant, equi-
 tibus instructis insequentiibus. quò simularcq;

uenient

uenium est, noua pugna oritur, equitibus nullum aliquot locis cōscendebatibus, hostibus acriter repugnabatibus. Cumq; Romani iam laborarent, consul fōs̄is per pedites suo iussu expletis coniectu fascium, primus trāsgreditur cum lectissimis equicūm iuxta portam firmissimam, et reiectis propugnatoribus, excisisq; portae caracatis, infra nullum irrupit, sequentes se pedites recipiens. Occurrit Tullus. Actius cum ualentissimis Volscorum et audaciissimis, edens multa praeclara facinora. erat enim pugnator robustus et manu promptus, sed imperio parum idoneus. ibi labore fessus oppletusq; vulneribus cecidit. Ceteri Volsci aut in propugnatione castrorū concisi sunt, aut abiectis armis uitam impeauerunt supplices: pauci admodum fuga seruati domum redierunt incolumes. His Roma cognitis per nuntios missos à consulibus ingens gaudium fuit: dijs supplicationes, consulibus honores decreti, non tamen patres ambobus. Sed siccio qui à maiore terrore urbem liberasse videbatur delicto Volscorum injioso exercitu duceq; cęso, triumphus cōcessus est: et inuectus est in urbem prælatis spolijs, capiuis currum præcedentibus, militibus uictoria socijs prosequentibus, equis tractus insignibus aureis falcris, culu ut mos est regio. Aquilio consigit ouatio, de qua dictum est quid à triumpho differat. ingressus est urbem pedibus non sine sua pompa: atq; ita hic annus finit. Sequentes consul

consules Proculus Virgininus , Sp. Cassius ter-
tium , cum legionibus & sociorum auxiliis in
bellum profecti sunt. Virginio Aequi , Casio
Hernici & Volsci , prouincia obuenit. Aequi
munitis oppidis , & in ea comportatis rebus ca-
rioribus , agros uastari , uillas incendi passi sunt ,
ita ut Virginius minimo negotio maiorem eius
regionis partem pernagatus uastitate uincorum
arbuſtorumq; edita , nemine defendente , integras
corias reduxerit. Volsci & Hernici contra quos
duxit Cassius , primum statuerant iacturam po-
pulationum contemnere , inclusi mœnibus : nec ta-
men permanerunt in ea sinecchia , non ferentes
excisis plantis fœdari fundos fertilissimos , quos
non facile posse reparare , ac ne munitionibus
quidem satis fiducies in quas confugerant : sed
per legatos pacem petierunt à consule , primum
Volsci : quo facilius impetraverunt , pecunia
consuli persoluta quanta imperata est , præbi-
risq; commeatibus exercitiui , recepti in fidem ac
ditionem populi Romani , nec de a quo iure con-
tendentes amplius . deinde Hernici destitutos sc
à sociis uidentes , & ipsi de pace atq; amicitia
egerunt cum consule . Ceterum Cassius multis
uerbis prius accusata gente apud legatos , re-
spondit , prius illis facienda que uictos & sub-
iugatos decet facere , atq; ita demum perendam
amicitiam . Cumq; legati polliceretur quicquid
& quum esset ac possibile , imperauit eis pecuniam
in stip

in stipendium aliquot mensium, & frumentum quanum in unum mensum milibus sat esset: ad quae paranda dierum aliquot inducio concesserunt: sunt: omnibusq; magna alacritate representatis. celerrime, rursum amicitiam petebant. Cassius collaudatos prius ad senatum remisit. Paeribus post longam consultationem placuit in amicitiam eos recipi. Ceterum leges foederis Cassum consulem constitucere suo arbitrio, & rata esse ipsius placita. Hac ubi senatus decreuit. Cassius in urbem reuersus perire triumphum secundum, sub ingatis gentibus maximis, gratia magis usurpans eum honorem quam iure postulans, quippe qui nec urbes illas expugnauerat, nec hostem acie fuderat, nec triumphi ornamenti captiuos ullos habebat aut spolia que in pompa traduceret: unde opinionem arrogantiæ, quod supra ciuilem modum se extolleret, iniuriamq; populi lucrarius est. triumpho imperato pacis Hernicis dare conditiones proiulit, transcriptas ex Latinarum foedre: quas agre tulit honoratissimus quisq; senorum & nati maximus, ipsumq; suspectum habebat, quod indignum censerent cognatis suis Latinis honore &夸ari alienigenas, & spectata fidei homines iis quorum nulla extarent erga populum Romanum merita. nec placetas eius fastus qui accepto a senatu honore, non uicissim paeribus honorem habuerit, ut comunicaret cum eis consilium, sed

sed ut ipsi uisum est scriptas condicione protulisse. Ita nimia felicitas ei periculosa fuit et inutilis: sicut plerisque hac occasione surrexerunt soleat insana superbia et immoderata cupidines. trium enim consularium duorum triumphorum honore ciuiibus aratis sue preminens, clarius se gerebat: et principalis potestatis appetens, cum animaduertisset facilissimam omnium atque euissimam uiam ad regnum tyrannideum, mulei studinis fauorem redempsum largitionibus, eam ingressus est: ac mox agrum quendam publicum, qui per incuriam magistratum a diuisibus occupatus fuerat, stanuit plebi diuidere: et fortassis illi successisset quod cœpiabat, si non ulterius proiectus fuisset suis cupiditatibus, per quas non parua seditione morta infelicem exitum habuit. Tolebat enim et Latinos in partem agrorum assimi, et recens ciuitate donatos Hernicos, fauorem harum gentium sibi concilians. itaque altera post triumphantem die uocata concione pro tribunali, ut mos est triumphalibus, primum rationem rerum a se gestarum reddidit, cuius capita erant haec: primo suo consulariu Sabinos de principatu consenserentes cum Romano populo, magno praetorio a se uictos, coactosque; imperium Romanum agnoscere: secundo scilicet a seditione reductam plebem in patriam: Latinos cognatos Romanorum, sed eosdem imperij gloriaque amulos, in amiciam et ciuitatem receperos, ut postea Romana pass

patr iam existimarent nō aduersariam: hoc ter-
 eo Volscos ex hostibus amicos factos: Hernicos
 gentem magnam & ualidam, que ut propinquā
 uel prodesse posset uel lādere, in deditio[n]em ulero
 uenientes receptos, his atq[ue] similibus denarratis
 autoritatē sibi uindicabat apud populum, quasi
 præ cæteris habens curam Reip. habiturusq[ue] in
 posterum. Postremo sic orationem finiūt, ut polli-
 ceretur plebi tot tantaq[ue] beneficia, quanta nemo
 ad eam dicim præstiterit, quaneumuis laudatus
 ob plebis studium: idq[ue] fore propediem. Concione
 dimissa ne momentum quidem cessans temporis,
 sequenti dic senatum conuocauit in curiam, iam
 solicitum propter orationem ipsius proximam:
 & priusquam aliud quicquā ageret, quod pri-
 die apud plebem cælauerat in medium proculis:
 quandoquidem plebs per uilis fuerit Reipub. ram
 in afferenda libertate quam in parando imperio,
 prouidendum ei diuiso agro, qui bello parius no-
 mine vocetur publicus, reuerae occupetur ab im-
 pudentissimo quoq[ue] patrizio. & frumenti à Ge-
 lone Siciliæ tyranno donati, quod cum debuisset
 omnibus ciuibus diuidi, uenditum fuerat pa-
 peribus, pretium emperibus reddendum ex æra-
 rivo. Adhuc eo loquente fremitus erat in senatu
 moleste uerba eius seruentum. ubi uero desijt,
 & collega Virginius ualde accusauit cum ut
 seditionem introduccentem in Romanum popu-
 lum, & cæterorum senatorum honoratissimus
 quisq[ue]

quisq; ac natus maximus, præcipue Appius Claudius, ita ut inter exacerbatos per multas horas duraret altercatio non sine conuictis amiculenta*ssimis*. Diebus qui sequuntur sunt Cassius continuatis concionibus fauorem plib; sibi conciliabat, de dividendis agris differens, & in aduersarios uehementer inuehens. Virginius vero quotidie senatum cogens de cōmuni patrum sententia parabat contra eum præsidia legitimaq; obstatula. Virumq; comisabatur globus asseclarum ad extremam corporis, inopes, sordidi, & ad quidvis audēdum prompti, Cassium nobiliores & sinceriores Virginium. Itaq; aliquandiu deterior pars in concionibus nullum superabat alteram: tandem aequalē sumi. nam tribuni uel quod non uidetur è rep. largitionibus corrūpi multitudinē exemplo pessimo, uel quod inuidia & angerentur, quia non ipsi essent autores eius beneficij, quorum erat plebem curare, sed alius: uel quod nollent eum uirum cum periculo ciuitatis crescere, meliori parti adiuncti aduersabantur legibus quas cerebat Cassius, docentes iniquum esse parta magnis populi Romani laboribus. non solis ciuib; Romanis assignari, sed Latinos quoq; ex aequo particeps eorum fieri, qui periculis non interfuerint, atq; etiam Hernicos recens acceptos in amicitiam, quibus gratum esse deberet quod bello subacti proprios agros non amittere. Et plebs nunc tribunis assentiebat,

mm

quod

quòd singulas portiones non magni momenti pueret, si pariem publici agri caperet cū Latinis & Hernicis: nunc Cassijs popularibus sermonibus persuasa mutabat sententia, quasi per tribunos patricijs prodita, qui causam intercedendi honestam praetexeret Latinos & Hernicos. diebat enim se lege cauturu ut agri solis assignetur p.uperibus: satisq; esse ac tunc modicū accipere, quam multa spirando in rotum frustrari. In hanc sententiam cōcinnante Cassio cum sepe fluctueret vulgus, prodige in medium unus tribunorum C. Rabuleius vir minime stolidus, pollicens se brcui compositurum consulum dissidiū, & populo commōnstraturum quid opus factō sit. cumq; acclamaēum esset ei, moxq; silentium præbitū, Nonne, inquit, Cassi tuq; Virgini, h. ec legis sunt capitā: unum, oportāne agrum publicum uiritim diuidi: alierum, oportāne & Latinos et Hernicos partē eius accipere. Ita est inquiunt. Ille porrò, Tu inquit, Cassi de utroque refers ad populum. quid eu Virgini, dic per deos, uerum alierum eantum abrogas quod ad socios attinet, nec aequas hic nobis Latinos & Hernicos? an illud alierum quoq;, & ne nobis quidem diuidendum censes quod est publicum? ad hoc mihi responde nihil dissimulans. Cumq; Virginius dixisset de Latinis Hernicisq; in partem aequam admittendis se contradicere, ceterum ciuibus Romanis passurum se assignari agros,

si idem

si idem omnibus uideatur tribunus uersus ad multitudinem inquit: ergo quoniam alicui sententiae caput placet ambobus C. O S S. alicri contradicitur à collegarum aleero, & neuter alterum potest cogere, quod ambo cfferunt, iam nūc accipiamus, id uero de quo ambigitur, d. fferatur in tempus aliud. Acclamante populo rectissime monenti, & postulante tolli ex lege partem illam quæ gigneret dissidium, Cassius inops consiliū, ut qui nec absistere à ferenda lege ueller, nec posset pergere tribunis aduersantibus, tunc dimisit cōcionem. Sequentibus uero diebus infirmitatem simulans, non amplius ueniebat in forum, sed domū manens hoc agebat ut per uim legem perferret: & accisebat ad suffragia ex Latinis & Hernicis quoquot poterat. Illi frequentes conueniebant, breviq; repl. ta est urbs hospitiis. Hoc cognito Virginius uoce præconis edixit per compita, ut omnes quibus in urbe non esset domicilium excederent, præfinito ad id non magno temporis spatio. Cassius uero ius in contrarium proclamari, ut quoquot haberent ciuitatis ius, manerent donec perferatur lex. cumq; contentio nullus finis fieret, ueriti patres ne ad armas ueniret, aliaq; quæ solcne in seditionis comitijs accidere, dum lex ferretur conuenerunt in curiam semel decreuiri de toto negotio. Ibi Appius primus rogatus sententiam negabat plebi agrum diuidendum, docens

m m 2 mol

molestem & inuisilem cohabitarorem fore nul-
lum, si otio assuescat & abliguriendo publico,
nihilq; relictum ex publicis uel prædys uel
pecunys: aiebatq; rem pudendam, cum Cassium
incusene ut autorem instituti pessimi, & ple-
bis corruptorem, postea ipso confirmare id ue-
lue iustum & uile: cogitandum etiam si diui-
dantur publica, pauperes habituros gratiam
non ipsis qui hoc decreuerunt, sed auctori eius sen-
tentia Cassio, qui senatum inuitum ad decernē-
dum coëgisse uisus sit. hæc præfatus & alia in
eundem sensum, postremo consuluit è senatu ho-
noratissimum quemq; eligi qui uisant agrum
publicum determinenq;, & siquid ex eo furium
aut per uim priuati homines depascant aut co-
lant, dignoscant ac reddant publico. determina-
tum porro ab illis agrum diuidi in fundos quo-
cunq;, & terminis decentibus distinctum, uendi-
suadibat, maxime quem priuati controuersum
facerent, ita ut emporibus contra uindicato-
res eorum sit actio: reliquum in quinquennium
locari. quicquid autem pecuniae consecutum fue-
rit ex ijs locationibus, impendi in stipendia mi-
litum, & in sumptus bello necessarios. nunc
enim inquit, pauperes merito inuidenter dinitibus,
qui sibi usurpauerūt quod est publicum: nec mi-
rum est si eos diuidi malunt quam occupari à
paucis hominibus impudentissimis. quod si ui-
derint decedere inde istos qui nunc ex eis fructus

per

percipiunt, & qua publica sunt uere publica fieri, inuidere nobis desinent, & refrigerescet ille amor legis agrariae, ubi intellecterine maiorem esse utilitatem possessionis publicae, quam agellorum diuisorum uirium. Doceamus, inquit, eos quantum intersit: & quod si unusquisque pauperum paruum agri modum acceperit, & fortasse incommodum uicinum habuerit, nec ipse ualebit eum praे pauperitate colere, nec alijs locare nisi uicino. Sin autem latifundia uarias & non contumendas culturas habentia locentur publice, magnos inde proueneuros reditus: & satius esse ipsis quoties eundum erit in militiam ex publico frumentū atq; stipendiū accipere, quam ē suis promptuarij penuria nonnunquā laboratibus: fore etiam ut minus grauentur contribuenda pecunia. Hæc sententia cum satis placere uidetur, secundo loco rogatus A. Sēpronius Araiinus dixit. Ante omnia laudandus est mihi Appius, ut prudentissimus in uenuris prospiciendis, sententiis arumq; autor honestissimarum utilissimarūq;, & in recte iudicatis constantissimus, nec meu nec gratia dimoueri à proposito facilis. nunquam enim eius prudentiam ac magnanimitatem laudare mirariq; desino: nunc quoq; sententiam non aliam quam illuc dicturus sum paucis modo additis qua mihi omisisse uidear. Nā Hernicis te Latinis recens ad ius ciuis caris admis̄is ne ipse quidē agros nostros diuim m m 3 dend

dendos censeo. non enim ex quo illi in amicitiam
 recepti sunt eos agros parauimus, sed ante a no-
 stro Marte, nullis exercitis auxilijs, hostibus no-
 stris ademimus. Respondendū igitur est eis, quas
 possessiones ante coniunctam amicitiam uel illi
 uel nos habuimus, eas proprias ac perpetuas de-
 bere mancre suis dominis : quicquid autē agro-
 rum post fœdus communi militia parauerimus,
 ex eo cuiq; populo suam portionem obuēturam.
 Sic enim neq; socijs uelue affectis iniuria causa
 irascendi præbebitur: nec populo Romano imē-
 dum erit ne uideatur magis uileatis quam ho-
 nestatis rationem habuisse. Cæterum electionem
 uirorum, quos Appius definitores publici agri
 esse uoluit, ualde approbo. nam hoc pacto libe-
 riis cum plebe agere poserimus, quæ nūc utroq;
 nomine indignatur: & quod ipsi nihil fructus
 referunt ex publico, & quod ex nobis aliquod
 nullo iure ijs agris fruuntur: quos si publicatos
 uiderint, & eorum prouetus in necessitates im-
 pendit publicas, non putabunt sua referre uirum
 agris fruantur an eorum prouentibus. Omitto
 nonnullos inopum magis gaudere alienis detri-
 mentis quam proprijs comodis. non tamen opini-
 or satis esse uirumq; hoc in s. c. scribi. sed alio
 quondam officio promerendam plebis gratiam,
 dc quo dicam paulo post, ubi prius causam ex-
 posuero uel potius necessitatem, cur id facienda
 sit. Scitis proculdubio quid pro concione eribu-
 nus

nus dixerit, quando rogabat alterum è consuli-
bus hunc Virginium, quid sciatis de diuidendis
agris, utrum ciuibus Romanis permittat diuidi
agrum publicum, sociis non itc: an ne nobis qui-
dem paratur cū diuidi. cumq; ille dixisset per-
mittere se ut nobis diuidatur si idem placeat
omnibus, hac permissione & tribunos nobis
adiunctos, & plebem maiorem redditam. cur
igitur que tunc concessimus nunc retractamus?
aut ad quid conseruent ista praeclara nostra slæ-
tua dignaque imperio, si usum eorum non persua-
serimus? non persuadebimus autem. & hoc ne-
mo uestrum ignorat. minus enim offenditur qui
sua spe frustrantur, quam qui alienis pollicitis.
ueniet rursus qui gratias eis leges ferat, nos à
tribunis quoque distinuemur. quid igitur facie-
dum censem audire, quia'ue addendum Ap-
pū sententie. sed prabere oro mihi silentium, &
quicet esto donec audieritis omnia. Eligendis
ad inquisitionem ac definitionem agrorum sive
decem viris, sive quocunque, committit ut discer-
nante quantum agri debeat esse publicum, &
quinquenalibus locationibus augere populi re-
ditus: quantum item plebi diuidi. Tum quem illi
agrum plebi diuidendum assignauerint, de eo nos
cognoscite, omnibusne, an his qui nullam por-
tionem habene, an his quorum census est mini-
mus, aut quomodocunque diuidi placeat. Crea-
tionem autem decemvirorum, & senatus consuli

mm 4 quod

quod de dividendis agris facies executionem,
 & reliqua eò pertinentia, quoniam reliquū ma-
 gistratus consulū tempus breve est, demāda-
 da futuris consulibus censeo, ut agant quod ma-
 xime usdebetur è republika. Nam neq; tanta
 negotia breui tempore possunt confici, neq; hi
 dissidentes inter se consules prudentius dispice-
 re possunt quid sit utile, quam futuri quorū spe-
 ramus concordiam. Plerūq; autem utile est dif-
 ferre, caretq; periculo: & multa mutaneur uel
 unius dici tempore. præterea magistratum con-
 sensus omnium bonorum causa solet esse ciuita-
 ribus. h. ec est mea sententia, si quis meliorē ha-
 bet, dicito. Huius uerba magnis laudibus exce-
 pra sunt, omnesq; qui post rogati sunt, in ean-
 dem concessunt sententiam. post hæc tale s. c.
 scriptum est. Decemuirī creati è consularibus
 natu maximi terminato agro publico, pronun-
 tiante quantum eius locandum sit, quantum di-
 videndum populo. cæterum socijs ius ciuitatis
 ædepeis, si quis posthac ager communi militia
 parius fuerit, sua cuiq; populo portio continget
 ex sœdere electionem autem decemuirorum, &
 agrorum distributionem, & quicquid curan-
 dum erit, curent futuri C O S S. Id s. c. ad po-
 pulum relatum & Caſij conciones cohibuit, &
 gliscentem seditionem inopum non sinit ulterius
 progredi. In sequenti anno initio septuagesimæ
 quartæ Olympiadis, qua uicit in stadio ~~Affyl-~~
 lus

lus Syracusanus, Athenis principe Leostrato,
 Q. Fabio. Ser. Cornelio C O S s. duo patricij in-
 uenes maiorum imaginibus nobilissimi, suisq;
 potentes clientele ac opibus, & in ordine iunio-
 rum nemini secundi tractādis negotijs publicis,
 Cæso Fabius frater consulis, & L. Valerius Pu-
 blicola nepos eius qui reges expulit, quæstores
 & proinde conuocandæ concionis potestatē ha-
 bentes, superioris anni consuli sp. Cassio agra-
 ria legis ausori diem dixerunt, qua apud popu-
 lum tyrannidis affectatæ reus causam suā age-
 ret. ad quam diem ingenti multitudine coacta
 enarrauerunt pro concione gesta eius que ma-
 nifeste indicarent nihil boni cū habuisse in ani-
 mo: qui primū Latinis pro magna felicitate du-
 centibus si contingere eis Romana ciuitas, non
 contentus hanc in suo cōsulatu indulsisse, etiam
 tertiam præda parem in cōmuni militia decre-
 uerit: deinde Hernicos quibus bello subactis gra-
 cum esse deberet si non multæ arenæ agro pro-
 prio, amicos maluerit facere quam subditos, &
 ciues potius quam stipendiarios: agrorum quoq;
 ac præde cuiuscunq; alieram tertiam deciderit:
 ne diuisa trifariam præda subditi & aduenæ
 duis tertias accipiant, ciues Romani & domi-
 ni unicam monstrabantq; hinc securū cō duo-
 bus absurdis alecruerum, ut siquos alios ob mul-
 ta magna merita honorare ueline qualibus Za-
 zinos muneribus, aut qualibus Hernicos nihil de-

mm s rep

republica meritos, cum reliqua sit tantum una
scrīia, aut non habeant quam illis dene, aut si
eadem eis decernant, sibyp̄s nihil reliquum fa-
ciant. Addebat cum publicare uellet bona ci-
uitatis, nec ex s. c. nec ex collig& consensu, co-
natum ui legē perferre. ut non idō solū iniquus
fuerit inutilisq; reipublicæ, quod cum debuisset
cōsulio senatu, si id paribus placere, commu-
nem supremi ordinis facere hanc gratiam, in se
unum tam transmouerit: uerum etiam, quod o-
mnium sit grauiſſimum, uerbis tantummodo
ostentasset populo donationem agri publici, re-
auicem uera cum Romanis auferre uoluisset quo-
rum partus erat laboribus, quandoquidē unicā
portionem acceperi esset, Hernici uero & La-
eini, ad quos ager is nihil pertineat, duas. &
quod ne tribunis quidem intercedētibus, & al-
terū legis caput quod aduenas participes facie-
bat abrogantibus paruerit, sed omnibus bene
reipub. consulētibus pertinaciter aduersatus sit.
citabantq; uniuersos cines testes horū omnium.
Post hec etiam occultas tyrannidis probationes
proferebant, collatas ei ab Hernicis & Latinis
pecunias, armaq; cōparata: quodq; affectaren-
tur eum audaciſſimi populorū illorum iuuenes
occultorum consiliorum socij, multarumq; alia-
rum rerum ministri. Hic quoq; testes adducebat
maleos cum ciuium cum sociorum nec malos nec
ignobiles: quibus credens populus, nec meditatis
cius

ei⁹ orationibus motus, nec misericordia flexus,
 ramet⁹ tribus liberis mulierisq; amicis atque co-
 gnatis cum eo sordidatis reorum habitu depre-
 cantibus, ac ne rerum quidem gestarum & ho-
 norum fieri cas promotorum ratione habita,
 damnauit hominem. adeo insensus erat tyrann-
 nidi, ut ne poenam quidem moderatus eum capi-
 te mulctauerit. Verebatur enim ne missus in exilium
 vir imperatoris artibus etate sua pre-
 stantissimus idem faceres quod nuper Mar-
 cius, & amicis iratus conspiratione facta cum
 hostibus bellum gravissimum inferre patrie.
 itaq; peracto iudicio questores ductum in foro
 imminentem rupem, eoro populo inspectante de-
 derunt precipitem. hoc enim cum erat uulgare
 apud Romanos supplicium. Id proprius fidem est,
 quāvis non desint qui prodant alter. aiunt enim
 etiamē larcenē affectatione tyrannidis, pri-
 mum Cassū patrem suspicione motum rem ac-
 curatissime perquisitam detulisse ad senatum:
 quo iudice simul & accusatore coniunctum reū,
 domestica animaduersione uerberatum neca-
 rumq;. & ut cum erant mores patrum in filios
 sonis, inclimentia facit hanc quoq; opinionem
 credibilem. nam & antea Bruius in ambos fi-
 lios animaduertit ut maleficos, securi percussos
 quod uiderentur agere de reducendis regibus: &
 postea Manlius Gallico bello imperator, filium
 post egregiam in pugna operam editam corona-

num

zum prius uirtutis ergò, mox quia contra impe-
 rium ad eam pugnam excesserat præsidio, ut de-
 seriorem neceauit. alij quoq; pares, quidam ma-
 iore, quidam minore de causa, nec pepercérunt
 filijs, nec eos miscrati sunt. quantum igitur ad
 hanc seueritatem attinet, ei opinioni fidem ut
 dixi non abrogo: sed alijs non minimi momenti
 argumentis traducor in contrariam: quia post
 eius necem & ades diruta sunt, ubi nunc quoq;
 ante Telluris partē area, in cuius parie postea
 deam hanc consecrauit populus in via quæ ad
 Carinas fere: & bona eius confiscata sunt, in-
 deq; cum alia templorum ornamenta, tum signū
 Cereri factum ex ære cum hac inscriptione, B X
C A S S I A F A M I L I A. Quòd si patrē eius
 index simul & accusator puniorq; fuisset, nec
 domus eius esset diruta, nec bona publicata.
 Apud Romanos enim nihil filij possident uiuis
 patribus: sed licet eis & pecunijs & corporibus
 filiorū uei arbitram suō. unde satis constat pa-
 terem non fuisse multatum ob indicium per eum
 factū tyrannidis filij: & hoc est cur priori op-
 nioni accedam libentius. posuit tamen utramq;
 ut lectori liberam electionē facerē. Cumq; non
 nulli monerent tollendos etiam filios Cassij, ui-
 sum est senatui tam inhumanū exemplum non
 introducndum in rempublicā, remissaq; ex se-
 natus consilio poena, licuit adolescentulis tuto in
 patria uiuere absq; ulla ignominia: & ex eo
 tempo

tempore usq; ad nostram et atēmos hic Roma
 seruatus est, ut parentum peccata impune sine
 liberis, siue illi tyrami, siue parricidæ fuerint, si-
 ue proditores, quod apud Romanos crīmē est gra-
 uissimum. Et qui morem hunc antiquare ag-
 gressi sunt nostris temporibus circa finem Mar-
 sici belli et ciuilis, arcendo proscriptorum libe-
 ros curia paternisq; honoribus quam diu rerum
 potiti sunt, nisi sunt rem dignam hominū ini-
 dia deorumq; indignatione facere. quapropter
 procedente tempore non euaserunt ulionem iu-
 stissimam, ex altissimo fastigio sic deicēti, ut ne
 genus quidem eorum nisi per fœminas deducētum
 sit reliquum. is uero qui illos è medio sustulit, mo-
 rem antiquum restituit. Ceterum apud nonnul-
 los Græcos moribus receptum est ut ex tyrannis
 nati necneur cum patribus, aut mittantur in
 perpetuum exilium, quasi natura non ferat bo-
 nos filios nasci è malis patribus, aut malos è bo-
 nis. utrorum autem consuetudo sit melior, qui no-
 let dispiciat: mihi reuertendum est ad narratio-
 nis seriem. Post Cassij morem optimates cū sua
 factione ferociores et elatiores quā plebeij sa-
 cti sunt: qui propter humilitatem nominis ac
 uiae contractiores iam damnabant suum iudi-
 cium, quod passi sint è medio tolli propugnatores
 plebis optimū. Augebant hunc mœrem con-
 sules non exequendo decreta senatus, cum debe-
 rent decemuiros agris finiendis creare, et ad se-
 natum

natum referre, quantum agri quibus' ue dixidi
 placeat. iamq; cœtus siebant de fraude sibi fa-
 cta querentium, & incusabætur tribuni ut pro-
 dieores reipublicæ. Illi uero continue conciona-
 bantur exposcētes pollicitæ. Itaq; uisum est con-
 sulibus belli prætexeu tumultuantem populi par-
 tem ablegare, quod foree foreuna per id tempo-
 ris ager Romanus lairocinij finitimorum infi-
 staretur & excursionibus. his iniurias ue ulci-
 scerentur prolatis signis conscribcbante urbanas
 copias. cumq; pauperes non darent nomina, non
 ualentes eos legibus cogere: præsto enim erant
 tribuni in favore multitudinis, intercessuri si quis
 conaretur vel corporibus militiam deere tantum
 afferre uim, vel auferre pignora: interminati no
 permisuros se turbari plebem à quibusdam, ra-
 citam suspicionem reliquerunt fore ut dictator
 crearetur, qui cessantibus reliquis magistrati-
 bus potestatem habeat nulli obnoxiam & ty-
 rannicæ similem. que opinio ubi plubis animos
 subiit, ueriti ne Appium crearente uirum durū
 & difficilem, maluerūt quiduis pati potius. C.e-
 terum conscripsi legionibus consules eduxerunt
 eas in militiam. Cornelius Veientem agrum ua-
 stauit ab actis prædis quas inuenierat: ac mox le-
 gatis Veientium capiuos redemptos reddidit, et
 in annū dedit inducias. Cum altero exercitu Fō
 bius in Aequorum agrum irupit, atq; inde in
 Volscorum. At Volsci cum aliquādū res suas
 diripi,

diripi, agros uastari tulissent, tandem contēperat
Romanorum paucitatem occurrerunt conferti ex
Ante agro correptis armis precipiti magis
quam prudenti consilio: qui si palantes Romanos
opprexisse inopinato aduentu, magna acce-
pta fuisset ignominia: nunc uero consul præmo-
nitus ab exploratoribus prædatores reuocauit
celeriter & instruxit aciem. Volsci uero qui con-
temptim & audacter ueniebant, conspectis præ-
ter expectationem ordibus hostium non me-
diocriter sene perterriti: neglectaque utilitate pu-
blica sua quisq; saluti consuluit. retro enim fu-
giebant quaneū poterant, aliis per aliam uiam.
maior enim pars in urbem evasit: non magnus
globus sed instructissimus recepit se in montis
cuiusdam uerticem, ib:q; in armis pernoctauit.
In sequentibus diebus cum consul tumulum cin-
xisset custodijs interclusis omnibus exitibus, fa-
me compulsi scipios & arma dederunt. consul
tota præda spolijsq; & capiuis per quaestores
uenditis, in urbem deferri iussit pecunia: nec ita
multo post ex hostico motis castris domum re-
duxit exercitum iam in anni exitu. Instantibus
porro comitjs, placuit patribus irritatam ple-
bem uidentibus & pœnitentem damnationis
Caſij cauere nequid nouaret iterum spe largi-
tionum & legis agraria, si incitaretur ab ali-
quo facundo & popularibus concionibus ido-
neo ad coſulariem maiſtaicem euecto. id facile
cancri

caueri posse uidebarur, si consul crearetur uir à
 plebe alienissimus. Itaq; autores petendi consula-
 tus fuerunt alteri ex accusatoribus Cas̄y Cæ-
 soni Fabio fratri Quinti consulis: cui collegam
 addiderunt suæ factionis L. Aemilium uirum
 patricium. his magistratum perentibus plebs ne
 eo potirentur efficere nequibat, quamuis relictis
 comitijs è campo discedere. nam centuriatorum
 comitiorum suffragia sunt penes nobiliissimos.
 Et primæ classis homines, raroq; in eis uenie-
 batur ad classes medias. Ultima uero classis, in
 qua maxima egenæ plebis pars ferebat calculos,
 unicum ut iam dictum est habebat suffra-
 gium, Anno ab urbe condita ducentesimo se-
 ptuagesimo consules facti sunt L. Aemilius
 Mamerci F. Cæso Fabius Cæsonis F. principe
 Athenis Nicodemo: quibus res ex uoto succe-
 sit, nulla ciuili seditione turbante rempublicam,
 externis bellis populum Romanum infestatibus.
 Ita cere in omnibus locis tam Græcarum quam
 Barbararum gentium usu uenit, ut cessantibus
 externis periculis domi ciuitates exagitentur
 seditionibus: sed maxime id accidit in bellicosis
 populis, et libertatem atq; imperium sibi uin-
 dicantibus. exasperantur enim ingenia cupiditatibus
 dedita si prohibeantur à consuetis exerci-
 cij: et ideo prudentes reipub. præsides semper
 alunt aliqua bellorum seminaria, satis ducen-
 tes foris cōflictari quam domi. ergo ut iam dixi
 feliciter

feliciter consulibus accidit subditorum rebella-
 tio. Nam Volsci siue domes̄tico Romanorum mo-
 zu freti, quippe plebe exasperata erga proceres:
 siue ad abolendam superiore anno acceptam
 ignominiam inducti copiarum suarum multi-
 tudine, siue ueraq; hac causa moti, decreuerunt
 bellum cum populo Romano gerere: coactaq; op-
 pidacim iuuenie partem copiarū miserunt con-
 tra Latinos & Hernicos: cum reliqua maiore
 & ualidiore domi expectabant aduenenum ho-
 stium. His Romanam nuntiatis placuit bifariam
 diuisis copijs alterum exercitum Latinis &
 Hernicis praesidio mittere, altero populari re-
 gionem Volscorū. C O S S. ex more sortientibus,
 Cæsoni Fabio ruelala sociorum obuenit: alterum
 exercitū Lucius duxit ad Antium: iamq; pro-
 pinquus eius urbis montibus conspectis hostium
 copijs ex aducso castrā posuit in tumulo. Se-
 quentibus deinde diebus subinde prouocatus ad
 pugnam, tandem ubi tempestiuū uisum est edu-
 xit copias, & priusquam manus concrarentur
 exhortatione usus iussit signa canere. Milites
 ut mos est sublato clamore cōfixerūt tota acie:
 cōsumptisq; missilibus gladios stringētes inua-
 serunt se inuicē pari alacritate atq; audacia.
 erant enim ut iam ante dixi ad eundē modum
 exerciti, & neq; rei militaris peritia Romani,
 qua plerunq; solebant uincere, neq; indefessa la-
 borum tolerantia superiores erant. eisdem enim
 n n hostes

hostes pollebat uirtutibus, ex institutione Mat
cū Romanorum ducum clariſſimi. itaq; neutri
loco ſemel occupato dimoucri poterint. deinde
paulatim Volsci pedem reſcrebant ſcrutatis or
dinibus recipientes inſinuantes ſe Romanos, ut
hoc ſtratagemate turbaretur ordines inuenien
tium ſe ferocius, & ſub iectu eſſent aduersarijs.
rati enim hoc fugre initium urgebant retro ſen
ſim cedentem hostem inebris & ipſi ordinibus.
ubi uero curſu uiderunt eos caſtra pereſſe, perſe
quebantur iam incōpoſitio: poſtremi uero agmi
nis cēturia ſpoliabane caſtauerat uelut pari uir
etoria, & diſcurribat ad uillus diripiendas.
quod ubi Volsci animaduicerunt, & qui fugā
ſimulauerant iam propinqui uallo in hōſte ob
uerti reſticerū: & qui in caſtris relieti fuerāt,
patentibus poris eruperūt locis aliquot, ut mox
mutaretur fortuna prælij, qui modo perſequeban
tur fugientibus, qui fugiebant perſequentiibus.
ibi mulii fortes Romani ceciderunt impulſi per
decliui, & circumuenti pauci à pluribus. nec
clementius tractari ſunt qui ad ſpolia direptio
nesq; ſe uereerant, non ualentes iuſtaurare or
dines & in iuſtu ſe recipere. Nam hi quoq; op
preſſi ab hōſtibus aut confoſſi ſunt, aut uiui ca
peri. quod ſiqui uel harum uel illorū qui per clinū
profligati erant clapsi ſunt, ſero in caſtra redie
runt equitum auxilio. qui ne internecione deſle
rentur, imber etiam repentinus adiuuit & ca
ligo

Iigo densissima & nubula similis, que hostes ab ul-
 teriori insectatione prohibuit prospectum adi-
 mens. Sequenti nocte consul instruetum exercitum
 abduxit silentio quo hostem fallere, & sub uc-
 speram demum castra posuit ad oppidum Lon-
 gulam in terreno quodam tumulo ad arcendam
 vim idoneo: ubi subsistens & remedys risonis
 saucios, & moestos ob ignominiam inopinatam
 oratione solatus est. In hoc rerum Romanarum
 statu Volsci prima luce ne cognouerunt deserta
 castra progressi occupauerunt ea: spoliatisq;
 hostium cadaveribus, & sublatis siminecibus
 de quorum salute spes erat, suisq; sepultis, rece-
 perunt se in propinquum Antium. Ibi uicto-
 rialem pana canentes, supplicantesq; circa o-
 mnia templaque continuos aliquot dies epu-
 lati sunt. qui si hac uictoria comenti nihil am-
 plius tentassent, honestum finem hinc bello impo-
 suissent: nam Romani non suissent ausi amplius
 è castris ad bellum progredi: quippe quibus
 opabile erat ex hostico discedere, fugam igno-
 miniosam quā certam mortē malenteibus. nunc
 uero plura & quo appetentes amisirunt etiam
 prioris uictoriae gloriam. Ut enim cognouerunt
 ex transfugis & exploratoribus paucos euasi-
 se Romanos & in his plurimosq; saucios, per con-
 temptum arreptis armis properauerunt ad eos:
 multi etiam inermes ex urbe procurrerunt cum
 sis ad spectaculum certaminis, aut etiam ad

n n 2 rapinas

rapinas & predam. cumq; aggressi tumulum undiq; uallum conarentur subuertire, primi omnium in eos imperium fecerunt Romani equites tunc pedibus prouolantes propter loci naturam: deinde triarij cōglobatis cohortibus. hi sunt ueterani spectatæ virtutis, quibus tempore pugnæ credunt castrorum custodiam: & non nisi necessitate coacti ad horum extreum subsidium refugiunt. eos Volsci excipientes aliquandiu resisterunt acriter: deinde propter iniurias acem loci recedebant: ac postremo non nullum laesis hostibus, ipsi afflitti grauius, receperunt se in planiciem. ibi castra metari diebus in sequentibus explicantes aciem Romanis faciebant pugnandi copiam, illis intra uallum se continentibus. Quo uiso Volsci in concrepum eorum adducti conuocabant ex oppidis copias, uolentes castra expugnare multitudine militum: pergissentq; preclarum facinus non magno negotio consule cum exercitu aut ui aut deditione in potestatem redacto: iam enim laborabatur uictus inopia: nisi superueniens Romanis auxilium impeditisset felicitatem hostium honestissimum sibi finim iam sperantium. nam alier consul Cæso Fabius audito collig& in fortunio uoluit confessim oppugnatis succurrere: sed reuictus religione auguriorum extorumq; minacium, letissimas tamen cohortes misit ad illū: que occultis & nocturnis itinribus priusquam hostis sentiret peruerterunt

nerunt in castra: ea res animum addidit Aemilio. At Volsci freti suorum multitudine, atq; hoc ipso magis quod Romanus non prodiret in aciem, condensati subibane aduersum tumulum. Consul passus eos cliuum per otium ascendere, ex circa uallum operae mulsum insumere, mox dabo signo multis simul locis per dirutas munitiones emisi milites. Itaq; alijs cominus pugabant gladijs, alijs è munimentis subiectos feriebant missilibus nullo ictu irrito, ut in constipa-
ta multitudine. Volsci multis amissis reiekti à tumulo ægre in castra sua refugerunt. Romani iam euti frumentatum in agros eorum descenderunt ad subleuandam castrensem inopiam. Instante deinde comitiorum tempore Aemilius mansit apud exercitum, pudore clidis ignominiosa, qua parcm maximam militum amiserat: collega eius tribunis cura castrorum commissa in urbem profectus est: cōnoco. reoq; ad comitia populo, consularium aliquot quibus plebs consulatum dari cupiebat ratione nulla habita, quod hi magistratum non peccarent, de solis candidatis centuriatim collegit suffragia. hi erant designati à senatu, quos iussit renuntiari consules, non admodum gratos plebeij hominibus. designati sunt in annum sequentem consules iunior frater eius qui praeerat comitijs M. Fa-
bius Cæsonis F.L. Valerius M.F. qui de Caſio
ter consule tyranidis affectatae damnatio sup-

nn 3 plicum

plicium sumpserat. Hi magistratu initio retulerunt ad senatum de supplemento conscribendo pro desideratis ad Antium m: litibus: impetratoq; in id s.c. edixerūt ut ad certam dicim praeſto effent militaris et atis homines daturi nomina. quamobrem tota urbe tumultuatum est, pauperimo quoq; seditiosè uociferante et detinente uel senatus uel consulum imperia, quādo promissa de diuidendis agris sint irrita: confluebantq; catruatim ad tribunos proditionem eis exprobrantes, et magnis clamoribus flagitanres illorum auxilium. Cumq; alijs non uidetur tempes̄tuum externo bello instance domesticas renouare inimicicias, unus eorum C. Menius negabat se prodita plebe permisurum delectū consulibus, nisi prius decemuiris agro publico diuidendo creatis, et s.c. super hoc promulgato. Et cum consules ei contradicerent, presens bellum causantes per quod staret quo minus promissa soluerentur, negabat se uerba eorum morari, discessus omni uideleatum se prohibitum. Et fecit, nihil tamen potuit efficere. nam cōss. progressi in campum Aarrium, positis ibi sellis delectum habebant, et qui citati non pareret, eos quoniam ipsos ducere nequibant, multabat peccatio, si qui agros haberent cæsis arboribus, uillis dirutis: qui uero alienos fundos à se cōductos coleret, corū agctes firctesq; instrumentum rusticum, iugaboum et iumenta pecoraq; , cum ferrā

ferramenta omnis generis, uasa, uichiculiq; intercessore delectus tribuno nullam opem ferre ualeente. nihil enim potestatis exera urbem habent, quod circumscripta sit moenibus: immo ne pernotare quidem extra urbem eis fas est, nisi Latinis ferijs, quando omnes populo. magistratus pro communi salute in Alba monte Ioui sacrificant. hodieq; manet is mos, ut tribuni nihil pro potestate agant extra moenia. quin et iam ciuilis belli, quod nostra etat gestum est omnium maximum, idonea causa uisa est multis h. sc: quod aliquor tribuni plebis questio se ab eo imperatore qui tum tenebat Italiam ui urbe pulsos, ne quam amplius potestatem haberent, ad Gallicos exercitus eorumq; imperatorē quasi nusquam alias euti, confugissent. qua occasione ille usus, ut magistrati plebis potentissimo sua potestate contra maiorum iusurandum priuato succurrēs pio iustoq; bello, armis in urbem tribunos restituit. Sed tunc plebēj homines tribunitia potestate nihil adiuti submiserunt animos, & uenientes ad delectum dabani nomina, signaq; sequi sacramento adigebantur. itaq; supplementio legionum conscripicio consules sorteii sunt prouincias. Fabio is obuenit exercitus qui ad iutulam sociorum missus suit, Volsci Valerio, cui etiam supplementum conscripsum est datur ducēdum in prouinciam. Cuius aduentu cognito hostibus uisum est consultius alterum exercitum accersere, castra in

nn 4 mimi

munitiorem locum transferre, cauere ne per con-
 sumptum & temeritatem in periculum ut ante
 incidane : que omnia perfecta sunt celeriter:
 sicutq; ambobus ducibus idem belli gerendi pro-
 positorum, suas munitiones tucri si quis inuadat,
 alienas per uim non aggredi : quo factum est ut
 multum temporis conteretur his cunctationi-
 bus. nec tam in ea mente permanere posuerunt.
 quoties enim ex utrisq; castris frumentatum aut
 ad alia necessaria petenda mittentur copiarum
 pars aliqua, conflictus sequebantur & vulnera
 alienante uictoria : quod cum saepius fieret, ca-
 cebant non pauci, plures sauciabantur. Sed Ro-
 manorum iactura non supplebatur : Volscorum
 exercitus augebatur alijs post alios ueniencibus.
 ea fiducia duces produxerunt eos in aciem : cumq;
 Romani quoq; prodissent, acris pugna equitum,
 pedium, uelutum commissa est ex aequo exerci-
 torum & alacrum, unoquoq; in scipso collo-
 canee spem uictoriae. Ne uero multi uerinq; occu-
 bucrunt, plures semincces iacebant, reliqui pauci
 ne ipsis quidem rem gerere poterant, scuis
 prægrauante infixorum telorum multitudine in-
 utilibus, hebetatis aut præfractis gladiis, con-
 tinuato per totum diem labore solutis nervis &
 ad inferendos ictus debilibus, sudore, siti, anhe-
 litu, sicut fit per aestum in longo certamine
 uetrosque uexanibus, nullo memorabili pugna
 precio facto, libenter ambo exercitus signo per
 duces

duces dato receperunt se in castra sua. Neueri postea progesi sunt in aciem, sed obseruabante propinquum frumentorum, pabulatorum, aquarum, lignorum exitus. In urbe tamen mulier opinabantur atq; etiam uulgo iactabant, exercitum Romanum cum uincere posset, data opera nihil egregium gerere, odio consulis & indignatione in patres ob dolo frustratam spem divisionis agrorum. Ipsi quoq; milites consulē ut parum peritum imperatoriarum artium culparabante missis priuati ad necessarios suos liueris. Interea dum h̄ec in castris geruntur, in urbe obseruata sunt multa prodigia deorū iram significantia, exaudite ominose uoces incerto autore, obuersatae oculis nouae spectrorum facies. quæ omnia eō tendebant, ut credidim est ueribus simul consulis & pontificibus, offensos esse deos quorum sacra non rite fierent. quam ob rem magna inquisitione secura, tandem indicium ad pontifices delatum est, unam Vestalium ignis Sacri custodum Optimiam amissa uirginitate sacra polluere. Cuius criminis uera confessione questionibus expressa, alijs quoq; argumentis conuictam eraduxerunt per medium comitium, dempea prius capiti corona suis manibus, uitiamq; defoderunt in specu subterraneo. duos uero eius corrupeores flagitij coargutos confessim necauerunt uerberatos publice. Quo factō mox litatum est, & uates responderunt placata iam n n s esse

esse numina. Consules deinde ad comitia uenerunt, certatumq; magna contentione inter plebem & paeritos: dum hi aliquem è iunioribus impigrum, & minime popularem designari cupiunt, studentes candidato suo Appi Claudij filio plebejus infensissimi, uiro arroganti & audaci, clientelis & ate sua pollentissimo: plebs contrà seniorem aliquem sibi dari consulem populat spectatæ iam æquitatis & nihil curarum nisi Reipub. commoda. magistratus quoq; huius dissidij contagium corripuit, alieris alterorum potestatem irriueantibus. quoties enim consules indicarent comitia quibus candidati consularum peterent, tribuni pro sua potestate intercedebant. rursus quoties hi vocarent ad comitia populum, consules non sinebant, contendentes suum hoc esse officium. incessebantq; se criminacionibus mutuis stipati factiosis ciuibus, interdum ira usq; ad pugnos prorumpente, ut minimum ab armis abesset seditio. id uidens senatus diu considerauit quidnam agendum esset, nec ui cohibere ualens plebem, nec uolens oedere. Scontentiarum altera rigidior erat, dictatorem comitiorum causa dici aliquem ciuem idoneum: eum pulsis uitiosis & contagiosis hominibus, correctoq; siquid superiorum magistratum inscitia labefactatum esset in Repub. eaq; arbiteratu suo cōstiuia magistratus creare viros optimos. Altera mitior, interreges eligi è natu

nata maximis honoratissimisq; quibus curæ sie
ue optima fuit creatio magistratum, quemad-
modum factum est expulsis regibus. In hanc plus
ribus cunctibus interrex nominatus est A. Sem-
pronius Atratinus abrogatis reliquis magi-
stris. qui ad certos dies administrata sine
seditione Republica, designauit alium ex more
Sp. Largium. Is centuriatis comitejs secundum
classes collectis suffragijs cum bona utriusque
paris gratia designauit C O S S. C. Iuliam plebis
studiosum, Q. Fabium Casonis F. 11, addictum
optimatus. Hunc plebs priore consulatu nihil
offensa passa est adipisci secundum odio Appiij.
gaudens repulsa ipsius filij. proceres etiam qui
requirebant consulem industrium, nihil temere
plebi concessurum, probabant hunc seditionis
exitum. Horum consulatu Acqui facta in La-
etinorum agros irrupeione, abegerunt muleum
mancipiorum atq; pecorum repetino lacrocino.
Vientes quoq; Etruscus populus bonam Ro-
mani agri partem infestauerunt excursionibus.
Cumq; senatus dilatis in aliud tempus Aequis
à Vientibus decreuisset res repeti, illi uidentes
sibi esse impune primum maleficium, rati fore
C in posterum, eò uenerunt audacie, ut non
iam prædatoria manu, sed iusto exercitu Ar-
tonam expugnarene: direptisq; uillis simus
cum oppido ditari præda domum se reciperent.
Vientes legatis Romanis responderunt nihil ad
se per

se pertinere illos prædones profectos ex alijs Hetruscorum populis, atq; ita re infecta eos dimiserunt. Quod ubi senatus renuntiatum est, bellum Veientanum decrevit ambobus C O S S. Reclamatum est tamen huic senatus placito, mulcet detrectantibus militiam, & plebi renouantiibus memoriam agrorū diuisionis decreeat ante quinquennium, querentibusq; illūsum sibi fide publica. & totius Hetruriæ bellum id fore iactantibus, si Veientibus succurrant ceteri populi. Nihil tamen horum uerba ualuerunt, sed s. c. plebiscito confirmatum est, suasu & horeatu Sp. Largy. Post hæc C O S S. cum exercitibus profecti seorsum non longe à Vcys castrametati sunt: & cum per aliquot dies hostis non prodiret, depopulati agrum abactaq; præda quamplurima domum reduxerunt copiis. nec aliud eorum consulari memorabile gestum est.

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSEN.

antiquitatum sine Originum

Romanarum, Liber

Nonus.

In quo bellum cum Veientibus. Fabiæ gentis internecio. Seruilius accusatus. contentiones urbanæ. Appii mors. Bellum cum Aequis ac Volscis. tempus annorum x x.

S E Q



E Q V E N T I S anni magistra-
num comitūs rursum iner par-
tes ora est contentio, optimati-
bus virunq; sue factionis con-
sulem destinantibus, plibe popu-
laribus fauente pari studio: que non prius cessa-
uit quam inter partes conuenit ut unaquaq; da-
re consulem. a senatu designatus est Ceso Fa-
bius 11. is qui Cassium tyrannidis reum perege-
rai: a plibe Sp. Furius, L X X V. Olympiade,
principe Ahenus Calliade, quo tempore Xerxes
expeditionem fecit in Greciam. Ad hos quam-
primum magistratum inierunt uenit Latinorum
legatio, petens a senatu ut ad se mittetur alie-
consulum cum exercitu, qui compescat Aequo-
rum insolentiam: Etruria quoq; uniuersa mo-
ueri nūtiabatur, breui in armis futura. Coactum
enim erat gentis cōciliū: ubi cum Veientes eni-
xissimis precibus egissent ut eos in societate bellī
contra Romanos gerendi periraherent, tandem de-
cretum est, licere Heurusciis qui uelint ire in eam
militiam, ita ut iustum exercitum Veientes colli-
gerent. His in urbe cognitis iussi sunt Coss. exer-
citibus conscriptis contra hostes ire, alie Lari-
nis opem laturus, alie cum Heurusciis bellū ge-
sturus. His obnubebatur Sp. Icilius unus ē tribu-
norū colligio, quotidianis concionibus promis-
sam agrorum diuisionem a senatu exposcens, ne-
gansq; se passurū uel de bello uel de ulla alia re-
agi

agi decerni'ue nisi prius eratis decemuiris fili-
niendo ac dividendo agro publico, sicut plebi
promissum fuerat. *Hic haerentem senatum nec*
expedientem consilium App. Claudius submo-
nuit, darent operam dissidium inter tribunos
fieri: potestatem enim illam intercessoriam sa-
crosanctam ex legibus confirmatam non posse
nisi suismet dissolui viribus. Ex quia unus quilibet
eorum hac potestate sit praeditus, curarent
semper consules ut unum e collegio, si non plures,
sibi ac senatu concilient, cuius opera utantur
aduersus ceteros. Ea scincnia ualde probata
est C O S S. Ex paucum primoribus: effeceruntq;
omnibus centenis ut quaeuor e tribunis in partes
senatus transirent. qui aliquandiu rationibus
conati Icilium auertere ab actionibus agrariorum
donec redirent pacata tempora, illo peruicaci-
ter manente in proposito, ex non cessurum se
deierante, adco ut ausus sis coram populo super-
bissimam uocem edere, malle se Hetruscos cæte-
rosq; hostes urbe poritos uidere, quam occupato-
res publico agro frui sinere: tandem arrepta oc-
casione aduersandi honestissima, quando etiam
plebs offendebatur tam impotenti dicto, aiunt se
actioni collegæ intercedere: aperięq; iam stabant
à senatu ex cōsulibus. ira desolatus Icilius nihil
amplius poterat. Post haec delectus est habitus:
Ex quicquid usus belli posceret subministraba-
tur magna promptitudine tam priuatum quam
publ

publicè. Consules sortiti exercitus eduxerunt celeriter, Sp. Furius in Sequos, Cæso Fabius in Hetruriam. Spurio successerunt omnia feliciter, hostibus non ausis cogredi multumq; præde atq; capiuvorum hac expeditione parcum est. nam sc̄mē totum hosticum peruagatus est agens ex ferens, prædam omnem largitus militi. quo factum est ut prius etiam plebis amator habitus, tum existimationē eam confirmauerit: ex actoq; militia iēpore integras ex dictatas reduxit copias. Alter cōsul Cæso Fabius egregie functus omnibus imperatorijs munijs nullam tamē rerum gestarum laudem retulit, non sua culpa, sed quod exsus esset exercitiui, ob Cassium cōsulem, quem coniunctum affectat & tyrannidis affecerat extre-
mos supplicio. nam neq; imperata cius exequib; an-
tūr celeriter, neq; loca sibi opportuna occupabāt,
qua ab alacriter aggredientibus uel ui uel surgo
occupari poterant, neq; aliud quicquam proprie
faciebant quod ad honorem atq; gloriam ducis
sui posset cōducere. reliqua tamen eorum insolentia
tum ipsi minus molesta erat, tum Reipub. non
admodum noxia: postremum autem peccatiū non
mediocrem utriq; attulit ignominiam coniun-
ctam periculo. Cū enim acies utrinq; in medium
castrorum campum descendisse totis viribus,
multis editis egregijs facinoribus, ex hoste in su-
gam uero, nec persecuti sunt eum consule uehe-
menter instance, nec castra expugnare uoluerunt,

sic

sed relicta imperfecta uictoria in sua castra reuersi sunt. Cumq; imperatorē eum quidā appellare conarētur, magnis clamoribus uniuersi conuiciabantur, dicentes per ipsius imperiū desiderari multos uiros strenuos: & post multas uerborum cōtumelias irati postulabāt ut moeis castris in urbē se reduceret non sufficiuros ad iterādum prælium si hostis impiceret. & neq; monitis eius mouebātur, neq; flectebātur precibus, neq; minis intentatis, si quando & his uiceretur, terrebātur: sed exasperabantur his omnibus. tanusq; suis ducis & imperiorū contemptus, ut media nocte surgentes eccloria refrigerent, arma sumerent, saucios deportarent, iubente nemine. hoc cognito necesse habuit omnibus profectionis signum dare, ueritus eorum temeritatem ne à se deficerent. Illi haud secus quam fuga seruati magna celeritate consecuto itinere sub diluculum fuerunt urbi proximi. at custodes qui stabant in mœnibus ignorantes amicum agmen esse, arreptis armis conuocabant se inuicem: reliqua etiam ciuitas quasi magna clade accepta pauore ac cumulo referentia fuit: nec prius aperte sunt portae quam luce iam clara domesticae legiones agnoscerentur: ut praeter ignominiam desrorum castrorum periculum etiam non mediocre adicerint, in tenebris per hosticum discendentes nullo ordine. quos si hostes re cognita persecuti fuissent, nihil uerabat interneccione clericorum exercitum. Causa autem huius

huius seu discessus seu fugae fuit ut dixi publicum
 ducis odium, & quod ei honorem inuidi-
 rent, ne triumphans in urbem reuectus illustris
 fieret. Postridie uero Hetrusci cognito Romano-
 rum discessu spoliauerunt eorum cadavera : di-
 repeisq; impedimentis, que multa ut in diuturni
 belli usum parata in castris relicta fuerant,
 quasi uictores finitimi agris popularis retro
 abduxerunt exercitum. Sequentis anni consu-
 les, Cn. Manlius, M. Fabius iterum, ex senatus-
 consulto contra Veientes quam maximum du-
 eturi exercitum, edixerunt ad quam diem de-
 lectum habere uellent, ut presto effente daturi no-
 mina. cumq; tribunorum unus Tib. Ponificius
 intercederet, postulans plebi agros promissos di-
 uidi, consules quemadmodum & superiores be-
 nigne appellatis eius collegis effecerunt inter
 ipsos dissidium, ac mox senatus mandata exe-
 cuti sunt libere. itaq; conscriptis intra paucos
 dies copys profecti sunt cum binis urbanis legio-
 nibus, nec paucioribus sociorum atq; colonorum
 auxiliis. Latini & Hernici duplum eius quod
 peritū est miserant eis, nec tamen omniū usi sunt
 opera, sed gratiis aetis remiserunt dimidiū. Ter-
 rius quoq; exercitus iuniorum due legiones ius-
 sus est excubare pro mœnibus, si qui aliū hostes
 ex improviso existarent. emeritam uero etatem
 in urbe reliquerunt arcibus ac mœnibus præsi-
 dio. admotis deinde prope Veios exercitibus ca-

stra munierunt in duobus tumulis non multum
 inter se distantibus. hostes quoq; ante urbem ca-
 stra habebant, magnus & ualidus exercitus.
 conuenerant enim eò totius Herurie proceres
 cum suis clientibus, ut Romanos non mediocri-
 ter superarent numero. Consules uisa hostium
 multitudine armorumq; splendore, solliciti erat
 ne parum iustum esset suos non consentientes
 concordibus hostium copijs opponere in acie.
 itaq; uisum est consilius castris bene munitis
 bellum ducere expectando aliquam occasionem
 ex ostium audacia remeraria: interim per feren-
 tarios subant uelitationes continua, nullo euen-
 tu memorabili. Herusci morarum impatiens
 similitatem Romanis exprobrabane qui non
 progrederentur in aciem, & de se magnifice sen-
 tiebant, quibus totis campis cederetur. auxie
 cum consulum & exercituum contemptum no-
 ua opinio, quasi düs proprijs ipsi bellum gere-
 rent. nam alterius consulum Cn. Manlij præto-
 rium de celo tactum fuit: laceratum est fulmi-
 ne tentorium, euersus foculus, arma fœdata uel
 ambusta uel in totum concreta, occisus eximus
 equus quo in prælijs uti consueuerat, & famu-
 lorum aliquot. Interpretibus prodigijs monenti-
 bus deos significare castrorum oppugnationem
 & clarissimorum virorum interium, Manlius
 excitos media nocte milites traduxit in altera
 castra, ut intra easdem cum collega municio-
 nes

nes tēderet. Hetrusci migrationis causa ex quibusdā captiuis cognita magis etiam elati sunt, uelut infesto Romanis numine, conceperūtq; magna spem uictoriae. Vales quoq; Hetrusci, qui proficentur exactiore scientiam rerū cælestium & fulgurum unde ueniant, quóue se recipiāt, à quibus dīs mittantur, quid boni maline portendant, hortabantur suos ad præliū, sic differentes de oblato Romanis prodigo. Fulmine delato in Consulis tentorium, in quo prætorium erat, eoq; usq; ad focum delecto, significat am esse diuinitus exercitui castrorum expugnationem & clarissimorum perniciem. Ergo, inquiūt, si mansissent in loco tacto, nec prodigiū secū ad alios trāstulissent, unis tantū castris captis, exercitus unius exitio defuncti satiassent indignationem numinis. nunc quia uolentes magis quam dī sapere transierunt in alia castra loco eo deserto, ac si non hominibus illi clades portenderent sed locis, tota corum ira incumbit ex & quo in uirosq;, tam qui exceperunt, quam qui excepti sunt. Et quia dīs fatali necessitatē denuntianibus, non expectatio fato suis castris ultro cesserunt hostibus, altera que descriores illos exceperunt, pro descriatis expugnabuntur. His à uatibus audiis Hetrusci parem copiarum suarum miserunt ad castra modo à Romanis deserta occupanda, tanquam munimentum castris alecris oppositum. erat enim locus admodum firmus & ipsis op-

oo 2 port

poreunus, ne via ex Urbe in Romana castra ferenti imminens. alijs præcrea rebus in suum compendium preparatis cum hostium dispendo, produxerunt militem & consulibus a quo loco pugnandi fecerunt copiam. quibus quiescetibus audacissimus quisq; uallo adequitans increpabat mulierum exercitum appellans, ducesq; ipsos timidiſſimis animantibus per conuicium comparans, & alterutrum postulans: aut descenderent in planiciem, si uiri fortes essent, decreturi uno prelio: aut si fateretur ignauiam, armis uictori traditis, poenitq; maleficiorum per solutis, nihil præclarum sibi usurpare amplius: faciebantq; hoc quotidie. & cum nihil proficerent, decreuerunt eos circumuallare, fame ad detinonem compulsuri. Haec cōs̄s̄. diu serebant non timiditatem aut pusillanimitatem: erant enim ambo animosi & bellicosi: sed suspectam habentes plebeiorum milium ignauiam uoluntariam & segniciem propter seditiones agrarias. adhuc enim obuersabantur auribus & oculis que anno superiore consuli honorem inuidentes turpiter & præter maiestatem pop. Rom. fecerant, uictis concessa uictoria, & fugæ simulatae admissa ignominia, ne illi uiro triumphus contingret. ergo cum uellent seditionem in totum è castris tollere, & uniuersam multitudinem redigere in pristinam concordiam, idq; omnibus consilijs agerent: quoniam neq; animaduersione

in

in quosdam castigare licebat ceteros propter
insitam superbiam & arma quae habebant in
manibus, neq; rationibus persuadere in tanta
animorum obstinatione: uidebantur hi duo mo-
di reliqui per quos eximere cur seditio: ad corri-
gendas mansuetiores (erant enim & tales non-
nulli admixti multitudini) pudor opprobriorum
hostilium: ad interactabiles autem necessitas,
quam uniuersum humanum genus meruit. Ne
igitur horum utrumq; fieret, permiserunt hostem
insuliare uerborum contumelias, quicquid impu-
tanter ignavia: & per contemptum suis illu-
dere, ut necessitatem fortitudinis imponerent
his qui nollent sponte rem fortiter gerere. sic
enim fore sperabant ut ad prætorium cōcurren-
tes pre indignatione clamoribus præliū posce-
rent, id quod factum est. Ne enim hostes cœpe-
runt castrorum exitus uallo intercludere, rem
non ferendam Romani rati, pauci primum, mox
caeruleatim confluabant ad eentoria consulum,
nociferantes & prodicionem eis obiectantes: &
nisi quis ducem se præbuerit, illorum iniussu ar-
reptis armis cruenturos se dicentes. cumq; unde-
quaq; acclamaretur, duces adesse tempus ex-
pectatum existimantes, licet oribus mandaerunt
ad cōcionem uocare milites. Tum Fabius egres-
sus prætorium sic eos allocutus est. Tarda qui-
dem uenit uestra indignatio post tot hostiles
contumelias commilitones atq; præfecti, & ista

configendi cum hostibus cupiditas quæ scrius
quam oportebat nos subiit, iam int̄ceptiua est.
dudum debueratis hoc facere, cū primum uidi-
stis eos è munitionibus descendentes prouocare ad
prælium. tunc enim honeste certassimus de im-
perio, & ex dignitate Ro. populi. nunc uero ne-
cessariò pugnabimus, & ut felix cōtingat exi-
tus, certè par decus non erit, attamen recte faci-
ens, dum uel nunc tandem præterit amēardit atē
uultis corrigere, & quod reliquū est uirium ani-
morūq; recolligere: habeturq; uobis magna gra-
tia ob hunc ardorem honestissimum, siquidem
amore uiruis exoreus est. præstat enim siro
quam nunquā officium facere. & q; utinam om-
nes pariter uilitatis cōmunic respectū habeas-
ris, ueram eadem uniuscīs insit alacritas. nunc
ueremur ne plebey ob legem agraria īfensi ho-
noratioribus magnā cladē afferant recip. &
suspicamur indignabundas istas acclamaciones
nō ab omnibus eodē animo fieri: sed alios ut pœ-
nas de hoste sumant exire cupere, alios ut ausu-
giane. causam autem huius suspicionis non uad-
es præbuerunt nec coniecturæ, sed facta mani-
festaria eaq; nuper conspecta ut scitis anno pro-
ximo: quando cōtra hos ipsos hostes ualido missio-
exercitu, et primo prælio depugnato feliciter, cū
consul & dux uester Cæso, frater meus cui suc-
cessi, posset castra hostium ui capere, & uictori-
riam clarissimam referre in patriam, inuiden-
tes

res ei gloriam quod nō esset plebis studiosus, neq;
 ad gratiam eius tractaret rem publicam, nocte
 prælium secuta iniussi reuulsis tentorijs aufu-
 gerunt è castris, neq; periculo de territi ne nullo
 ordine, nullo duce noctu hostico excederent: neq;
 metu ignominiae secuera quod quantum in se
 esset hosti de imperio cederent, eiq; à se uicto.
 horum metu tribuni uosq; centuriones & nuli-
 tes, qui neq; praesesse possum neq; parere uolunt,
 cum sint multi, perniciaces & armati, neque
 prius cum hoste congregdi uoluimus, neq; nunc
 etiam audemus cum talibus propugnatoribus
 de rerum summa decernere, ne impedimento sine
 alijs omnem alacritatem præstantibus. atta-
 men si & illorum animos deus aliquis incitat,
 & onus perniciosissimis recip. dissidij possunt
 expectare pacata tempora, praesentiq; uiru te
 abolere præteritas ignominias cupiunt, nihil ue-
 zat nos cum bona spe hostem aggredi. nam pre-
 ter alijs occasions uictorie maximas nois
 præbet hostium stultitia: qui cum tanto maio-
 res habent copias, ut uel hac una prærogativa
 possint nostræ fortitudini atq; peritie resistere,
 hac præcipua commoditate scipii priuauerunt,
 absumpia exercitus parte in castellorum præsi-
 dia. deinde cum deberent caute ac prudenter
 agere singula. reputantes cum præstantoribus
 sibi esse negotium, temere inconsidereatq; ruunt
 in prælium, ac si iniusti sint ipsi, nos uero corum

OO 4 and

audacia peregrini, id præ se ferunt iste circum-
 uallationes, istæ castrorum obequitationes cum
 dictorum factorumq; contumelias. Hæc cogitan-
 tes & tot honestissimarum pugnarum memores
 quibus eos profligasti, ite alacres in prælium,
 & quem quisq; locum in acie tuendum acce-
 perit, cum sibi domum, agrum, patriam existi-
 mæ. qui suum manipularem seruauerit, suæ sa-
 luti consuleum credat: ecôtra seipsum proditum,
 is qui illum destituerit. Illud præcipue memineri-
 sis, resistendo & pugnando paucos uiros cade-
 re, inclinata uero semel acie uersaq; in fugam
 paucissimos euadere. Hæc ad accendendam suo-
 rum uirtutem co memorante non sine lacrymis,
 & tribunos, cœnuriones, aliosq; spectatæ forii-
 tudinis milites nominatim appellante, pollicen-
 teq; maxima eximia operæ præmia pro cuiusq;
 merito, honores, diuitias, aliaq; commoda, con-
 clamatum est à iubentibus cum bono esse ani-
 mo, & in prælium se ducere. Aderat ibi M.
 Flauoleius uir plebeius & colonus operari suis
 manibus solitus, non uilis tamen, sed laudabilis
 corporis animiq; foritudinis, cœnurio primi pili,
 hoc est inter L. x. unius legionis cœnuriones præ-
 cipuus. is ubi editiore loco constituit, statura
 quoq; conspicuus: hoccine, inquit, timetis C O S S.
 ne facta nostra dictis non respondeant? ego pri-
 mus uobis pro meipso certissimam fidem fa-
 ciam. uos ciues eiusdemq; fortunæ socij, si idem
 quod

quod ego faciatis recte feceritis. Hac locutus
 stricto gladio iuravit patrum sacramentum,
 cuius apud Romanos uis est maxima, bona sua
 fide non nisi uictorem se reuersurum ex acie. hoc
 eius exemplum omnibus placuit, moxq; ambo
 consules id imitati sunt, ceteriq; duces minorum
 ordinum tribuni atq; centuriones, ex deinceps
 reliqua multitudine milium. quo facto ingēs ala-
 critas rotum exercitum subiit, mutuaq; bencuo-
 lentiā, simulq; robur ex audacia. digressi q; è
 concione frenabante equos equites. ceteri gladios
 lanceasue acuebant, aut scuta exergebant,
 breuiq; omnes erant parati ad prælīum. Ac
 C O S s. dijs in uota uocatis ut sibi duces essent,
 produxerunt suos in aciem. quibus uisis Herusci
 mirati ex aduerso prodierunt totis uiribus. Ut
 uero à quo loco uiriq; constituerunt, dato signo
 conflixerunt etiam equites quam pedites, milieis
 primo concursu cadentibus. Romanum dextrum
 cornu cui Manlius consul præerat, sibi opposi-
 tos impulit, equieibus pedestrem pugnam cape-
 sentibus. at sinistrū circumueniebatur à dextero
 hostium, quod Herusca acies ea parte esset non
 paulo proterior, ita ut laboraret saucijs multis
 militibus. ei legatus præerat Q. Fabius bis
 C O S. diuq; restituit uaria uulnera perferens:
 postremo lancea traiecto usq; præcordia pecto-
 re exanguis cecidit. quo audiō M. Fabius con-
 sul, qui in media uersabatur acie, assumptis ua-
 lid

lidissimis cohortibus, accitoq; altero fratre Cæsone, præteruolans suam aciem cò processit ubi Romani circumueniebantur: moxq; in hostes irruens congregati ausorum magna strage edita reliquos propulit, & fratrem adhuc spirantem sustulit, qui non multo pòst est moreuus. Cæterum ultores eius magis etiam in aduersos incitati, nulla proprie salutis ratione habita, cum modica manu in confertißimos penetrantes accubabant cadauera, ita ut iam hac parte turbarentur Herrusci, reictis qui primùm uincebat. at sinistrum eorum cornu fugæ proximum instatè Manlio, uersa uice fugauit oppositos. nam quidam coniecta Lancea femur eius ad inguem usq; discidit, qui à proximis mox in castra relatus est. is casus animos auxit hostibus ratis ducent Romanum occubuisse, & alijs etiā succurrentibus impressionem fecerunt in orbatos duce suo. ita Fabijs necesse fuie rursum è sinistro in dextrum cornu transcurrere. Quibus cum ualido globo aduentantibus Herrusci à persequendo destiterunt, cōdens aueruntq; suos ordines. Ibi redintegrata pugna utrinq; multi occubuerunt. Dum in hunc modum certaverunt, pars Herruscorum quæ deserta Manliū castra occupauerat, signo ab imperatore suo dato magna celeritate atque alacritate invasit altera castra, ut non magni momenti presidio custodita. nec eos sefelle opinio. nam præter erarios & paucos alios milie

militari robore præditos, ceterum uulgas nego-
riatorum, lixarum calonumq; & opificum in-
erat. ibi multis in angustum locum concurrenti-
bus: nam de aditu portæ certabatur: acri pugna
cooreta muli tam Romani quā hostes c. e. si sunt.
Manlius quoq; consul qui cum equitatu eò ad-
uolauerat, prolapso equo non ualens præ uulne-
ribus resurgere perire. & circa eum ceciderunt
multi alijs fortis iuuenes. quo facto castra capta
sunt, non irrito Tuscorum uaticinio. qua uiclo-
ria si uti sciuisse hostes, & capta castra mu-
nissime præsid: o, potiri fuissent impedimentis,
eiectis turpiter militibus. nunc ad direptionem
uersi, & pleriq; ad curam corporum, c. greciam
prædam emiserunt è manibus. Ut enim alicr cō-
sul amissa castra cognouit, properauit eò cum
lectissimis equitum atq; peditum. cuius aduentus
audito Hetrusci discurrentes in uallum corona
facta propugnabant fortiter: fuitq; ingens cer-
tamen, his sua recipere conantibus, illis si expu-
gnare neur internectionem timentibus. quod cum
protraheretur diutius, Hetruscis è superiore lo-
co contra totius diei labore fessos propugnanti-
bus, T. Siccinius legatus cum C. O. S. communica-
to consilio iusit receperii canere, & simul col-
lectos unum tantum castrorum latius oppugna-
re, quod uidebatur minus munitione quam cæc-
tra. portas autem onus in ratione probabili, qua
minime falsus est, remissuros contentionem si
sal

salutem sperauerint. qua desperata si undiq; cin-
 gerentur hostibus, nullo patente exitu, ausuros
 extrema necessariò. itaq; dum unum tantummo-
 do latus oppugnatur, Hetrusci missa pugna
 per auersam portam in sua castra se receperunt.
 Consul uero hac clade depulsa rursus recurrit
 in aciem. Ferunt nunquam ad eam etiam Ro-
 manos pugnasse tam magno prælio, siue diutur-
 nitas eius spectetur, siue pugnatorum numero-
 sitas, siue fortunæ nunc his nunc illis fauciis ui-
 cißitudines. erant enim urbanæ iumentuæ cir-
 citer xx. millia peditum, & cū his equites ala-
 rij iiii. legionum m c c. colonorum quoq; &
 sociorum par numerus. pugnatum est autē usq;
 ad solis occasum, cum cœpissent paulo ante me-
 ridiem. Fortuna uero diu nurauit, nunc huc nūc
 illuc inclinante uictoria. alter consulum cecidit:
 & unus legatorum qui bis consul fuerat, aliq;
 muli tribuni & centuriones quot nunquam
 antea. Victoria etenim penes Ro. fuisse uidetur,
 non ob aliud quam quod sequenti nocte Hetrus-
 ci desertis castris abierunt. Postera die Roma-
 ni direptis hostium castris & sepulis suorum
 cadaveribus, in castra se receperunt. Ibi pro con-
 cione donari sunt ob egregiam uirtutem & he-
 sternam forem operam, primum Cæso Fabius
 consulis frater mirificis facinoribus spectatissi-
 mus, secundo loco T. Sicinius cuius consilio ca-
 stra recepta fuerant, tertio M. Flauolcius pri-
 mipilis

mihi cœnurio, uel ob ius iurandum, uel ob admiradæ fortitudinem. His peractis & paucis aliquot diebus in eisdem castris consumptis, postquam nullos amplius hostes uiderunt qui pugnare cuperent, domum reuersi sunt. Cumq; rotus populus pro maximo prælio feliciter depugnato triumphum offerret superstitioni consuli, recusauit ipse negans uel fas uel ius esse in fratribus & collegiæ funeribus lauream sumere. Itaq; repositis signis dimissisq; militibus consulatu eius rauit, cū duo menses superessent de magistratu annuo. nō poterat enim obire consularia munia uulnere immanni saucius ita ut decumberet. Senatus interreges elegit comitiorum gratia, quibus à secundo interrege habitiis creatus est Cæso Fabius is qui militari bus donis ornatus fuerat, frater eius qui modo consularu decesserat, nunc tertium consul, & cum eo T. Virginius. Hi cum exercitibus quos cuique fors dederat profecti sunt, Fabius contra Sequos Latini agri populatores, Virginius contra Veientes. Sequi aduentu exercitus cognito, propere castris ex hostico motu receperunt se in sua oppida. agros eorū consul impune populatus est, ita ut multa præda, multis captiuis potiretur negotio minimo. Cæterū Veientes cum à principio mœnibus se continuissent, tandem occasionem nocti hostes per campos dispalatos & prædabundos aggressi ordinibus instructis, recepta præda multos occidit

occiderunt ausos congregati, reliquos in fugā ueterunt. Et nisi T. Sicius legatus cū instructa manu peditum equitumq; succurrēs eos repres-
sisset, potuisset deleri totus exercitus: sed huius interuentu reliquis data est in unum se recollin-
gendi copia. iamq; congregati omnes tumulum quendam occupant sub uesperam, ubi securam noctem cgerunt. Hac uictoria Veientes elati ob-
sederunt tumulum, & alios ex urbe acciuerunt,
quasi obsessos brevi ab rerum inopiam ad dedi-
tionem coacturi. Cumq; magna multitudo ue-
nisset, bina castra fecerunt ad latera tumuli mi-
nus ardua. alijs quoq; multis locis opportunis
disposuerunt minores custodias, ut armatis re-
plerentur omnia. at Fabius per litteras à collega
monitus de obsessorum extremo periculo, fame
subigendorū nisi matutinè succurratur, motis ca-
stris properauit contra Veientes: & si una die
serius uenisset, nihil profecisset rebus perditis su-
perueniens. pressi enim inopia prodicant in pu-
gnam ut morcentur honestius, & cōgressi pu-
gnabant sessis corporibus inedia, siti, uigilijs,
alijsq; incōmodis: sed paulo post cōspectus exer-
citus Fabij magnus & instractus, suis auda-
ciam, hostibus pauorem attulit. nam Heirusci
rati se ualidis & recentibus copijs impares, re-
lictis castris abierunt. At Romani exercitus
postquam concerunt, magnis castris prope urbem
loco munito positis per aliquot dies optimam
Veientis

Veientis agri pareem populati domum reuersi sunt. Veientes ut audiuerunt Romanum exercitum dimissum, cum expedita iuuentute sua uicinorumq; populorum irruperunt in campos finitos, eosq; resertos frugibus, pecoribus, hominibus, diripiuerunt. descenderat enim e munimēris coloni propter pabulum pecorum agrorumq; culturam freti exercitu suo: quo opinione citius domum reuerso priusquam illi se in eum recipierent, nemine sperante sic afflitos Veientes iam cito ausuros hostilia, brcui tempore magnam Romani agri partem percurrerunt populando usq; Tiberim & montem Ianiculum ad uigissimum ab urbe stadium & ulearius, non minore damno populi Romani quam ignominia: quod nulle essent sub signis quae eos prohiberet copiae: ita hæc excursio facta est prius quam colligerentur & centuriarcentur Romani milites. In senatu post consultatione de modo belli gerendi cum Veientibus, placuit ad agrorum turelam praedium haberi continenter in finibus. Sed grauabantur sumptu, quod aerarium esset exhaustum continuis expeditionibus, nec priuatorum hominum tributa sufficerent: nec parum difficultatis erat in conscribendis militibus: quod nemo uolens proficiere cur in eam militiam, ubi non per uices sed indefinenter exercendi essent laboribus. His de causis senatum hesitantem & anxium autore consule Fabia gens adiut, uero suam

suam operam ad hoc bellum offerens, clientibus
 & amicis iunantibus suo sumpcio id sustinere
 pollicens. Quibus ingentibus gratijs actis, & in
 hac eorum promptitudine spe victoriae tota col-
 locata, sumptis armis profecti sunt, populo fam-
 iliam inter patricias clarissimam ad celum
 ferente laudibus, & ire forces, ire felices iubente,
 deosq; uotis & sacrificijs solicitante, ut incepitis
 euanius pares concederent. Praerat eis M. Fa-
 bius, qui superiore anno consul Herruscos pre-
 lio uicerat, ducebaturq; ad summum quatuor mi-
 lia militū. horum maior pars clientes erant &
 sodales, ex ipsa Fabia gente & c. & sex uiri.
 eam manū paulo post alia securā est, ductu Cæ-
 sonis Fabij consulis. Cumq; peruenisse prope
 fluminum Cremeram, qui non longe à Veius abest,
 castellum pro copiarum numero in tumulo quo-
 dam praerupto communierunt, duplii fossa &
 argere cinctum distincto crebris turribus, cui
 de fluvio nomen indiderant Cremeræ: quod opus
 per multas operas & consule adiutante citius
 opinione absoluteum est. eo profecto M. Fabius
 ad ulteriorem Ucidentem agrum proiectus qui
 reliquā contingit Herruriam, ubi erant Ucien-
 tium pecora, quod nunquam couenturum Ro-
 manum militem crederent, magnam prædam
 abegit in castellum recens conditum, letus uel
 quod hosti ram cito dignam persoluisset gra-
 tiam, uel quod presidiarijs magnam pararet
 copiam

copiam nihil enim in publicum reuelit, nec milie-
 ribus diuisit, sed pecora, iumenta, iuga boum, fer-
 ramenta, reliquumq; instrumentum rusticum co-
 lonis castellani largitus est, atq; his peractis
 reduxit exercitum. Ceterum Vcientium res post
 eum locum communium non bene se habebant,
 quod nec agricolatio tuta esset, nec importatio
 cōmeatum. Nam Fabij diuisis quadrisariam
 copijs, una parte praesidio castelli relicta, tribus
 alijs agrum hosticum infestabante prædas agen-
 tes ferentesq; & sepe Vcientem hostem nūc ex
 insidijs nunc aperte se inuadente profligauen-
 runt, mulisq; cæsis intra munimenta se recepe-
 runt. quo factum est ut illi ne auderent quidem
 congregari amplius, sed intra mœnia plerunq; se
 continent non nisi furtim progrederentur: atq;
 ita hiems ea exacta est. sequenti anno L. Aemilio, C. Seruilio C O S S. nuntiatum est Romam
 Volscos & Aequos secundre iunctos in Roma-
 num agrum propediem irruptionem facturos.
 nec falsus erat nuntius. Viriq; opinione citius
 proximos quosq; agros uastabant, rati Roma-
 nos & sibi repellendis & bello Heirusco geren-
 do fore impares. Rursus aliunde nuntiabatur to-
 ram Heiruriam in bellum conspirasse, decreuif-
 seq; Vcientibus auxilia. Consigerant enim ad
 eorum opem nō ualentes excindere castellum do-
 mesticis uiribus, obsecrantes per cognationem
 & amicitiam totq; bella gesta communibus

pp auspic

auspicij, ut horum omnium memores bello se iu-
 uarent contra Ro. populum, qui oppositi pro to-
 ra Hetruria continuum bellum sustineant, Ro-
 manos obicet suo arcentes à reliquis eius re-
 gionis populis. quibus rationibus Hetrusci per-
 suasi polliciti sunt eis quantum petebant auxi-
 liarem exercitum. His cognitis sentitis statuis
 tres exercitus emittere: properatisq; dilectibus
 L. Aemilius contra Hetruscos missus est. cum
 eo profectus est Cæso Fabius superioris anni con-
 sul impetrata à sinatu uenia ut sibi liceat in-
 teresse bello quod gentiles sui Cremrenses gere-
 bant, Marci fratris ductu in eam militiam pro-
 fecti anno proximo: istq; ei proconsularis pote-
 stas addita. Alter consul C. Servilius in Vol-
 scos duxit exercitum: in sequos uero procos.
 Ser. Furius. In uno quoq; exercitu due legiones
 erant, Latinorum, Hernicorum, aliorumq; so-
 ciorum par numerus. Proconsul Furius non mi-
 nus feliciter quam celeriter bellum consecit. uno
 enim prælio sequos sudie ac fugauit, idq; mi-
 nimo negotio, primo statim congressu territos:
 deinde agros uastauit hoste compulso intra
 mœnia. Servilio temere ac præpropere congresso
 non succedit ex animi sententia Volscis præua-
 lentibus. itaq; necesse habuit amissis multis ui-
 ris fortibus posthac abstinere à prælijs, et in-
 tra castra manendo per uelitationes solas bel-
 lum ducere. Ceterum L. Aemilius quem in He-
 truriam

eruriam missum diximus, exercitu pridentium
ante ipsorum urbem inuenio, simulq; magnis eius-
dem genitis auxilijs, nihil cunctatus est: sed al-
tera die postquam castramitatus est producto
in aciem exercitu accrimie conflixit cum hosti-
bus. Cumq; ancipie i marte certaretur, equitatū
immissie in dexterum cornu hostium. quo pertur-
batio in alterum innectus est. ex equo pugnans
quà loci natura id patiebatur: ubi minus, dis-
liens in pedes, & pugnam prosequens. Laboran-
te auctem utroq; cornu ne media quidem acies
locum suum retinere potuit, sed impulsa est ab
adversarj pedibus: ac mox omnes in castris
compulsi sunt. Nec similis persequi destitit
seruatis interim ordinibus, sedens terga postre-
mi agminis. Castra quoq; per totam eam diem
& sequentem noctem sine intermissione oppu-
gnata sunt. sequenti uero die hostibus lißitu-
dine, uulncribus, peruigilio deficibus ui cap-
ta sunt. Hec uisci ubi uidcrunt uallum transcen-
di, desertis castris pars in urbem refugerunt,
pars in montes proximos. Ea die consul perman-
et in castris hostium: sequenti uero coronis ui-
ros fortes donauit alijsq; donis militaribus: &
quicquid in castris repertum est iumentorum
atq; mancipiorum opulentaq; tectoria militibus
in prædam concessit, ditato magis quam ante
unquam exercitu. sumptuosa enim & delicato
uictui confueta Hec uisorum gens erat tam do-

pp 2 mi quam

mi quām militie, circumferens secum praeceps necessarios commicatus diutinem & arte laboratam suppellectilem uariam, quotidianarum uoluptatū instrumentum luxuriosissimum. In sequentibus diebus fessi multum uidentes pacem à consule petierunt per legatos supplices. qui cum lacrymis multa queſti & precati ad mouēdam miserationem, impetraverunt ut sibi liceat legatione ad senatum missa de pace agere: interim dum respōsum refertur, milites abstineant à malisficijs. pro hac legatione concessa C O S. imperauit eis frumentum duorum mensium in usum exercitus, & stipendium sex mensium: quibus acceptis & inter milites diuisis, induciae facta sunt. senatus legatis auditis & consulis literis acceptis, rogantiis ac monētiis ut celeriter bellum Etruscum finirent, hostibus pacem quam pertinenter dari statuit ijs legibus, quæ L. Aemilio C O S. uidetur optime. C O S. ex S. C. populum uidentem in foedus pacis recepit, magis & equitatis ratione habita quam uilitatis uictoris populi, non agro multatum, non alijs pecunij, ne obsidibus quidem acceptis ad fidei certitudinem. id factum ei magnā inuidiam attulit, effecitq; ut fraudaretur debita pro rebus bene gestis gratia. nam triumphū petenti obiecta est arrogancia, quod leges foederis non ex senatus sententia prescripta. quod ne per iram aut in suam contumeliam factum interpretaretur, bellum Volscum

scum ei decreuerunt : ut ope sua subleuato colle-
 ga , & illic quoq; si posset rebus gestis feliciter
 (erae enim nūr admodum fortis) aboleret indi-
 gnacionem erraio priore meritam. at ille offen-
 sus hac repulsa uehementer de senatu apud po-
 pulum questus est , quòd paeres & gre ferrent Her-
 erusco bello finem impositum. id eos insidiosc &
 in contemptum pauperum facere , ne bellis exer-
 nis leuati promissis agros reposcante , toties iam
 deceperit eorum fallacij. his & huiusmodi alijs
 probbris per furorem asperso patriciorum ordine
 dimisit suum exercitum : proconsulis quoq; Fu-
 rū copias ex Aequis reuocatuis sacramento
 soluit : unde tribunis magna senatum pro con-
 cionibus accusandi materia præbita est , dissi-
 diaq; screndi pauperes inter & diuices. Sequun-
 tur cōsules C. Horatius , T. Menenius , L X X V I .
 Olympiade , qua uicit in stadio Scamander Mi-
 tylenæus , Phædone Athenis principe. Hi prin-
 cipiò ciuili tumultu impediebantur quo minus
 res gererene , irritata plebe , & nihil aliud
 agi sinecne prius quam diuidereur ager publi-
 cus : sed postea tales turbationes præsentii ne-
 cessitati cesserunt , ut uolentes nolentes irent in
 militiam . nam Hetruscorum undecim populi
 pacis expertes in communi concilio uientes ac-
 cusabant , quòd inconsulcis cæteris pacem cum
 Romanis fecerint , & alteruerum ab eis postu-
 labant , aut discederent à Romanorum fœdere .

pp ; aut

aut in illorum partes concedentes contra se bellicos ex professo gererent. Vientes pacis necessitatim excusabant, à qua quomodo honeste discedere possent, concilio dispiciendum relinquabant. Tum quidam submonuit, accusari posse non deductum è castello Cremera præsidium. hoc ut fiat perendum esse, & ni impetreretur, ab oppugnatione castelli bellum inchoandum. In hæc postquam consensum est, dimiserunt concilium: nec nullo post viuentes legatis ad Fabios missis reperiebant castellum, armata iam tota Etruria. Hæc ubi Romæ ex ipsorum Fabiorum litteris sunt cognita, iuspi sunt ambo C O S S. ad bellum proficiunt, cum hoc nouum Etruscum, eum Volscum illud iamdudum incepit. Horatius duas legiones duxit cum ualidis sociorum auxilijs. Tantundem copiarum attributum est Menenio itero in Etruscam militiam. qui dum cunctantius profectionem expedit, interim Cremera expugnata est delecta internecione gente Fabia. De hac clade duplex est opinio, sed aliora uerisimilior: mihi ueramq; libet apponere, ita ut comperi. quidam aiunt cum instaret genitile sacrificium profectos ad id conicatos paucis clientibus, nec sub signis, nec exploratio uiuere, sed negligenter quasi per pacatum incederunt. Etruscos uero qui hæc præsciuerant, missa copiarum parte struxisse insidiis in uia; reliquam uero partem secutam interual

inter uallo modico. deinde cum ad locum infessum
uenissent Fabiū, Hetruscos aggressos illos tam à
fronse quām à lateribus, & paulo post superue-
nisse à tergo reliquos. sic undiq; circumuentos à
funditoribus sagittarijs iaculatoribusq; uario
missilium genere confixos atq; obrutos emunus.
Sed hæc narratio mihi minus fie uerisimilis.
nam neq; tot uiros sacrorum causa in urbem
absq; S. C. reuersos est probabile, cum ea sacra
curari potuerint per gentiles relictos in urbe iam
reatis emerit & homines: & ut nulli domi relictū
fuerint, uix credibile est omnes decessisse ex præ-
sidio. poterant enim tres quatuorue pro tota
gente sacra facere. quamobrem mihi hoc uide-
tur incredibile. Propius ueritati existimo quod
alijs tam de gentis interitu quām de castello ca-
pto produnt in hunc modum. Cum se penumero
prædarum exirent, & innitatæ successibus co-
hortes cōtinuè procederent ulterius, Hetrusci pa-
rato ualido exercitu in propinquuo castru posue-
runt clām hostibus. deinde propulsis in pascua
gregibus pecorum armentisq; equorum & boum
illectabani uiros ad prædam co modo. illi castel-
lo egressi comprehensis pastoribus abigebant pe-
cora. Hæc sèpius factitando Hetrusci, semperq;
proliciendo hostem longius à munitionibus, cor-
ruptis nimia securitate illorum animis, &
inscatris lucro continuo, noctu locis opportunitis
disposuerunt insidijs, premisis qui occuparent

pp 4 immis

imminentes campis speculis. sequenti die multæ
armena è castellis emiscerunt cum paucorum
armorum præsidio. Hoc Fabijs nuntiato, esse
ultra proximos colles campum plenum omni pe-
cudum genere, corumq; non satis custoditorum
ab exigua manu militum, prodierunt è castello
relictis ranium præsidarij, emensoq; propere
medio spatio uenerunt in conspectum custodum,
qui non expectauerunt eorum impetum. at Fa-
bij iam securi capitis pastoribus abigebant etiam
pecudes. interea Heirusci multis locis coorti ex
insidijs undiq; in eos imperium faciunt. ibi Ro-
mani pleriq; palantes prius quam sibi iniicem
possent succurrere, oppressi sunt. unus eorum glo-
bus festinans ad montana ut se in locum curum
recipere, in alias insidias inter fructa incidit.
ibi acris pugna commissa cedes uerinq; magna
facta est. tandem ingenii strage edita supersti-
ties euaserunt in arduum quendam tumulum, ubi
sequentem noctem cegerunt sine commensibus.
Sequenti uero luce præsidarij cognito suorum
casu, maiorem partem predatorum c.esam, for-
tissimum quemq; oppugnari obfessos in deserto
quodam tumulo, & nisi mature subueniatur
subigendos uictus inopia, exiuerunt magna fe-
stinatione per paucis relictis ad castelli custo-
diam. hos Heirusci prius quam coniungerentur
cum alieris circumuenerunt, & fortissime repu-
gnantes tandem ad unū interfecerunt. nec multo
post

post illi obſerſi in tumulo fame ſuiq; prementeſtatuuerunt cum hoſte congredi, pauciq; cum muleis conſigentes à mane pugnauerunt uſq; ad uesperam, tanta ſtrage hoſtium ut multiſ locis impedirentur aceruis cadaucrum. Hetruſci amiffa plus quam certa parte fuorum, & reliquias timenteſ, ſigno receperui dario pugnaq; intermisſa, per caſuceatores offerebant eis tutum eranſium, ſi tradidit armis caſtello excederent. quas conditiones uiris illis auerſantibus, malen-ribusq; oppetere forteſer, iſtaurato prælio per uices eos aggreſſi ſunt, non iam ut ante coni- nus, ſed è longinquo certatim petenteſ ſaxis alysq; telis miſſilibus iſtar hibernæ niuiſ. Ro- mani militeſ in globoſ condensati procurrebant in hoſtem: quo reuo cedente configebanteſ eclis undiq;. iamq; gladii uel hebetateſ uel fractiſ, clypeis circumquaq; perforati, ſtabant exan- gueſ pleriq; & telis horrentes, membraſ pra multitudine uulnerum languidiſ, cum He- truſci contempni eos inuadunt. at Romani fe- raruſ riuſ occurrenteſ, coruム haſtilia prehen- deneeſ perfringebant, & gladioſ extorquebant: quidañ ex ſtrage reuigenteſ conglobati repu- gnabat animiſ magis quam corporibuſ. quam- obrem hoſtes reuo cefſerunt peruicacia uiuoruム territi, & audacia quam ex uite deſperatione conceperant: rurſuſq; ſaxis eos emiuiſ impet- bant, & quicquid contentio telum faceret. ita

pp 5 rand

eandem missilibus sunt obruei. uictores accurre-
runt ad praefidiarios, præ se gerentes illustrium
uirorum præfixa contus capita, sine mora dedi-
tionem sperantes, sed fruſtra. nam reliquæ Fa-
bianorum accensæ emulatione generosi sociorum
exitus, prodierunt admodum exigui, numero,
et post longum certamen eodem quo ceteri mo-
do interneccione deleti sunt. castellum miliiibus
vacuum ab Hebruscis caput est. Hac narra-
rio fide dignior uidetur mihi quam aliea illa
quam prius memorauimus, quamuis ueraque
graues Romanorum historicos autores habeat.
quod uero addunt aliqui nec uerum nec uerifi-
mire, sed uanis rumoribus ad posteros eradicum,
operæ pretium est coarguere. dicunt enim qui-
dam CCCV. Fabijs casis ex tota gente uni-
cum puerum relatum superstitem, id quod ne-
fieri quidem potuit. nec enim poterant omnes
calibes esse ac sine filijs. nam prisca lege cog-
bantur uxores per etatem ducere, educareq; li-
beros, quam diligenter usq; ad suum seculum
seruata m hancquam soli concempſſent Fa-
bij. sed detur hoc quoq; illud certe dari non po-
reſt, ne fratrem quidem etatis tenetra fuisse illo-
rum cuiquam. fabulis enim hoc effet simile fi-
gmentisq; ihicatricis. Iam paeres eorum ad tan-
tam orbitatem redacti, neandum omnes effacti,
anon uolentes nolentes dediffent operam liberis-
ne cultiores deſſent ſacris gentilijs, neue fami-
lia

lia tam nobilis interiret. quòd si ne patres qui-
 dem habuerunt superstites, prodigiosa certe res
 in tanto numero nemini fuisse infanciem filium,
 aut uxorem grauidam, aut puerum fratercu-
 lum, aut patrem at aitis integræ. Hæc reputans
 ueram eam famam non credo. Illud uerum est,
 cum in trium fratrum, Cæsonis, Marci, Quinti,
 domo per septennium consulatus continuatus
 fu, soli Marco superstitem fuisse filiolum, atq;
 has intelligi Fabie familie reliquias nihil pro-
 hibet. Et quia nemo ex ea gente inclinavit præ-
 ter hunc iam adulcum, hinc natam esse mulco-
 rum opinionem, neminem præterea superfluisse.
 Fabium, non quòd nullus prorsus alius relictus
 fu, sed quòd nullus illis similis, uirtutem non
 cognitionem astimando. Et de his quidem hæc
 dixisse sufficiat. Heurusci Fabiis cæsis captaq;
 Cremera duxerunt exercitum porrò contra le-
 giones Romanas reliquas. non longe enim inde
 erant castra Menenij consulis parum euto loco
 sita. Et quando Fabia gens cum clientelis suis
 periit, consularis exercitus circiter x x x. sta-
 dijs à loco cladis aberat: quapropter mulorum
 opinio fuit, sciuisse consulem periculum Fabio-
 rum, sed neglexisse, quòd iniuderet eis tantam
 uirtutem Et gloriam quo factum est ut post ac-
 cusatus à tribunis, hac potissimum de causa
 damnatus sit. Vehementer enim populus Roma-
 nus luxie tot calumniarum uirium multatus
 et impli-

Et implacabili odio prosecutus est quicquid eius
 clavis causam præbuisse uideretur : diem quoq;
 huius casus inter aeros et nefastos reuulit , et
 ad quiduis boni operis auspicandum religiosos.
 Hetrusci uero ubi prope Romanos uenerunt, uisis
 eorum castris sub montis latere , contempserunt
 ducis imperitiam : Et usi fortunæ beneficio, mox
 assumpio equitatu euaserunt per alterum mon-
 tis latius in uerticem prohibente nemine. occupa-
 soq; imminente Romanis tumulto imposuerunt ei
 præsidium : ac deinde per orium adductis eò ce-
 teris copijs castra ualla et profunda fossa mu-
 nierunt. quod si Menenius animaduertisset
 quanto potiore loco essent res hostium, et intel-
 lecto errore suo periculoq; exercitus transstulis-
 set eum alio , sapienter fecisset. nunc uero quia
 pudendum ducebat peccasse uideri, difficilis mo-
 nitoribus in uere pudendam cladem incidit. nam
 hostes qui è loco superiore interdum ad uelita-
 rationes progrediebantur , nunquam inferiores
 discedebant, sepe commeatius intercipiebant, et
 pabulatores aquatoresq; per insidias opprimen-
 tes : eoq; redegerunt consulem, ut nec tempus nec
 locum pugnare posset eligere , quod apud impera-
 tores maxime habetur imperitiae. contra Hetrusci
 ueriusq; horum habebant arbiterium. at-
 ramen ne tum quidem castra mouere Menenius
 sustinuit, sed maluit in aciem suos educere spre-
 cis monitoribus. Hetrusci uero in rem suam
 uen-

uentes amentia consulis descenderunt à castris
duplo numero. ut uero conflixerunt exercitus
cadebant multi Romani non ualentes seruare or-
dines, Herruscis à fronte propellenteibus, quos
loci natura iuuabat, suis uero à tergo urgen-
tibus, quod in longum patet Romana acies.
itaque cæsis centurionum nobilissimis reliquæ
exercitus in castra compulsus est. uictores &
signis & saucüs & cadaveribus portio sunt.
castra quoq; continuata per diem noctemq; op-
pugnatione capta sunt militibus profugienti-
bus. mulium ibi mancipiorum, multum reliqua
præde partum. contenti enim corpora seruare
impedimenta reliquerant, ne armis quidem re-
tentis pleriq;. Et in urbe postquam cognita est
clades & castrorum expugnatio: nam ante lu-
cem ex fuga primi uenerant: magnus tumultus,
ut par erat, exortus est: nec alicui quām si mox
irruerurus esset hostis, arreptis armis magna
discursatione alij mœnia petebant, alij stationem
pro portis, nonnulli occupabant loca urbis edita.
rotaq; urbs perstrepebat clamore confuso, dome-
sticis uigetioribus singula recta occupanteibus:
ignibus quoq; continuatis ut in obscura nocte,
& accensis per recta cubiculaq; facibus collu-
cebant omnia, incendū quandam speciem præ-
bentia procul intuentibus. quod si ium Herrusci
contempta castrensi præda insticisse uestigüs:
fugientium, ictus ille exercitus deleterus fuisset:
nunc

nunc uersi ad direptionem impedimentorum curamq; corporū, egregia seipso priuauerunt gloria. Sequēti die uersus urbē ducentes exercitum, Ianiculum montē x v i. stadijs distantem occupant: ibi Romam in cōspectu habentes agros impune populabantur magna urbanorū contumelia, donec alier consul Horatius c. Volscis exercitum reduceret. cum demū Romani rcm tūrā rati armata iuuentuc domesticā produxerūt copias. pugnatum deinde ad spēstadio ab urbe octauo, hostesq; profligati: atq; iterū ad Collinā portam maiore prælio fusi fugatiq; egregie: quibus duabus uictorijs respirauit à pauore populus, simulq; is annus peruenit ad exiū. sequenti anno post æstium solsticiū sexili mense cōsulatum inierunt uiri rei militaris prudētes, Sp. Seruilius, A. Virginius: quibus bellum Etruscum durum alioqui & difficile uidebatur uile collatum ad res domesticas. nam cum proxima hieme desertus & incolus fuisset ager proprius occupatum uicinum montē & excursiones continuas, ac ne externi quidem cōmeatus importarentur à negotiatoribus, laboraiū est magna inopia frumentis, urbe præter domesticam iurbā agrestium quoq; multitudine referta. inerat enim centum & decem milia ciuium qui puberiatem attigerant, ut proximo censu liquuisse: mulierum autē & puerorum, seruitiorū item, negotiatorū & opificum inquilinorum (nemini enim ciui Romano aut
caup.

cauponari, aut opifcia sordida exercere licet
 bat) triplum tantum quantum ciuium : quibus
 difficile erat uerba dare cōcurrentibus in forum,
 indignantibus & in magistratus uociferatis,
 cateruatimq; in ædes diuitiū irruentibus, & sine
 pretio diripere conantibus penuria. Nec cessa-
 bant interim tribuni, sed pro cōcione accusabane
 patitios: semper eos aliquid moliri contra pau-
 peres dicentes, & uniuersa que unquam accide-
 rant mala, etiam que incitabilis foremæ uis
 afferre solet mortalibus, in illorum refractis ma-
 litiam: atq; ita magis exacerbabant uulgus su-
 apie sponte procline ad contumelias. In tam mi-
 sero rerum statu C O S S. dimissis in propinquas
 loca qui cōmeatus coēmerent, per singulas quoq;
 domos ciues frumentū proficeri iusserunt, ut quod
 superesset familiari usui cōferretur in publicum.
 quibus areibus effecerūt ne pauperum audacia
 prorumperet in facinora, utq; magis uacare de-
 lectus habere. Postremo absumptis omnibus qua-
 domi ad uictum prodeſſe poterant, externis com-
 meatibus tardius subuentibus, foris hoste ur-
 genie, intus fame, leuius malum duxerunt se ac-
 suos externis periculis exponere, quam intra moe-
 nia seditionibus & inopia confici : eductisq; co-
 püs intempeſta nocte traiccerūt flumen ratibus,
 & prius quam clara dies illucere caſtra con-
 uulerunt cum hostibus. sequenti uero die militem
 produxerūt in aciem. In dextro cornu Virginius

præs

praeerat, in sinistro Seruilius. Læcum id fuit Hetruscis, si scmel etiam succederet afflicturis Romanam potentiam, quod scirent imperij robur in ea stare acie, & spes licet uana uictoriam promitteret, quia Menenij copias iniquo loco superauerant. Commissum est acre prælium & diurnum: Hetrusci multis cæsis, pluribus amissis, in castra se receperunt. Virginius dextrum cornu cohibuit ne retro cedentibus insisteret, iubens contentos esse præsentis successu. Seruilius aletri cornui praefectus cum suis diu persecutus est eos qui sibi oppositi fuerunt. ut uero ad acclivia uentum est, conuersi Hetrusci succurrente & castrorum præsidio fecerunt in persecutores suos impetum. qui cum aliquantisper restituisserent, coacti terga uertere, propulsiq; per declinia, disiecti passim cæsi sunt. at Virginius cognito sinistri cornus casu, per monem suos instructos duxit transuerso itinere: & superueniens à tergo hostibus suos persequentiibus partem milicium reliquit ad prohibendos si qui è castris in auxilium suorum prorumperet, cum reliquis hostes inuasit: interea Seruiliani resumptis animis in pugnam reuersi sunt. itaq; circumuenti Hetrusci cum neq; per rumpere possent oppositam aciem, neq; in castra urgenteribus à tergo alijs refugere, misere maior pars contradicari sunt. Romani cruenta uictoria potiri sunt, ne ipsis quidem admodum læto euensi prælij. Consules in castris ibi circa stragem positis

positis per nocte auerūt. Ac ea manus Etruscorum que Ianiculū montem occupauerat, quoniam domo nulla submittebantur auxilia, decreuit præsidio decedere: noctuq; proscela viros petebat, quaç civitas Heiruscarū erat sibi proxima. Romani castris positi, direptis impedimentis que in fuga per trepidationē relicta fuerāt. saucios etiam multos ceperant, uel in tenebris iacentes, uel pañim stratos rōto itinere. quidā enim desiderio patriæ supræ uires ausi conabantur sequi suorū discessum, postea deficienteis collabebantur semincces: quos Romanorū equites ad muliū uiae persecuti conficiebant. Fusis fugi: isq; hostibus, castello diruto, milites cum spolijs in urbem reversi sunt, resarentes in prælio cæforum cadaveria, miserabile ciuitati spectaculum propter desideratos tot uiros fortissimos, populo anticipite inter luctū & uictorialē lætitiam. Senatus dijūs persoluit uocis uictimas, consulibus triumphū negauit. nec ita multo post urbs repleta est commercibus uarijs, parem coemptis ære publico, partim subiectis a frumentarijs negotiatoribus, ita ut restituereetur annonæ pristina uilitas. Finis bellis externis intestina scditio recruduisse, tribunis plebē turbatis. quorū cæteras actiones patres impediuerunt delinitis singulis: cæterū accusationē Menenij qui superiore anno consul fuerat, impedire frustra conati sunt. Q. Cossidius & T. Genucius diem ei dixerunt: iussuq; ratione

zionem reddere parum feliciter administrari
 imperij, & in primis amissione Cremeræ atq; Fa-
 biorum exitij, cum haud procul inde statua ha-
 buisset, tributis comitijs indicatus formè omni-
 bus calculis dñnatus est: quamuis esset Agrip-
 pa Menenij filius, eius qui plebem patricijs re-
 conciliatam in urbem reduxerat, quiq; defun-
 ctus à senatu publicis impensis magnifice fune-
 rarius fuerat, & à matronis honoratus luctu
 annuo. non tam in capitalis mulcta fuit, sed pe-
 cuniaria, si ad nostri seculi mores ac uitæ con-
 feratur ridicula: sed illius temporis hominibus
 suis manibus necessarium uictum quarentibus,
 prescripsi huic cui pauperias pro patrimonio
 relicta fuerat, grauis, duo milia arcorum assiū.
 id nomisma librale fuit, ut tota mulcta sedecim
 salēta eis cōficeret. Inuidiosum hoc uidebatur
 eo seculo, ac proinde mitigatum est abrogatis
 multis pecuniarijs & translatis ad boues peco-
 raq; , taxatio numero ultra quē non licet magis-
 tratus à priuatis mulctā exigere. Hæc Menen-
 ij damnatio rursus exasperauit erga plibē pa-
 triciorum animos, ut neq; agrorū diuisionē fieri
 permittent, nec ullā in re uellent ei gratificari.
 Et paulò pōst ipsam plebem cius iudicij pœni-
 tuit, ubi cognouit de eius uiri obitu. nam uitata
 hominū consuetudine nunquā postea conspectus
 est in publico: cumq; posset exsolvia mulcta uer-
 sari in munijis publicis, paratis ad numerandū
 anūc

amicis, noluit: sed uita scipsum multans domi
mærore inediaq; cõtabuit. nec aliud co anno ge-
stū est. P. Valerio Publicola, C. Nautio C O S S.
initio statim anni, alius uir patricius Sp. Serui-
lius, ut cõsularu abŷt reus capitis fuit, à L. Cæ-
ditio & T. Statio Tr. pl. die dicta. ab eo magis
infortunū quām peccati exigebatur ratio, quod
proximo pralio Hieruscos in castra refugientes
audacius persecutus quām prudentius, moxq;
crupiōne facta repulsus, robur iuuenturis ami-
serit. Hoc uiri periculū indignissime rulerunt pa-
tricij. rem non sìrendā inter se dictitātes, eos qui
se pro rep. impigre hostibus obiiciant, si aduersa
foreuna reflauerit ignauie accusari ab ijs qui
nunquā in acie steterint: atq; hoc modo cohībita
ducū audacia libertatē simul & imperium ue-
nire in periculum. itaq; magnis deprecationibus
apud plebeios agebant ne damnaret hominem.
ostendentes non esse è rep. damnari duces ob in-
forenum. postquam autem dies iudicij uenit,
progressus in medium L. Cæditius accusationē
exorsus est, dicens illius stuleitia & imperitia in
manifestariam pernicitem inductum exercitum,
desideratumq; robur & florē Rom. populi, &
nisi recognita colliga festinus opem tulisset re-
presso imperiu hostium, suosq; ciues seruasset, de-
lato altero exercitu in posterum dimidium tan-
tummodo uirium habituram fuisse remp. His
dictis testes citabat centuriones superstites &
qq 2 quosd

quosdam milites alios, qui ad regendam suæ fugae ignominiam, infelicitatem duci uerebant criminis. post hæc magnam miserationem defunctorum mouēs, ex cladem exaggerans, nullis uerbis contemptim effusis in patriciorum inuidiam ut eos à deprecando deterreret, reo pro se dicēdi fecit potestatem. Tum Scrutius sic defensionem aggressus est. Si in iudicium me vocatis Quirites, et officij mei ratione reposcitis, paratus sum causam dicere: sin ad certum supplicium, ex nihilo potiore cōditione futurus sum approbata innocentia, iam nunc arrepētū hoc corpus erat ut libitum est. Sic enim mori felicius existimo quā peracta causa non persuasisse iudicibus. cum enim uidebor merito pati quicquid de me statueritis. uestrā quoq; minor erit culpa, si etiamnō incerti criminis reum per irā necaueritis. licebit autem mihi de animis uestrīs coniecturam sumere ex tumultu aut silentio, uerū ad supplicium prōiores situs an ad iudicium. His dilectis retinuit. mox silentio præbito, ex plerisque bono animo esse iubentibus ac quicquid uellet dicere, denuo exorsus est. Ergo si iudices nos Quirites nō inimicos habeo, facile uobis approbabo meam innocentiam. incipiam autē ab ijs quæ uobis omnibus sunt notissima. Ego creatus sum consul cum opimo hoc Virginio, quo tempore Herusci communio in Ianiculo præsidio, agroq; Romano in suam potestatem redactor,

spem

spem conceperat breui se deleturos uestrum imperium. in ira mœnia fame interim simulq; seditione laborabatur. nec expediebatur ullum salubre consilium. tam iniquo recip. tempore, tamq; turbulenio & horribili, admotus gubernaculis, hostes ope collegæ uici duobus prælys, coegi q; desertio præsidio discedere: brcuiq; post famē populi repleto foro commicribus uenalibus, & successoribus meis agrum hostibus uacuum, urbem sanam ac trāquillam tradidi. Cuius igitur criminis reus sum? nisi force uictoria crimen est. quod si aliqui milites in prælio feliciter depugnato ceciderūt, que culpa est seruili? nec enim dum aliquem duces habent sponsorēm uitæ descendentiū in præliū: nec ea conditione imperium accipimus, ut omnes hostes decuincamus in egris nostris copijs. quis enim mortalium in se tam fortunæ quam consiliorum euentus recipere? sed magna opera præmia semper magnis emuneur periculis. Nec mihi primo cum hostibus congresso hic casus accidit, sed propter modum omnibus qui unquam minore manu maiorem exercitum ausi sunt aggredi. Nam sæpe usu uenire ut qui modo persequebātur hostem mox ipsi fugerent, & qui multos occiderant plures ē suis amitterent. Taceo multos omnino uictos accepta clade maxima reuersos domum cum ignomonia, quorum nemo pœnas dedit inforeny. Satis enim ad pœnam est ipsa calamitas:

qq 3

& hoc

Et hoc ipsum laude frustrari grauis ac molestia
 iactura est ducibus, etiam si nihil accedit pre-
 serea. Et tamen tam abest ut detrectem, quod
 meo iure possem, etiam pro foreuna causam di-
 cere, ut preter ceterorum ducum morem patiar
 in disquisitionem uocari foreunam meā non mi-
 nus quam consiliū: modo hoc unū præfari mihi
 licet, me humanarū actionū scilicet arem infeli-
 citatem non ex ipsis actionibus indicare, qui-
 bus tantam uarietatem inesse video, sed ex eā
 cuenit. qui si ex sententia ceciderit, etiam si per
 multa iristia ad eum perueniatur, nihilominus
 laude ac emulacione omni*i* dignum haberi au-
 dio, Et ad bonam fortunam referri. quories uero
 finis malus est. etiam si omnia iucunda præcesser-
 int, id non felicitati tribui sed infortunio. Huc
 igitur spectantes exanunate fortunā quae mihi
 in bello hoc adfuit. si me uictum fuisse compe-
 rieris, malam pronuntiare: sin uictore, bonam.
 Verum de fortuna. quoniam cum disputationem
 molestam video, Et si plura dicere possim, desi-
 no. Sed quia consilium quoq; meum accusatur,
 non proditionis aut ignauiae: nec enim tam per-
 frictæ frontis sunt aduersarij, ut haec uulgata
 ceterorū ducum reorū criminā obijcere audeat:
 sed impericie militariū artium Et insipientia,
 quod periculi subierim non necessarium usq; ca-
 stra hostem persecutus, reddam etiam huius ra-
 zionem: cum in promptu mihi sit dicere: aliena
 facta

facta reprehendere facillimum esse cuius, res
 egregias gerere per difficile paucisq; datū, neq;
 iam facile futura prospici, ut iudicari de prete-
 ritis: quandoquidem hæc sensibus percipimus,
 illa præsagijs atq; cœiecturis colligimus, in qui-
 bus inest fallaciarum plurimum. persicile item
 cuius esse uerbis ducta re ac regere copias pro-
 cul periculo, quemadmodum accusatores mei fa-
 ciunt. Sed ut ista omittam, agite per' dcos dicite,
 solus ego aut primus castra nisus sum aggredi,
 & exercitum per acclivia ducere? an idem fece-
 runt imperatores nostri alij, euentu uario? Cur
 igitur omisis alij me iudicatis si hæc imperite
 ac parum ex officio facta putatis? quam multa
 exempla maioris audacie uenerant in mentem
 ducibus, quoties tempus non ferre euera cōsilia?
 quidam enim signiferis erupta signa conicerunt
 in hostes medios, ut signioribus necessitatem for-
 zitudinis imponerent, scientibus fœdum suppli-
 gium propositum his qui signa non reculisse
 incolunt. quidam traductis in hosticum copijs
 ruperunt pontes fluminum, ut desperato effugio
 pugnaturis audaciam inferrent. alij tentorij
 una cum impedimentis crematis, effecerunt ut
 sui necessario ex hoste pelerent quicquid opus
 haberent. Omisso infinita alia consilia ducum
 audacissima, uel nunc usitata, uel à maioribus
 memoria prodita, quibus præter spem frustrati
 nunquam ad pœnam vocati sunt. nisi hoc forsitan

qq 4 alij

aliquis obüciet, me alijs in manifestā perniciem exposuit, ipsum mihi cauisse à periculo. quòd si inter ceteros ueratus postremus excessi prælio, cui feci iniuriam eiusdem cū alijs fortunæ particeps? atq; hæc de meipso dixisse sufficiat. nunc de ordine amplissimo, quoniam commune odium propter agros non diuisos me quoq; contingit, quod nec accusator dissimulauit, uerum bonam accusationis meæ partem in hoc insumpxit, libet paucis apud uos dicere. dicam autem libere, siue ex uerstra utilitas ex mea dignitas postulat. Præter ius ex fas Quirites facitis, qui pro rotanti senatus in uos beneficüs nullam habetis gratiam: quòd siquid uestris precibus negauerit, non per inuidiam, sed quia hoc imperari non sit è rep. irascimini maiorem rationem haberi utilitatis publicæ quam uestri desiderij. at qui debueratis optima eius consulta boni consulere, ex publicorum commodorum respectu à priuatis uestris cupiditatibus absistere: aut si non possitis ratione imperare affectibus noxijs, saltem persuadere quod postularis, non per vim conari eripere. nam ulteronea dona ex dantibus iucundiora sunt quam extorta, ex accipientibus magis perpetua quam illa contraria. Quod uos me Dius fidius non consideratis, sed turbamini ex efferamini, ac ne momento quidem temporis ciuitatem quiescere sinatis. Ergo præstat bellum habere quam pacem, quando in bellis inimicis male

male facimus, amicis in pace. At qui si putas
 Quirites omnia senatus consilia honesta esse cō-
 modaq; reip. ut reuera sunt, quin hoc quoq; tale
 creditis? Sin prorsus nihil ita ut deberent curare
 opinamini, sed male turpiterq; administrare
 rempub. quin potius in totum amoro magistra-
 eus ipsi capessitis, in cōmune consulitis, bcella pro
 imperio geritis, quam acciditis eum paulatimq;
 consumitis, iudicis tollentes quemq; illustriſſi-
 mum? sacius enim esset nos in uniuersum à uobis
 infestari, quam unum post alium priuatis calu-
 mnijs apperi. Verū non uos in culpa estis, sed
 concionatores isti qui uos perturbant, nec impe-
 riū ferentes nec imperare ipsi scientes. Et quan-
 cum ad istorum insipientiam atq; imperitiam
 attinet, iam ſāpe subuersum fuisset uobis hoc na-
 uigium. nunc uero lapsus eorum corrigit, ex ci-
 uitatem seruat incolumem, hic ipſe senatus qui
 tam male audit apud uos. Hac siue incunda uo-
 bis audiu, siue moleſta, uerifīma cerere ausus
 sum dicere, ne qui malum ob libertatem reipub.
 uilem emori, quam ad solam uoluptatem uestrā
 loquendo seruari. Hac locutus, nec ullis amplius
 querimonij usus aut deplorationibus depreca-
 tionibꝫ ſue abiectionibꝫ ſuppliſibus, nec quicquā
 ingenerosum praſe ferens, ceſſit in uicem dicē-
 di ſuccedere uolenteibus uel aduocatis uel testi-
 bus. itaq; multorum testimonij ſubleuatus eſt,
 & in primis Virginij collegae ſui, autoris eius
 q q s uict

victoria, qui non solum alienum cum à culpa
pronuntiavit, uerum etiam laudandum duxit, ut
uirum rei militaris peritisimum, ducemq; for-
tissimum addiditq;, si eos bellum huius non pœni-
teat, ambobus sibi habendam gratiam: si in mi-
nus, ambos ex quo plectos. cōmunicatis enim
factis & consilijs fortunam quoq; communem
fuisse. mouebat autem non solum oratio uiri, sed
& tota uita spectata bonis operibus. nec parū
faciebat ad affectus ciendos habitus hominis,
alieno dolore moestii, & haud minus saeagentis
quam in proprio periculo. quo factum est ut
etiam desideratorum necessarij, qui alioqui ui-
debantur implacabiles, molliti mitiores se præ-
starent, irasq; ponerent, ut mox apparuerit. reus
enim calculis omnibus absoluens est. atque ita
euasit Seruilius. Paulo post Romani expeditio-
nen suscepereunt in Hieruriam ductu P. Valerij
C O S. Rursum enim viennes bellum mouerunt
ascitis in cius societatem sabinis: qui hactenus
non ausi se admiscere nulla spe uictoria, tunc
post profligatum Menenium, communitemq; in
Ianiculo præsidium, affectas rati Romanorum
uires, & collapsos animos, iuuerunt Hieruscos
magnis copijs militum. Quibus cum sua iuuen-
tiue coniunctis viennes, expectabane aliorum
Hieruscorum auxilia, Romam ipsam petiunt
cum maiore parte exercitus, sperantes nemine
occurrere audiente aut expugnacuros se illam,
aut

aut fame ad deditcionem coacturos. Sed dum auxilia cunctantur praeventi sunt à Valerio : qui assumptio copiarum domesticarum robore sociorumq; auxilijs quantū potuit latenter egresus est. Sub uesperam enim eraductis trans Tiberim miliebus, nō longe ab urbe quievit: dein de medio noctis excitos prius quam illucesceret admonuit alieris castris hostium. bina enim erant modico intervallo inter se distania, seorsum Hetruscis, seorsum sabinis cendentibus. Piores Sabinos aggressus est superitos plerosque, ac ne excubij quidem satis custoditos, ut qui in pacatio solo nihil minus quam hostem timerente de quo nullum nitium acceperant. itaq; primo imperio castra capta sunt. ibi alijs iugulabantur in cubilibus, alijs dum arma induunt recens exerciti, quidam armati quidem sed paſsim repugnantes nullo ordine : maxima pars suis castris effusi, dum alicra cursu petunt, ab equitibus intercepiti perierunt. In hunc modum captis Sabiniis castris, Valerius duxit ad aliera, ubi Vicentes locum non ualde munitum occupauerat. hos latere non pœnit. nam & dies clara iam erat, & Sabini lapsi à clade similem illis imminere nuntiauerant. itaq; pugna fuit opus. Hetruscis acriter pro castris pugnantes occidebant multos hostium, multos item suorum amittebant, adcoq; anceps certamen fuit, ut diu dubitaretur uero inclinaret uictoria. tandem à Romano equitatu impulsi

impulsi refugerunt in castra persequente consule. qui postquam ad munimēta peruenit, male munita parumq; erat ut diximus, ea locis aliquot aggressus oppugnationem in multam noctem continuauit. Hetrusci labore non intermissō fecerūt castra sub diluculum descrūnt: quorum pars in urbem fugit, pars per saltus proximos dispersa est. ubi uero hac quoq; castra capta sunt, iussit reliquum dici dari curae corporū: sequenti deinde prædam in uerisq; repertam diuisit uictoribus, quæ magni pretij fuit, & foriissimū quenq; donauit ex more coronis militaribus. in his præcipiis fuit & in profligandis venientibus spectaculis unus Servilius superioris anni consul, nū per absolutus iudicio populi, tunc uero legatus Valerij, ante omnes donis ac præmij honoratus amplissimus. deinde spoliatis hostium cadaveribus & suorum sepulchris, consul productum exercitum instruxit ante ueriorum mœnia, ut inclusis pugna potestarem faceret. Cumq; nemo prodiret, difficilem uidens oppugnationem tam munite urbis, bonam partem agri popularius est: ac mox in sabinos milite traducto ex illa quoq; regione haec tenus intacta prædis per aliquot dies actis, grauem iam nouis impedimentis reduxit exercitum. Venienti populus ad multum uia coronatus occurrit suffitum iheris transeunis faciens, & poculis multis militem excipiens. Senatus triumphum ei decrevit. Alter consul

C. Nau

C. Nautius, cui Latiorum Hernicorumq; eu-
randorum obuenerat prouincia, aliquādiū pro-
fectionem distulit, non quōd imparatus esset aut
timidus, sed in Veiētānum bellum intentus, ue-
siquid accideret illi exercitiui, præsto esset urbi
agroq; præsidium, si hostis quemadmodum ante
admois ad urbem copijs communire uellet pro-
pinquum locum aliquem, unde omnia infesta sa-
ccret. interim in Latio cum Aequis & Volscis
debellarum est: & nuntijs reculerūt prælio uictos
excessisse agro Latino, nec iam opus esse auxi-
lijs. nihilominus Nautius rebus in Hebruria
prospere cedentibus eduxit exercitū, ingressusq;
Volscorum regionem fugā ex parte magna de-
sertam paucis mancipijs potitus est & pecori-
bus incensisq; aruis eorum cum segete flauenti-
bus, alijsq; nō paucis damnis datis, nemine sub-
uenire auso reduxit suos incolumes. præceras
nihil memorabile gestum est ab his consulibus.
A. Manlius inde & L. Furius fuere C O S S.
Senatus bellum contra Veiētes decreuit. ea pro-
uincia Manlio sorte obiicit: qui celriter edu-
ctis copijs castra prope Veios posuit. Hostes in-
clusi mœnibus aliquandiu per legationes soli-
citarunt Etrurie populos, & Sabinos nouos so-
cios, orantes ut succurrant sibi celriter: cumq;
nusquam impetrarent auxilia absūmptis com-
meatibus fame urgente prodierunt ad consulem:
nac maximi & honoratissimè præferentes
supplu

supplicum insignia & pacem petentes. Manlius imperato unius anni stipendio, & frumento quanum in duos menses exercitui sufficeret, ubi haec allata fuerint, eos se missurum ad senatum est pollicetus, cum quo de pacis legibus agrent. Illi representata incunctater pecunia, cum stipendiū nomine, cum ea quam permisso consulis uice frumenti numerauerunt, Romam profecti sunt: admissiq; in senatum ueniam præteriorū petierunt, pacemq; in posteriū: ac post multas uel pro pace uel conuersentias uicit ea pars cui sedus placebat: & inducie in annos quadraginta sunt eis dare. Legati actis senati gratijs domum reuersi sunt. Manlius pars pacc ouas in urbem rediit. His coss. census actus ist, censa capitū CXXX M. & aliquor insuper. dein de L. Aemilius Mamercus iactum, & Vopiscus Iulius coss. fuit LXVII. Olymp. qua in stadio uicit Datus Arginus, Charete Athenis principe. Hi consulatum haberunt inquietum & laboriosum, cessationibus quidem bellis & pacatis hostibus, sed domesticis seditionibus in salutis periculum adducti una cū ipsa repub. nam militaris molestudo quietis impatiens statim flagitauit diuisionem agri publici, inopes instigante tribuno plib. Cn. Genucio. Is vir audax nec infacundus concionibus suis ad caprandam tenuis plebeculae gratiam abutens, extorquere conabatur a consulibus, ut quod senatus

natus iamdudū de diuidendis agris decreuerat,
 tandem exquerentur. Hi negabant ad se perti-
 nere quod alieno consulatu decretum esset Cas-
 sio Virginioq; C O S S. dicentes illorum fuisse id
 officium. Senatus consulea non habere vim legis
 perpetuae, sed esse instituta unius anni. Elusus
 hac consulum causatione Genutius, quia nō po-
 sset maiorem potestatum cogere, aliam uiam
 ingressus est. cōsularibus Manlio & Furio, qui
 superiore anno magistratum gesserant diem di-
 xit. Crimini erat iniuria facta plebi, quia non
 creassent decimuiros qui ex S.C. agros sibi diui-
 derent. Cur autem antea nemo consulum accu-
 satus sit hoc nomine, cum x i i. anni elapsi es-
 scerent ex quo id S.C. scriptum fuit, et hos duos de-
 dum rcos uane promissionis ageret, nō iniquas
 causas afficeret: postremo negabat aliter cogi
 posse ad diuisiōnem agrorum præsentes consules,
 nisi uideant ab alijs exactas poenas negligēti offi-
 cij, & idem sibi timendum intelligant. Hæc lo-
 curus & populum horeatus ad iudicium, iura-
 uit se permansurum in proposito, nec omissu-
 rum accusationem: simulq; diem dixit uiriq;.
 At patricios hoc cognito paucor ingens & cu-
 ra subiēt, incertos quomodo rcos possent eripere,
 audaciamq; tribuni compescere. iamq; decreue-
 ranti, siquid durius plebs in consulares statueret,
 per vim ei resistere, uel si armis opus fuerit. non
 tamen eò uenium est, inopinato huius periculi
 remed

remedio. nam ipso iudicij dic, Genutius moreuuus
in suo lecto inuenitus est, nullu cedis aut ueneni
laquei ue, aut alioqui uiolentia mortis uestigio.
Quo cognito & prolato in foru corpore, uisum
est omnibus diuinitus impeditu iudicium, moxq;
comitia soluta sunt. nam collegarum nemo au-
sus est renouare seditionem, & ipsis Genutij fu-
rorem damnantibus. quod si coſules nihil fati-
gantes amplius, seditione fortuito sopitam siuif-
fent quiescere, nullum eis fuiffet periculum: nunc
superbe ac consumelioſe plebem tractantes, &
ostentantes sui magistratus potestatem, magnoru-
m malorum causa fuerunt. nam ad delectum
habendum progreſsi, citatos nec parentes mul-
etando uerberandoq; efficerunt ut plebs in fu-
rorem uertereetur ex cauſa huiusmodi. P. Vole-
ro ex plebe uir bello fortis, qui superioribus
expeditionibus ordines duxerat, tunc inter gre-
garios ascriptus, negabat se militem fieri de-
bere, nullam ignominiam in militia meritum.
C O S S. offensi eius libertate, missi lictore spo-
liari hominem & uirgas expediri iusserunt. Ille
tribunorum opem inuocans, Pronoco, inquit, ad
populum. cumq; coſules nihil eius uociferatio-
ne mouerentur, & lictor uestem circumscindere
pergeret, uir etate ferox et viribus rem indigna-
atus ipſe ſibi tribunum praeftit, & unum al-
erum ue lictorem pugnis probe contusum à ſe
epulit. C O S S. irati uniuersos apparatores in
eum.

eum concitant. non tulerunt hoc plebeij qui aderant: conglobati sublatoq; clamore scinuicem cohorte atque Volcronem cipiunt pulsatis lictori bus. deniq; in consilios. impetus factus est. qui nisi in foro se proripuissent. perpetratum fuisset nefarium facinus. Hoc facto in diuersa studia scissa est tota ciuitas: et tribuni qui haetenus quicunque rante. effrati inuehebantur in consules: nec iam de agrorum divisione. sed de recipiatu maior feruebat contentio. nam patricij ferentes indigne potestatem summam contempnere. ausum apparatores pulsare deposcebant ad rupis Tarpeiae supplicium. contra plebeij cateruatum uociferabantur cohortantes se ne libertatem suam prodarent: utq; ad senatum deferrent nomina consulum. et animaduersionem aliquam in eos poscerent: qui ciue Romanu eribunorum opem inuocantem et provocantem ad populum. cōtempio iure magistratus simul et populi. tanquam uile mancipium uerberari iussirent. Ita neueris de contentione quicquam remittētibus. reliquū eius consulatus tempus eorum inglorium præterit. nec domi nec foris ulla re gesta memorabili. Proximis comitijs L. Pinarius. P. Furius creari sunt consilii anni principio religionibus quibusdam territus est populus. multis prodigijs apparētibus. et uatibus atque pontificibus iram deorum denunciabitibus. quod sacra non rite fierent. nec ita multo post pestilentia inuasit mulieres

lieres quanta nunquam anteā , præsertim graui-
 das. immaturos enim & mortuos fœtus effun-
 dentes. & ipse moribantur: & neq; supplica-
 tiones circa templ a deorum arasq; habitæ, neq;
 lustrationes priuatae publicæ' ue quicquā profi-
 ciebant. Hac calamitate seviente seruus quidā
 pontificibus indicat, unam virginum Vestalium
 Vrbiniam virginitate amissa impure sacra pro
 populo facere : qui amotam à sacris & in iudi-
 cio conuictam uerberauerunt, traductamq; per
 urbem uiuam defoderunt. ex incesti patratoris-
 bus alter sibi p se manus intulit: alter à pontifi-
 cibus comprchensus in foro sub furca flagris ca-
 sus ac necatus est. atq; ita demum pestilencia
 desye. Si sedicio iam inueterata plebe à pa-
 tricijs dissidence rursum renouata est opera P.
 Voleronis, qui superiore anno ab Aemilio &
 Julio C O S S.miles pro centurione scriptus im-
 perium eorū contempserat: postea tribunus hac
 potissimū de causa ab infima plebe creatus (nā
 loco humili natus & in egestate magna edu-
 catus fuerat) quod primus omnium consularem
 potestatem regiae parem ipse priuatus contem-
 psisset: tum quod magistratū ambiens pollicitus
 esset ablaturum sē potētiām à patricijs. Hic quā
 primum licuit placata deorum ira tractare
 remp. pro concione legem tulit de tribunicijs co-
 mitijs, ut pro curiatis tributa fierent: quorū hęc
 est differentia. Curiatis comitijs de re quapiam
 insinu

in senatu prius tractata suffragia curiatim colligebantur, idq; auspicato: alias nisi aucts addicerent ea conutia habebantur pro irritis. Tribuna uero inconsule senatu, nullis auspicibus adhibitis, una die peragebantur à tribulibus. Habebar autem è quatuor collegis duos legis ferende socios, atque ita reliqui superabat numerò qui dissentebant, ac cōs. s. ex senatus totusq; ordo patricius legi quo minus perferretur summa ui resistebant: ex postquā dics rogationis uenit, in comitio multe grauissimorū uirorum ex in primis consulum orationes sunt habitae, declarantium quantum incommodorum inesset in ea legē. tribuni contra suis orationibus resellere conabantur consules, ac uicissim illi tribunos: totusq; is dics per orationum suadentium ac dissuadentium uicissitudines uerborumq; altercationes absumpius est. nocte superueniente tribuni plebis actionem eam distulerunt in trinundinū. ad prefinitam diem maior etiam quam antea turba confluit, res non aliter quam prius magna conventione acta est. Id animaduertes volero apud sestatuis postbac nec consulibus dissensionem legis permittere, nec patricijs suffragia, sed in rotum eos comitijs arcere. habebat enim illi sua sodalitia, ex cum clientelarum cateruis multas fori partes occupabant, animos addendo legis dissensoribus, defensoribus contra obstrependo, aliasq; multa indecora faciebant, que pre se fer-

rr 2 rcne

rente fucuram in suffragijs confusioneM ex uile-
lentiam. Hæc eius consilia non tam ciuilia quā
tyrannica præpediuit alia dira calamitas. In-
uasit enim urbem pestilētia, reliquam etiā Ita-
liam peruagata, sed nusquam alibi quā Romæ
infestior: cui nec humana ope ulla succurri po-
terat, sed curati & que atq; incisurati morieban-
tur: nec supplicationū sacrificiorumq; , ex quod
exirenum afflictis rebus quæri solet remedium,
luſtrationum priuatarum publicarum'ue ulla
erat utilitas. Seuiebat id malum nullo ætatis,
sexus, roboris, imbecillitat'ue discrimine, ad-
uersus medicinam ac remedia contumax, non
mulieribus parcēs, non uiris, nō natu grandibus,
non iuuenibus: non tamē diuturnum, quod soli
in causa fuit quo minus universus deperire po-
pulus: sed torrcēis in morē aut incēdij uno impe-
tu inuadebat hominem ex abripiebat. Sedata
hic peste volero appetēc sui magistratus exi-
tu, quia legē perferre non poterat, proximis co-
mitijs iterū tribunacū periye, permulta magnifi-
ce de se pollicens: quod ex imperauit, cum eoq;
duo illi colleg.e. His patres opposuerūt uirū iam
inde à paternis certaminibus infestum plebi, et
nihil detrimenti capere passurum rem optima-
tum, Appium Claudium Ap. F. quem inuitū
ac ne in campum quidem progressum, nihilomi-
nus absentē præindicio suo creauerunt cōsulem.
Comitijs facile peractis, nam pauperes cōfestim
è cam

è campo discesserunt auditio Appū nomine,
 consulatum inierunt, T. Quintius Capitolinus,
 Ap. Claudius Sabinus, ingenio simul & uolun-
 tate dissimiles. Nam Appio placebat exercita
 militia distineri otiosam plebem & inopem, ut
 uictum quotidianum, quo domi carceret, ex ho-
 stico suis sibi parans laboribus adiutaret Rom.
 imperiū, nec molesta esset patribus rempub. tra-
 Etantibus. non defuturam honestam belli occa-
 sionem ijs qui ad imperium aspirantes inuidiosi
 essene omnibus. & de futuro argumentabatur
 ex præteritis, docens omnes superiores seditiones
 ex oreas bellis cessantibus. Quintio uero nō pro-
 babatur belli principium querere, aienti gracū
 esse debere si ad bellū necessario repellenda no-
 cata plebs pareat: & cōmonstranti fore ut si
 militiam derectantibus vim adhibeant, plebs
 per desperationem abijecta magistratus reueren-
 tiā, quemadmodum cōsulatibus proximis: un-
 de geminum instare periculum. aut enim sangui-
 ne cædibusq; civilibus seditionem esse compe-
 scendam, aut plebem demerendam parum hone-
 stis obsequijs. erat autem penes Quintium cius
 mensis imperium: quamobrem necesse erat colle-
 gam nihil inuito illo facere. At Vl. lero cum
 collegis socijs nihil amplius cunctati de lege
 quam superiore anno perfserre non posuerant,
 iterum rogationem ferebant, addito legi, ut
 etiam ædiles eisdem comitijs fierent, & quic-
 rr 3 quid

quid per plebem agi decerni' ne dicens, agcretur
eribus comitijs. quod nihil aliud erat, quam à
senatu in plebem transferre potestiam. Hoc co-
gnito consules cura subiit quomodo primo quoq;
tempore quam fieri posset utissime tollend. et effe
ea seditio. Appius censibat vocando ad arma
qui saluam uellent Rmp. Et si qui ex aduerso
arma caperent, habendo pro hostibus. Quineius
rationibus persuadendam plebem aiebat. Et do-
cendam quam perniciosis consilijs præcepit ra-
piatur per ignorantiam rerum salubrium: exire
mæ insani. et dicins ab iniuris ciuiibus extorquere
quod impetrari possit à uolentibus. In eam sen-
tentiam à frequenti senatu itum est: confitimusq;
in comitium progressi coss. à tribunis petie-
runt copiam dicendi et diu. et gre uiurumq; con-
cessum est. ea dies ubi uenit, foro uaria turba
referto, quia factionis uiariusq; magistratus sub-
sidij se firmauerant, dissuasores legis prodiuerunt
in medium. ibi Quineius uiu mitis et populari
facundia gratus, primus ueniā p̄fatus ap-
posuit admodum et plausibiliter cōcionatus est.
adeò ut suafores legis hærerint, nihil ualentes
affirre uel iustius uel aequius. quid si collega eius
nihil tentasset amplius, actum erat de lege ut
iniquissima: nunc illius oratione superba et
inopibus auditu molesta factum est ut plebs ex-
asperata ad acriorem et perniciacorem conten-
tionem accensa sit. non enim ut ingenuos ciues
allo

allocutus est, penes quos esset legis sancienda ir-
 ritandæ'ue arbitrium: sed ut uiles inquilinos, nec
 satis liberos, nimis licenter & acerbe incusauit,
 decoctionem exprobrans fraudatosq; creditores,
 defectionem à coss. rapiis signis castra deser-
 ta, exiliumq; uoluntarium, periurium & arma
 pro patria sumpta mox conuersa in ipsius uisce-
 ra. Proinde nil mirum, contempiores deorum,
 periuros, ducum deseriores, patriæ quantum in
 se sit desolatores, nec nisi ad fidem irritandam
 mores corrumpendos, leges antiquandas, in eam
 reuersos, impudenter se gerere, nec posse bonorum
 ciuium officium præstare: sed semper obsequen-
 tes suis cupiditatibus plus & quo sibi usurpare:
 nunc proprios magistratus petendo, eosq; sacro-
 sanctos & nemini obnoxios. nunc quoilibet è
 patritijs in capitis iudicium uocando, legitimaq;
 iudicia, quibus de capitali poena ciuiū exiliū ue-
 mulcta statuitur, contra pristinam consuetudi-
 nem peruerendo, & à sinceriore ciuitatis parte
 ad fôrdidum & sine lare uulgas transferendo:
 nunc ad inopis ac meritorie turbæ commoda, in
 nobilitatis iniuriam, leges ferendo tyrannicas &
 nefarias, ne cognitione quidem harum permitta-
 patribus, sed hoc quoq; honore priuando, quem
 semper ab urbe condita habuerint etiam sub re-
 gibus. his alijsq; similibus probbris in eos corge-
 stis, à nulli conuincia, nullo cōuicio temperans,
 postremo in hæc uerba desye, quibus maxime

rr 4 plbs

plebs offensa est: nunquam in ciuitate cassus
 quaecunq; dispidiorum defore, sed semper alijs
 post alios morbis laboraturam, dum tribunitia
 potestas in ea manebit: ostendens omnium insi-
 eriorum ciuilium consideranda initia, ut pia sint
 iustaq; Sic enim natura comparatum, ut e bonis
 seminibus boni fructus proueniāt, ex malis mali
 perniciosiq;. Si, inquit, hic magistratus in ciui-
 tatem per concordiam inuestitus esset bonis au-
 bus, fuisset nobis multorum magnorum bonorum
 causa, concordie, bonarum legum, bonae spei de-
 dijs, innumerorum aliorum. nunc quoniam per
 uolentiam, iniquitatem, seditionem, belli ciuilis
 meum, aliaq; abominanda inductus est, quid
 bonae salutaris' ue rei sperandum est admissso sc-
 mel hoc magistratu? qui propter superuacaneum
 est auxilia remediare contra pullulantia mala
 querere, quaecunq; potest excogitare humana
 ratio, pessima radice manente incolumi. nun-
 quam enim diris non infestabimur donec nefasta
 haec furia & uomica inhærens ciuitati corrum-
 per suo rabo honesta omnia. Sed de his alias di-
 ceatur tempestiuus. nunc quoniam prouidendum
 est præscen negotio, dicam quod sentio nihil dis-
 simulans: neq; hanc legem, neq; ullam aliam non
 praeractatam à senatu patiar perferri me con-
 sule: sed cum dictis opeimates defendam, cum
 factis (si opus fuerit) non cedam aduersarij. Si
 ante nesciuitis quantā uim consularius habeat,
 certe

cerne discetis me consule. Sic Appius. Tum ad respondendum surrexit C. Lectorius tribunorum nati ex dignitate maximus, vir bello spectatus, nec inidoneus tractandis ciuilibus negotijs. Hic altius rem reperiens multa pro plebe dixit. Hos uituperatos à consule inopes, post exanilatos tot labores bellis varijs, non solum sub regibus quod necessitatibus videri poterat, verum etiam deinceps pro patriæ libertate parandoq; imperio, nullam retributionem accepisse à patreis, nullius communis boni participes, sed quasi captiva mancipia libertate per eos exiros: cuius recuperanda desiderio coactos relinquere patriam, ex alias sedes querere, ubi homines ingenui non paterentur seruilia. deinde nec uim factam senatui, nec bello acquisitum redditum. rogatos ut relicta recuperarent, cibissimum ciuium suorum precibus. deinde commemorauit iusserandum ex leges redditus: in quibus erat primum omnium offendarum obliuio, deinde proprius plebis magistratus, qui subueniret pauperibus ex aduersarios eorum repri-meret. Post hæc recitauit leges nuper à plebe la-^{ras}, de indicandis quibuscunq; patritijs, ex suffragijs à cœuriatis qd curiata comitia translati. Hæc pro plebe locutus sermonem uerit ad Appium. Et postea, inquit, tu audes his conui-^{tum} facere, per quos magna ex parte, illustris ex obscura, hæc ciuitas est reddita, seditiones uocans exiles? quasi non omnes meminerimus.

rr 5 euos

euos maiores dissidentes à Sabinorum proceribus, relictis patriæ sedibus huc uenisse supplices: nisi forte uobis honestum est libertatis desiderio patriam antiquam reliquisse: Romanos idem fecisse non deceat. Tudes etiam uicuperare tribuniciam potestatem, ut in urbem inuestiam malo Reipublicæ? Et suades his tollere pauperum auxilium sacrosanctum à dijs hominibusq; confirmatum, inimice plebis tyranno quam ciui similius? nec senis è interim et senatus conuiciari, et huic quem geris magistrati? nam totus senatus in reges insurrexit propter intolerabilem eorum superbiam uiolentiamq;, et creatis C O S S. priusquam illos pelleret alij regiam potestatem tradidit. itaq; quod de tribunatu pl. dicis, malo Reip. in ciuitatem receptum, quia ex discordia natus est, id dictum in consulatum recidit. nec enim aliunde ortus est, quam ex patriorum defectione à regibus. Sed quid ego haec tibi loquor quasi bono ac moderato ciui? quem omnes hi sciunt durum, asperum, infestum pl. binatum, nec ullo modo posse propter genuinam feritatem mansuescere. quin potius omisis uerbis te aggredior, et ostendo tibi quantam uim plebs habeat, quam te non puduit sordidam Et sine lare appellare: quantaq; sit hu:us magistratus potestas, cui te leges cogunt cedere. Ergo nihil dissimulans ad rem ueniam. Haec locutus per omnia sacra deierauit, nolle se nisi perlata lege

lege uiuere. Tum silentio facto & omnibus incertamen intentis, quidnā incepturnus esset, iubet Appium concione excedere. Quo non parente, sed stipante se lictoribus aliaq; turba quam in hoc paratam domo adduxerat, & repugnare malente quam excedere, Lectorius indicto per praconem silentio pronuntianus, collegium tribunorum iubere duci consulim in carcerem. ac mox iussus apparitor accessit eum apprehensus, sed à proximo lictore pulsatus & repulsus est. ad quod factum clamore ex indignatione circumstantium coorio, uadit ipse Lectorius cohortatus uulgum ut adisse auxilio, ualido globo iuueniū se opponente, quos circa se habebat Ap pius. securae sunt sœda altercationes uociferationesq; & protrusiones, postremo rixa prorupit ad pugnos atq; inde ad iactus lapidum. Efferuerunt malum ne ulterius procederet effecit alter consul Quintius, rogando omnes obsecrandoq; una cum senioribus senatoribus, & in medianam pugnam se projicendo. & iam parum diei supererat, ut uel iniicii dirimerentur. Insecutis diebus magistratus accusabant se iniicim: consul tribunos, eripere sibi magistratum uoluisse duci iubentes in carcerem: tribuni consulem, pulsasse sacrosancta corpora: & præferebat Lectorius manifestas suggillationis notas in facie: tota ciuitate dissidijs efferata. Plebs cum tribunis occupauit Capitoliū, diurnis nocturnisq; id seruans excub

excubüs. Senatus magna cura quærebat modum quo sedaretur seditio, sollicitus tum propter periculi magnitudinem, tum propter dissensionem consulum. Nam Quintius concedi plebi non iniqua parenti censebat, Appius emori malebat quād cedere. Cumq; nullus contentionum finis fieret, Quintius seorsum tribunos, seorsum Appium orabat obsecrabitq; ut publica commoda plus quād priuatos affectus apud se valere sinerent: & animadueriens illos iam experientia sapientiores factos, collegam uero in sua manere peruicacia, persuasit tribunis ut in potestate senatus fierent. deinde connocata senatu, ualde laudatis tribunis, obsecravit collegam ne publicæ saluti obfisteret: moxq; consulares rogauit sententiam. Primus P. Valerius Publicola pro sententia dixit: Que iniucem se criminentur tribuni & consul, mutuasq; iniurias per tumultum factas, quoniam non dolo malo nec priuata rei causa èuentum esset, sed per contentionem de Republica remitti debere mutuum, nec uocari in iudicium. Quod uero ad legem attineat, quoniam Appius consul non patiatur eam ferri senatu inconsulto, referri ad senatum de ca. Ceterum tribunos unà cum consulibus operam dare ut concors sit ciuitas, & decorum seruatur in servendis suffragijs. Probata omnibus hac sententia Quintius confessim de lege ad senatum reculit: & post longam dissuasionem Appiū tribunorumq;

norumq; suasiones, uicit ea senatus pars quaerogationem permiscebatur: factoq; s. c. & reconciliatis magistratibus, plebs ob uoluntatem senatus leta legem comprobauit suo suffragio. Ex illo tempore usq; ad nostram etiam comitia creandorum tribunorum atq; & dilium absq; auspicijs peraguntur suffragio tribuum. atq; is finis eius seditionis fuit. Paulò post placuit exercitus conscribi, & uerumq; consulem contra Aequos atq; Volscos proficisci. Nuntiabatur enim utriusq; gentis magnas copias populari agros sociorum. Comparatis celeriter exercitibus, Quintius Aequos, Appius Volscos, provinciam fortius est. Vixq; consuli negotium successit ut succedere paruit. Exercitus Quintij lenitatis eius & equitatis amore prompte iussa capessebat, pleraq; munia sponte exequens, quo duci suo honorem pararet atq; gloriam: magnamq; hostici agri partem prædabundus peruegatus est, & quis obuiam prodire non audenteribus, unde magna preda poritus est: nec multo post incolmis in urbem rediit cum duce rebus egregie gestis conspicuo. Qui uero Appi ducet profecti sunt, odio ducis in disciplina contineri non potuerunt. nam & alias toto ciuius militiae tempore data opera negligenter rem gesserunt atq; conuincitcr: & in aciem contra Volscos producti noluerunt congregari: sed & cneuriones & antesignani, quidam etiam desertis signis in castra

castra se receperunt: & nisi hostes inopinatam
 fugam mirari, insidiarique ueriti abstinuissent à
 persequendo, perisse maior pars militum. id fa-
 ciebant præ inuidia, ne consul uictor triumpho
 alijsq; ornaretur honoribus. sequentia die cum ille
 increparet ignominiosam fugam, horeareturq;
 ad abolendam eam ignominiam, ac nisi fortius
 resisterent, minaretur pœnas statutas legibus,
 pergebant detrectare nociferantes, abducere se
 ex infestis terris saucios & ob id ad pugnam
 inutiles. mulii enim integras corporis partes
 quasi uulnerati obligauerant. itaq; Appius co-
 actus est exercitum ex hostico deducere. Volsci
 extremum agmen carpentes non paucos inter-
 emerunt. Ut uero in pacatum uenium est, consul
 pro concione militibus exprobrata ignavia, ait
 se ut in desertores animaduersurū: multumq; de-
 precantibus senioribus & honoratis ne publice
 cladi aliam nouam calamitatem adderet, nihil
 motus decresse respondit: ac mox & centuriones
 quorum cohortes fugerant, & antesignani quo-
 rum signa amissa fuerant, pariim securi percussi
 sunt, partim occisi sustibus. reliquæ copiae deci-
 matæ sunt: que pœna solennis apud Romanos est
 eorū qui ordines deseruissent signaue amissione.
 Post hec exosus dux cù magistro & ignominioso
 exercitu ad comitia rediit. sequenti anno con-
 sularū inierunt L. Valerius iterum, Tib. Acemi-
 lius. nec diu cessauerunt tribuni, sed mentionem
 fecer

fecerant legis Agrariae: aditisq; consulibus por-
 tulabant raium haberi quod senatus promise-
 rae consularu sp. Casbū & Proculi Virginū, af-
 ferentes preces & obsecraciones maximas. &
 habuerunt fauenteem uerumq; consulm, Tib.
 Semilius propter offendam ueterem nō omni-
 no iniustam, quia patri eius triumphum petenii
 senatus negauerat: Valerius autem reconciliare
 sibi plebem cupiebat, insensam propter mortem
 sp. Casbū, quem ipse questor tyrannidis affecta-
 ra coniactum & damnatum affecerat supplicio,
 hominem etate sua rebus domi forisq; gestis
 clarissimum, qui primus mentionem Agraria
 legis in ciuitate inuulcerat, eo nomine potissimum
 exsus patricijs, quasi plebem ad se allectans.
 Igitur pollicitis & oss. relatueros se de divisione
 publici agri ad senatum, & confirmationem legis
 adiuueros, freti his tribuni uenerunt in scenatum,
 & uerbis usi sunt mansuetis: quibus nil contra-
 dicentes consules, ne uidarentur contentionē que-
 rere, seniores rogauerunt sententiam. Primus au-
 tem rogatus est L. Semilius pater alicius con-
 sulum, qui dixit sibi è Republ. uidcri si bona pu-
 blica possideauerit ab omnibus potius quam à
 paucis: gratificandumq; plebi ut ea cōcessio im-
 paretur pro beneficio. saepi enim coactos ei cōces-
 sisse quod sponte largiri noluerant. tum occupa-
 tores earum possessionum qui tanto tempore clam
 fructus inde perceperisse, gratias habere debere
 pro

pro rām diu dissimulato negotio: & si uerentur
 in posterum, non debere pertinaces esse. Addē-
 bat, præter ius receptum consensu gentium, quo
 publica habeneur omnium communia, priuatæ
 uero possessiones quas quisq; bono modo sibi pa-
 rasset: necessitatē etiam incumbere senatui,
 quod de agro diuidendo s. c. factum sit ante
 annos sepcemdecim. ostendebatq; id decreum in
 utilitatem publicam, ne ager incultus iaceat,
 nēue urbani pauperes nihil negotij habentes, ut
 nunc, alicnis bonis inuidēant: uiq; iuuenus edu-
 ceretur in domesticis patrimonij, & honeste edu-
 caria tanto fiat animosior. nam eos qui nihil rei
 familiaris habeant, & ex mercenarijs operis se
 alant, aut omnino nullos liberos sibi cupere, aut
 si procreandis dent operam, parum felices fru-
 ctus prouenire coniugij, nimirum humilis &
 mendicari proximi. Ergo, inquit, pro senten-
 tia dico, s. c. cuius execucio prope securia tur-
 bulenta tempora dilata est, confirmandum à
 cōss. creandosq; decemuiros qui agros diui-
 dant. Post hunc Appius Claudius superioris
 anni consul rogatus cōrariam dixit sententiā,
 docens nunquam senatus uoluntatem fuisse ut
 diuidentur publica: qui si uoluisset, iam dudum
 id fecisset. Sed deliberandum id distulisse in rēpus
 aliud, quo facilius sopiretur sedicio quam cum
 excitabat consul affectans tyrannidem. Quo
 damnatio neq; successores cōsules ex co s.c. quic-
 quam

quam egisse, cernenies quantis malis aditus in ciuitatem aperiretur, si recipereatur mos publica diuidendi pauperibus: neq; per continuos deinceps x v. consulatus ullū consule, licet plebe sacerdos periculose cumuliante, sustinuisse quicquā facere contra bonum publicū: ut qui ne ius quidem finiendorum agroram ex illo s. c. habuerint, sed soli primo quorum consulatu id factum sit. Ergo, inquit, ne nobis quidem Valeri tuq;
Zemili de diuidendis agris referre licet, quod à senatu nobis mandatum non est: nec reēle facitis aut ex institutis maiorum uestrorum honestissimorū, atq; adeò non sine periculo. Hac de s. c. quo iot annis post consilii facti non tenebmini, dixisse sufficiat. de illis porrò qui uel per uim uel clam occupant publica, paucis dicam. Si quis cooptetur habet aliquē frui agris quorū se legitimū possessorē approbare nequeat, deferat cum ad consules iudicandum iuxta leges, quas nil opus recentes condere. iamdudum enim scriptae sunt, nec adhuc antiquatae. Quoniā autem & de utilitate differnit Zemilius, asseverans eam diuisiōnem bono fore omnibus, ne hāc quidem partem non coargut am relinquam. Vndeatur enim mihi præscenem tantummodo rerum statum spectare, in futurū nequaquam prospicere: & paruā rem putās publica concedi otiosis cogenis hominibus, nescie quantorū malorum causa in hoc sua sit. Sic enim sc̄mel admissus

malus mos permanebit in urbe grauis ac perniciosa in perpetuum. potiri enim malis cupiditatibus auget eas non eximit, id quod res ipsa declarat. Quid opus est uos meis aut ~~semili~~^{uerbis} credere? Nostis ipsi quarenn hostium uicimus, quantum agrorum populati sumus, quantum præda ex oppidis expugnatis partum est, magno hostium dispicio. qui olim belli nunc ad egistatem redacti sunt. Ab his cōmodis nemo istos repulit, qui nunc de inopia queruntur, ex æquo fuerunt huiusmodi lucrorum pārticipes. num igitur ex his lucris aliquid accessit eorum fortunæ pristinæ, aut idco in re laetiore sunt? Vt in am essent, ut minus mol. Etos cohabitatores haberemus. at nunc uidetis & auditis eos queri de extrema inopia. itaq; etiā si que petūt imperia uerine, aq; ampliora eriā, nihil maiores facultates habebunt. nō cū nim in fortunis eorum inest egestas, sed in moribus, quos ne regum quidē & tyrannorum omnium exatiauerit munificencie, nedū unum ruscū. quibus si hac cōcesserimus, idē faciemus quod medici qui ægrotis morem gerunt. non enim agra pars ciuitatis sanabitur, sed sana inficitur contagio. In universum P. C. magna uobis cura opus est & dili-
genzia, ut in integrum restituatis corruptos ciuitatis mores. Videlicet quò processerit plebis immodestia, utq; decretet imperiu consulū: quam adeo non pœnitet domesticorum facinorum, ut in

in castris quoq; agatur eisdem intemperijs, arma proijcens, ordines deserens, signa prodens hostibus, ante congressum ignominiose fugiens, quasi ageretur de mea gloria, non de securitate incoluntateq; patrie. Et nunc Volsci de Romanis trophya statuunt, ex templis illorum nostris ornantur spolijs, iactaneq; se ut nunquam ante illi populi, paulo prius ducibus nostris supplices ne occidione perirent aut uenirent sub hasta. Hincine factis aquum aut honestum est uos referre gratiam? haecne remunerari diuisione agri publici? cuius partem, quam isti sibi postulant, hostis occupat. Sed quid opus est hos accusare? qui male nati, male educati, paruam honestatis rationem habent: cum uideamus maiorum instituta ne in nostris quidem manere moribus. grauitati nonnulli nomen imponunt superbie, que iustitia est appellant stultitiam, que sorriendo insaniam, rusticitatem que est modestia. contra que apud priscos illos odiosa erant, haec effruntur ex in admiratione sunt hoc corrupto seculo: ignavia, loquacitatis, malitia, uersutia, habentur pro sapientia: quēadmodū simplices ex in nullo bono proposito constates etabiles habeneur ex dociles, cū à talib. multas potentes ciuitates subuersae sint funditus. Haec P. C. siue auditu incūda nobis sint siue molista, certe uere dicta sunt ex libere, si persuasero uobis utilia nūc, tuta in posterū: mihi uero qui public

blicorum commodorū amore contemno priuatus
inimicities, allatura non mediocria pericula.
Scio enim ratione futura pr̄esagire, et quid mihi accidere posse exemplum ex alijs sumere. In hanc Appij sententiam alijs fermè omnibus discedentibus senatus dimissus est, iratis tribunis quòd repulsam passi sunt, & iam tū vindictam spirantibus. itaq; post longā consultationē placuit eis diē Appio dicere, lice aetimata capite, idq; mox pro cōcione fecerunt, horati omnes ut ad eam diē adessent ad suffragia. Crimina erat h.ec. Malas eū contra plebēs sentētias dicere, seditionē in ciuitatē inducere: intulisse uolētas manus sacros ancto tribuni corpori: exercitui praefectum clide accepta reuersum esse cū ignomina. his ei pro cōcione obiectis, dieq; dicta, denūtiauerunt ut ad causam dicendam se s̄isteret. Id cum omnes patricij ferrent agerrime, nihilq; sibi ad summā sollicitudinem reliquum facerent quo reum seruarent, Appiumq; horarentur ut tempori cedens habitum pr̄esenti fortuna cōuenientem sumeret: negauit se quicquam abieclum suisq; maioribus indignum admissurum, addens sc̄miles emori malle, quam alicuius genua tangere. eos quoq; qui pro ipso deprecari parabant ueruit, dicens duplicatum pudorem sibi fore si alios pro se facientes aspiceres, qua sibyip̄si parum decora putares. Hec aliaq; multa similia dictiās, nec nestimando nec uuln̄ muraco.

rato, nec quicquam remittens de magnanimitate
 pristina, ut uidit totam ciuitatem eius certamen-
 sis expectatione arresta, paucis ante iudicium
 diebus mortem sibi consciuit. eius tamē necessa-
 rij morbo extinctum fixerunt. prolatio deinde in
 forum corpore filius eius à tribunis & C O S S.
 petiit, ut sibi more maiorum liceat pro concione
 patrē oratione funebri ornare. tribuni uero dum
 adhuc uocaretur populus à C O S S. urgendo
 denunciabant adolescenti, tolleret cadaver ē fo-
 ro. Non tulit hoc populus, nec dissimulauit hāc
 iniuriam, ut inhonoratum corpus ejceretur, sed
 permisit adolescentem patri exercitum & mo-
 ribus receptum honorem persoluere. atq; hic finis
 fuit Appū. Ceterum C O S S. conscriptas co-
 pias eduxerunt ex urbe, L. Valerius cōtra Ae-
 quos, Tib. Aemilius cōtra Sabinos. nam hi se-
 ditionis tempore in agrum Romanum irruptio-
 ne facta, eiusq; magna parte uastata, multum
 praeda abegerant. Sequi aliquoties cum hoste
 congressi, multi uulncribus in castra firmo loco
 sita compulsi, deinde abstinebant à pratio. Va-
 lerius oppugnationem eorum aggressus, prohibi-
 tivus est diuinatus. iam enim progresso & rem
 incepit anti caligo superne cum imbre magno in-
 cubuisse, simulq; fulgura & aspera tonirua.
 exercitu uero tempestate disiecto confessim seren-
 itas rediit. Hac religione uatumq; monitis mo-
 rus consul, omissa oppugnatione ad uastando

ss 3 cor

eorū agros uersus est, concessaq; milii tota præda, reduxit domum copias. Tib. Semilium diu contempsum per hosticū uagariū ex iam nihil hostile timentem Sabini aggressi sunt: collatisq; signis pugnatum est à meridie usq; uesperā, nox direxit prælium, incerta uictoria. Sequentibus diebus uiriq; suos funerarunt, ex castra cōmuniuerū: cōtentiq; sua ueri, neueri lacescebāt alteros: tandemq; diuersi abierunt. Sequenti anno L X X V I I I Olympiade, qua in stadio uicie Parmenides Pestanus, Theagenide Athenis principe, C O S S. Romæ fuerunt, A. Virginius Calimoneanus, T. Numicius Priscus, quorum consulatus initio nuntiatum est Volscos aduenare cum magno exercitu: nec multo post incendium suburbani cuiusdā castelli agrestium fuga deserti conspectum est. Consules quia nondum illuxerat missis speculariū equitibus, & dispositis per mœnia custodijs, ipsi ante portas statuētanees quid renuntiarent equites, deinde clara iam luce cum militibus interim collectis contra hostes properabant. ac illi direpto incensoq; castello celeriter se inde proripuerunt. consules restincto incendio, præsidioq; loco imposito, in urbem reuersi sunt. Post aliquot dies ambo consules cum domesticis & auxiliaribus copijs profecti sunt Virginius in Lequos, in Volscos Numicius, pariter felici successu. nam Virginiū

nium Aequi agros suos impune uastare passi sunt, non ausi congrederi: simel tandem lectorum uirorum manum collocauerunt in quodam nemore, quæ hostes palantes aggredirentur ex insidijs. sed is conatus fuit irritus, quia mature dolum senserunt Romani. acri pugna commissa multos ex suis Aequi desiderauerunt, nec amplius uoluerunt mare experiri. Numicio quoq; ducenti exercitum ad Antium, quod iunc inter primarias Volscorum urbes fuit, nullus exercitus se opposuit, sed omnes populi defensabane se mœnibus. interea uastatus est ager arbustis excisis, & oppidulum maritimum capiū, quod Antiatibus erat nauale simul & forum rerū uenalium ad uictum pertinentium, quæ negotiationibus maritimis subuicibus subuicibus subuectabatur, interdum & latrocinijs. Hoc direpto mancipia, pecunia, pecora, merces, in prædam cesserunt militi. Libera corpora, quæ cladi superfluerunt, sub hastæ sunt uendita. Captæ sunt etiam uiginiduæ longe naves Antiatium, & alia nauium armamenta instrumentaq;. Post hæc consulis iussu ædes incensæ sunt, naualia diruta, & equata solo mœni, ne oppidum relictum Antiatibus esset usui. atq; hæc seorsum gesta sunt singulorum consulum auspicijs. Post hæc coniunctis duobus exercitibus fines Sabinorum ingressi, agrosq; depopulati, sub fine anni reduxerū domū copias. T. Quintio Capitolino, Q. Seruilio Prisco C O S S.
ss + statim

statim initio anni fuit in armis Romanus exercitus, auxilijs quoq; sociorum ulero conuenientibus. moxq; C O S S. uoris in Capitolio factis, Iustratoq; exercitu, contra hostes profecti sunt. Sa bini, quæ Seruiliū prouincia fuit, adeò nō pugnauerunt, ut ne exercitum quidem producerent: sed intra munimenta se continentres spectabant agrorum uastationem, uillarum incendia, seruitorum transfugia, ut minimo negotio magna præda simul auëti & gloria Romani domum repeteret. Interea Quintius cōtra Volscos Aequosq; profectus, qui coniunctis copiis ad Anium confederant, militari gradu iter emensus opinione citius eis superuenit: nec longe ab eorum castris, ubi primum in conspectum uenit loco plano impedimenta deposita, ne uidetur meuere hostem longe præstantem numero. Virinq; deinde ad pugnam parati processerunt in acīo, congressiq; dubio marie certauerunt usq; meridim, laborantibus continue submittentes subsidia: qua parte posterior erat Volscorum Aequorumque condicō, Romanis quod numero deerat alacritate supplentibus. Ibi Quintius uidens muleos suorum cecidisse, ex superstitionibus plurimos uulneratos, cogitabat receprisi gnum dare: sed uerius ne opinione fugae hostibus animos adderet, perdurare maluit: assumptisq; fortissimis equitum, dextero suorum cornu, quā maxime laborabatur, succurrerit: & nunc

nunc tribunorum centurionumq; ignauiam increpans, nunc anteacta prælia memorans, nunc ignominiam si fugians periculo coniunctam ponens ob oculos, ad ultimum opportunissimo figmendo rem labantem sustinuit, quod et suis audaciam, et hosti pauore attrulit. dixit enim alterū cornu fugatis hostibus iam castris illorū esse proximum: simulq; impressionē in hostes facit, ipse cum tota foreissimorum equium turma relictis equis pedestrem pugnā capessens: moxq; omnes exēplo accensi, quasi alij facti, propellunt oppositos, Volscis qui erāt in aduerso cornu non amplius resistere ualētibus. Quibus profligatis Quintius rursum consenso equo in alterum cornu aduolans ostendebat fugitam partem hostium. cohorte abaturq; ne uirtute cederent alteris. quo facto cessit tota hostium acies effusa fuga castra sua repetens. nec tamen diu Romanus instieit, maiure signo receptui dato, nec uiribus iam nec armis integris. Interiecit deinde aliquot dierum inducys, qui sepeliendis cæsis curandisq; vulneribus, et reparando bello impensi sunt, denuo pro castris Romanis certatum est. Nam Aequorum et Volscorum copys auctis supplemento misso à circumuicinis populis, dux eorum freeus suis copys, quintuplo quam hostiles essent maioribus, uidensq; Romana castra parum munito loco sita, oppugnandi tempus adesse perauit. quod ut semel

ss s

apud

apud se statuit, eductis circa medium noctem
 militibus Romanos circundedit ne clam è castris
 discederent. Gratum hoc fuit Quintio, cui non
 ignota erat multiudo hostiū: expectataq; hora
 diei fermè certa, uigilijs uelitationibusq; fessos
 animaduereens non ceniuriatim nec instructis
 accedere ordinibus, sed passim & temere, aper-
 ta porta erupit cum lectissimis equitū sequenti-
 bus denso agmine peditibus. Si Volsci territi
 hac audacia furiosoq; impetu, breui à castris
 repulsi sunt. non longe inde aberat leniter accli-
 nus tumulus: in cum cursu se receperunt, ut in-
 terquiescerent, moxq; instaurarent aciem. Sed
 non licuit eis se recolligere, hostibus in uestigijis
 hærentibus constipatis quinatum poterant ne im-
 pellerentur per declivia. certatumq; est ad mul-
 sum diei, multis utrinq; cadentibus. Volscis &
 numero & loco superioribus neutrū profuit.
 Romana uirtute peruadente omnia: depulsiq;
 cumulo & ad castra refugientes in medio multi
 occisi sunt. Semper enim Romanus ergo hære-
 bar, nec prius destitit, quam castris ui potiretur.
 itaq; captiuis corporibus, equis, armis, pecunijis
 permuliis in suam porcataem redactis, eam no-
 tem in captis castris exegcrunt. Sequenti die
 paratis rebus ad oppugnationē necessarijs con-
 sul in Antiatem agrū mouit, trigesimo inde di-
 stantem stadio. Inrat Antio tunc Sequorum
 auxiliariorū præsidium: qui Romanorū audacia
 erriti

territi cogitabant inde profugere. Sed re An-
 tiatibus cognita, uicti abire, consule auerunt de
 urbe Romanis tradenda si uenirent. hoc quoq;
 consiliū indicio compertū à ciuib⁹ efficit ut tē-
 poris iniquitat⁹ cedarent: cōsentientibusq; pra-
 fidiarijs Quintio se dediderunt, his cōditionibus,
 ut se qui fide C O S. accepta decederent, An-
 tiates præsidio Romano in urbē suā recepio im-
 perata faceret. Sic potius Antio C O S. acce-
 pto stipēdio cæcerisq; quibus opus habebat exer-
 citus, relicta⁹ ibi præsidio reduxit militem, ex-
 ceptusq; est honorifice triumphali pompa in ur-
 bem inuectus. Anno deinde in sequenti Tib.
 Semilius iterum & Q. Fabius C O S s. fune.
 hic Fabius erat unius trium fratrum filius, qui
 cum clieniellis suis ad Cremeram interierant. Ho-
 rum consularu tribunis rursum agrarios conci-
 tantiib⁹, & adiuuante Semilio consule, sena-
 tus demereri plebē ac subleuare cupiēs, decreuit
 ei diuidi agri de Volscis & Antiatibus supe-
 riore anno capi partem aliquam. Triumuiro
 agro dando creati sunt, ipse T. Quintius Capi-
 tolinus, cui se Antiates cediderant, L. Furius,
 & L. Virginius. Id nō admodū expetendū uisum
 est plerisq; plebeyis, quasi ablegarentur à patria.
 adeoq; pauci nomina dedere, ut ad explendum
 coloniæ numerum Latini & Etrunci qui uelleb⁹
 adderemur. his triumuiri agrum diuiscrūt, par-
 te quadā eius relicta Antiatibus. Interea con-
 sul

ful uerq; profectus est cum exercitu, Aemilius
 in Sabinos. in Aequos Fabius. Aemilius nus-
 quam hostem pugnare paratu inuenit: sed im-
 pune peruastato agro ad comitia tempore uo-
 cante rediit. Aequi non expectatis cladibus à
 Fabio pacem petiere. C O S. imperato duorum
 mensium frumento, binis in singulos milites eu-
 niciis. stipendio sex mensium, & siquid opus ha-
 bebat præterea, inducas eis dedit donec à sena-
 tu conditiones acciperent. Patres ad Fabium le-
 gatos gentis remiscerunt, permisso ipsi conditionū
 arbitrio. ex eius autoritate securum est fœdus
 his legibus. Aequorum populi saluis suis agris
 Romanorū subditi sunt, Romanis nihil mittūto,
 præter auxilia quoties accita fuerint, eaq; sum-
 ptu proprio. Icto fœdere Fabius reduxit exerci-
 tum, & una cum collega magistratus in annum
 sequentem designauit. Hi fuerunt Sp. Postumius
 Albinus, Q. Scrivilius Priscus iterum, C O S.
 Horum consulatu Aequi recens accepam pa-
 cem sibi ipsi fecerunt irritam ex causa huiusmo-
 di. Antiatres qui urbana & rustica prædia
 habebant, manserunt in eis colentes tam nouoris
 colonorum agros quam suos, pro locatione tan-
 cum pendentes certam parem fructuum: ceteri
 qui nihil tale habebant, patria relictæ excepti
 libenter ab Aequis, Latinorū agros infesta-
 bant latrocinij, paulatim in societatem ascen-
 scentes audacissimum quæq; gentis Aequorum
 egentissi

egentissimumq;. Super hac re Latinorum legatis apud senatum queretibus, & aut exercitum ad se mitti, aut arma ad defensionem sibi permitti postulantibus, patres neutrū concesserunt: sed tribus legatis electis, quorum princeps erat Q. Fabius, qui pacem genti dederat, mandaerunt eis scitari à proceribus populorum, utrum consilio publico manus latronum mittaneur in agrum sociorum Romanumq;: nam huius quoq; partem incurserant exules: an nihil id ad publicam causam pertineat. & si priuata ea facinora esse responderint, res repetere noxiosq; ad supplicium deponscere. Aequi legatis ambigue responderunt, negantes latrocinium fuisse publicum, nec tamen uolentes eius autores dedere, qui amissa patria uagi ad se uenissent supplices. Tum Fabius indignans & fidem foedorum inuocans, ut uidit Aequos simulare agere, et compusq; ad deliberandum petere, inuitatus ad hospitium annuit quo res corum uiceret: circumductusq; per loca sacra et publica, armorumq; officinas, cū animaduiceret quedam iam perfecta, quedā adhuc esse in manibus, facile memorem eorum intellexit. in urbem deinde reuersus renuncianit senatu que audierat & uiderat, qui nihil amplius cunctatus foeciales decreuerit eò mittere, denuntiatiuros bellū nisi exules Arriatum expellerent, & res per iniuriam ademperas polliceretur reddere. Aequi satis audēter respondere

responderunt, non iuitos se bellum accipere. non
 licuit tamen Romanis exercitum eo anno cōtra
 illos mittere, siue aūspicijs uerancibus, siue quōd
 magna paree anni laboraretur morbis uarijs.
 tantum præsidio sociorū cōs. Q. Seruilius ad-
 duxit manum modicam, cum qua in agro La-
 tinostatiua habuit. In urbe adem Dij fidij col-
 lega eius sp. Posthumius dedicauit nonis iunij
 in luco Bellone, locatam ab ultimo regū Tar-
 quino, non tamen ab illo consecratam. Sed tum
 demum ex s.c. id fecit Posthumius, ut restatur
 eius aedis inscripicio. Aliud nihil memorabile
 his cōss. gestum est. Olympiade LXXI X.
 qua uicit Xenophon Corinthius. Archedemide
 Athenis principe cōss. facti sunt T. Quin-
 tius Capitolinus tertium, Q. Fabius Vibulanus
 icerum, quibus ambobus senatus magnos & be-
 ne instructos exercitus attribuie. Quintius iussus
 est seruare pacatos agros à finitimorū iniurijs.
 Fabius ad populandam Aequorum regionem
 missus est. is hostem in finibus obuium habuit,
 occurrentem cum magno exercitu. cumq; utriq;
 castra opportunis locis communissente, progressi
 in campum, priores aliquanto Aequi, mox &
 Romani, pugnauerunt ad multum diei strenue,
 singulis in sua dexera uictoriam collocantibus.
 postremo continuis ietibus hebetatis plororūq;
 gladijs, duces receptui signo dato reduxerunt in
 castra suis exercitus. Post haec non amplius eorū
 viribus

uiribus certatum est, sed tantum continuis uelitationibus inter aquatores & deductores comitematum, a quo marte plerunq;. Dum hec geruntur, pars quedam & eorum exercitus per incustoditos iramites inuasit in eam Romanis agri partem, quae maxime auersa erat à suis finibus, ac proinde minus custodita, ex qua multos capiuos, mulcium præda abduxit: inscūsq; Quintianis penes quos erat agrorum custodia, recepit se in sua: idq; saepius facta ab ante magno rubore consulum. Tandem Fabius cognito ex captiuis ex exploratoribus è castris & eorum profectum robur exercitus, ipse quoq; in castris suis senioribus relictus nocte exiit cum florentissimis equitum aeq; peditem, & paulo post hosti iam præda onussto superuenit. ita & præda recepta est, & prælio uicti sunt quotquot ceterauerunt uiriliter: reliqui dispalati refugerunt etiam in sua castra proper locorum peritiam elusis persicutoribus. Hac inopinata clade fratri & qui relictis noctu castris receperunt se intra moenia, nec postea prodierunt, passi frumentum iam maturum hostes absportare, & pecorum greges abigere, resq; suis diripere, uilius incendere, capiuos mulcos abducere. His gestis Fabius reduxit exercitum instantibus iam comitijs: idem fecit & Quintius. Reuersi in urbem creuerunt consules A. Posthamius Albus, Sp. Furiu, qui mox consularum inuerunt.

ad

Ad hos nuntij sociorum Latini nominis uenerunt propere, inductiq; in senatum indicauerunt. Antiates ad defectionem spectare, occulsi per legatos. Aquis eos solicitantibus, Volscis uero etiam aperte mercatus praetextu ad eos uentabantibus, ductu eorum qui Antium deseruerat quando ager diuisus est, & ob pauperatem ad Aequos transfugerant, ut antea diximus. Nec solos indigenas corrupti esse, uerum etiam magnam partem aduenarum: & nisi urbem eam occupauerint praesidio, illinc quoq; inopinatum bellum Romanis exoriturum. paulo post superuenerunt Hernicorum legati. nuntiantes magnū Aequorum exercitum finibus suis egressum populari agros sociorū Romani populi: iunctosq; his Volscos maiorem eius exercitus partem conficer. Senatus decreuit ad Antiates dubiae fidei (quidam enim eorum excusatum se uenerante, & facies apparebat nihil sanum eos cogitare) mittendum aliud praesidium, quod eos in officio contineat: contra Aequos uero sp. Furium C O S. exercitum iussit ducere. utriq; sine mora proscripti sunt. Aequi cognito Romanoru aduentu, relicto agro Hernico iuerunt eis obuiam: & ut in murum conspectum uenerunt ambo exercitus, non longe semora à seiuicē cōstra ea die posuerunt. Sequenti uero hostes ad uallum Romanorum accesserunt, tentaturi quid habeant animi. quibus non progreditibus leui uelita

uelitatione defuncti ualde sibi placentes discesserunt. Consul postridie castra in tutiorum locis transstulit, eaq; profundiore fossa, altiore uallu muniū. quo uiso creuit audacia hostium, ac magis etiam postquam nouis auxilijs aucti sunt ab equis volscisq; submissis, ita ut oppugnationem nō differrent. At C O S. cogitans se imparem ambabus gentibus, equitibus, cū litteris in urbem missis opem celerem petiēt: ut in extremo constitutus periculo. quibus circa medium noctē receperit collega Posthumius patres per aliquot praecones domibus excitos in curiam conuocat: factumq; est ante lucem s.c. T. Quintium ter consulem cum robore peditum equitumq; ex proconsulari potestate cōfessim ire castris sub-sidio: A. Posthumium cōscriptis copijs ex accitis repentinis auxilijs, quām primū fieri posse illum subsequi. Prima luce Quintius uoluntariorum quinq; millia in armis habuit, quos sine mora eduxit. Id suspicati exequi statuerū Romanos priusquā eis subuenire iur aggredi confisi suorū numero, quos diuiserunt bisariam. certatumq; est tota die ferociter illis uallum subeuntibus, ex nec iaculis, nec sagittis, nec saxis missilibus submoueri se patiētibus. postremo C O S. ex legatus cohortati se inicem subito apertis portis erumpunt eodem tempore, ex cū ualidissimis iuuenum incurrentes in oppugnatores, ab utraq; parte iam uallum cōscendentes repellunt.

fugientes consul non diu persecutus in castra rediit. sed frater et legatus eius P. Furius ardore animi euectus usque ad castra eorum ergo heredo cedendoque; insecutus est, habens secum non plus quam duas cohortes quingenarias. hoc animaduerso hostes circiter quinquies mille castris progressi eos a fronte adoruntur. equites uero circumiecti erga inuadunt. Ita circumuenient et interclusi quamuis traditis armis salutem possent redimeri: inuitabatur enim huc ab hostibus pro magno ducentibus mille fortissimos uiros in potestatem redigere, sperantibusque; tanto honestiore pacem se inuenturos: contemptis illorum uerbis scipios cohortati nequid admiceret indignum patrias pugnando non inulti ad unum cessi sunt. Hoc successu elati et qui rursum pro castris adfuerunt Romanis legari aliorumque; nobilium uirorum prefixa hastis capita ostentantes, et hoc errore ad dditionem eos cogi posse putantes, quod longe aliter evenerit. nam extinctorum miscratio reliquis duplo maiores animos indidit, certis auctoribus modo mori, aut uincere. Illum igitur noctem obsecuti per uigilauerunt, sariendo uallo alijsque; rebus necessariis ad sustinendam oppugnationem apparandis intencti. nec eos si filii expetatio. nam reuersa luce rursum multis locis uallum connellebatur: et crebris erupcionibus nunc et qui repellebantur, nunc ipsi compellebant in castra progressos remere. durauitque; id
certamen

certamen per toram dicim, in quo etiam consil
 iaculo per scutum in femur vulneratus est, alijq;
 multi qui circa eum uersabantur. Iamq; penè
 desperatis rebus ex inopinato sub uisperam
 Quintius Romanis conspectus est cum recente-
 bus uoluntariorum auxilijs: ad quorum aduen-
 rum hostes omissa oppugnacione recepiui ceci-
 ncrunt: Romani vero erumpentes extremū agmē
 cedebant aliquandiu: sed breui & ipsi destitue-
 runt! persequi, retardantibus uulncribus. Viraq;
 deinde pars se castris suis continuuit. Post ali-
 quo dics Acqui Volsciq; rati opportunū tem-
 pus prædandi uenisse, dum Romanæ iuuentutis
 robur distinetur externa militia, Romani agri
 partem inuadunt longissime diskitam, quā mā-
 xima erat aggressiū scouritas: ubi multū præ-
 de, multum captiuorum partum est. sed in rece-
 dendo non eadem fuit felicitas. nam alter C O S.
 Posthumius, qui iam ualidus copias in auxiliis
 obfessorum comparauerat, ut audiret factum
 hostium, occurrit eis ex insperato. Illi aduentus
 eius nil territi, impedimentis in locum quendam
 situ munitum se positis, & addito eis satis uali-
 do præsidio, reliqui acie structa cum Romanis
 congressi sunt memorabili prælio, nec numero
 pares nec armaturæ genere, concurrentibus eò
 qui prius dispalati fuerant: multiq; Romani ce-
 ciderunt, & parum absuit quin prædatores in
 alicno agro deprehensi clarum de propugnato-
 ribus

ribus trophyum statuerint. sed C O S. unà cū le-
 Etissimis equitum detractis equis frenis illati in
 conferrissimam aciem hostium perruperunt or-
 dines prostratis plurimis: cum antesignanis ob-
 eriis etiam reliqui uersi sunt in fugam: ex qui
 impedimentis custodes appositi fuerant, relictis
 eis proximos motes cursu petebant. minor pars
 in pugna perire, in fuga plurimi, locorum igna-
 ros equiibus consecrantibus. Interea Furius ut
 collegam aduentare cognouit, ueritus ne hostes
 obuiam illi profecti iter intercluderent, oppu-
 gnatione distinere hos statuie: quam tamen non
 expectauerunt, sed suorum clade audita ex his
 qui evaserant, motis prima statim nocte castris
 repeterunt pairiam, re gesta non omnino ex
 animi sententia. nam præter absumplos in præ-
 lÿs ex predationibus, in hac quoq; postrema
 fuga maior quā ante numerus defecatus est.
 Feci enim labore ac vulneribus agreq; gradum
 promouentes destituebantur uiribus, collabeban-
 turq; maxime circa riuos ex fluios praefici:
 quos assecuti equites occidebant. Romanis præ-
 clara uictoria, sed non incruenta coniugie, eos
 uiris fortissimis unà cū legato amissis. atq; hac
 sunt gesta his consulibus. Sequenti uero anno
 L. Ebutio, P. Seruilio Prisco consulibus, neque
 domis neq; militia quicquam memorabile ge-
 stum est, pestilentia sciente magis quam un-
 quam antea, que primum equorum boum q;
armen

armenta inuasit, mox caprarum ouiumq; gre-
ges aggressa penè eorum quadrupedum genus
absumpsit, contagio transcurie ad pastores &
agricolas, donec malum agros pernagatum in
urbem postremo incubuit. Seruitiorum mercena-
riæq; multitudinis hac peste absumptæ ne nu-
merus quidē iniri potuit, nam primò coaccruat
in plaustris cadauera exportabantur, deinde
uilissimus quisq; in profluente Tiberim proij-
ciebatur. Senatorum quarta pars extincta est,
& in his ambo C O S S. maiorq; pars tribuno-
rum collegij. cœpit is morbus circiter calend.
septemb. durauitq; annum eum continuum non
atati ulli parcens non sexui. Quod ubi apud ui-
cinos gentes est cognitum, Volsci & Sequi-
rati uenisse tempus excidendi Romani imperij,
societas scđere iecto, paratisq; rebus oppugna-
tioni necessarijs, quam celeriter potuerunt edu-
xerunt ambos exercitus. & ne Romani sociorū
auxilijs subleuarentur, Lætinorū Hernicorumq;
agros primum inuasrunt. Quo die ueriusq; gen-
tis sociæ legati ad petendam opem in urbem ue-
nerunt, Eburius moreuus erat, P. Seruilius exi-
guia in spe trahens animam, senatum conuoca-
uit. plcriq; semimortui lecticis in curiam illarū,
responderunt legatis, renunciarent suis, senatum
illis permittere ut sua uirtute hostem arceant
& antiisper dum consul melius habuerit, & exer-
ciuum in defensionem corum collegerit. Hoc re-
cepit sponsos

sponso accepto Latini comportatis rebus suis ex agris in oppida, cōtentī mœnia tutari, contēnēbant damna cœtera. Hernici non ferentes vastationem & direptionem rerum suarum, arreptis armis progressi sunt hosti obuiam: editaq; egredia pugna, multiis suorum amissis, pluribus hostium occisis, postremo coacti intra mœnia se recipere non amplius tentauerunt mariis alcā. Nequi & Volsci agrū corum impune posthac populati usq; in Tusculanum processerunt: & hoc quoq; rapinis fœdato repugnante nemine per agrum Sabinum in Romanum populabundi transierunt. In urbe magnus tumulus excitatus est, non tamen ea potiri sunt. nam Romani licet infirmi corporibus, & ueroq; consule orbat, non per enim & Scruilius è uita excesserat, supra uires armari compleuerunt ambitum mœnum, qui tunc non maior quā Ahenarum erat. erat autē partim in tumulis sita & rupibus mediocri præsidio propter loci naturam opus habentibus: partim munita Tiberi fluvio: cuius latitudo est quatuor ferme iugerum, profunditas nubibus etiam magnis meabilis, fluxus concitatus & uoreicosus si quis alius, pedibus nō nisi ponte superabilis: qui tunc unicus erat sublicius, dissoluebarurq; belli tempore. quā uero maxime hostibus urbs est obnoxia, ab Esquilina portâ Collinam usq; operc manu facta munita est, fossa lata cœnum pedes quā minimum, alia tri-

ginta,

ginta, cui imminet murus alio & lato intus sus-
 fulius aggere, nec arice bus quassari nec cunicu-
 lis suffodi facilis. ea munitione si pium fermè stadijs
 longa, lata quinquaginta pedibus, occupabatur
 multitudine instructorum cinium arcentium ho-
 stem imperium oppugnandi e seculo, quo nec-
 dum re studines inuenire fuerant aliæ ne huius-
 modi machina. Itaq; desperata expugnatione
 abductæ sunt inde copiæ, & agro prius qua-
 cunq; iter facerent uastato redierunt in paeriam
 incolumes. Romani creatis inter regibus comitio-
 rum causa, quod uacante magistratibus summis
 imperio solent facere, per eos designauerūt L. Lu-
 cretium, T. Veturium Geminum C O S S. qui ue
 consulatum inicrunt pestilentia desüt, simulq; à
 ciuibus actionibus quies fuit, Sex. Tilio trib.
 pl. ad primam mentionem legis Agrarie ab
 ipsa plebe cohibito & expectare iussò feliciora
 tempora. ciuitati iam satis ualide nihil aequi
 cordi fuit, ac poenas sumere de his qui inuallidam
 & alioquin male affectam insuper uexauerant.
 ac mox ex s. c. & plebiscito dilectibus habitis,
 nemine uel iustum immunitatem causante, quic-
 quid militaris etatis fuit dedit nomina. Copijs
 trifariam diuisis, cum parce una Q. Fabius vir
 consularis urbis præsidio relictus est, duæ reliquæ
 cum cōsulibus in Aequos & Volscos profectæ
 sunt. Idem iam & hostes fecerant. nam utriusq;
 genis robur in castris erat in agro Hernico, initio

et 4 inde

inde factō infestaturum omnes Romano parentes
 imperio. reliqua manus externae militie minus
 utilis oppidatim in praesidia diuisa est contra re-
 pentinos incursus hostium. Romanis consulibus
 uisum est optimum per oppida hostium circum-
 ferre bellum, hoc consilio quod si peterentur sin-
 guli populi, facile dissolueretur corum exercitus,
 omnibus promptioribus ad arcendum patriæ pe-
 riculum quam ad hostes infestandos. Lucretius
 Aequorum agros inuasit, Volscorum Veturius.
 At qui contempno uastationis damno tantum
 munitionibus se rucbantur. Volsci fricti numero
 suorum et audacia, hostemq; arcere coati, ca-
 stra opposuerunt Veturio. Sed in acie apparuit
 quaneum ualeret iironum turba ex oppidanis
 et agrestibus pro tempore confusa delectu in-
 muluario, in qua plures essent incrmes aut rei
 militaris imperitissimi. uix enim primum con-
 gressum Romanorum sustinuit, clamore ipso et
 armorum strepitu in fugam uersa, ita ut multi
 inter uiarum angustias obeyerentur compres-
 sione mœua, multi ab equitibus circa portas op-
 primerentur. Sic Volsci suo malo docti à pugna
 abstinuerunt in posterum. At Aequoru[m] pro-
 ceres morarum non amplius patientes decreue-
 runt et ipsi fortier aliquid facere, et omisssiu[m]
 Latinis Hernicisq; properato itinere ipsam Ro-
 manam petere. Fore enim ut alteruero modo res si-
 bi succedat ex sententia, uel urbe capta per in-
 ueni

ueneris absentiam, uel hoste coacto suis finibus
excedere & recurrere in auxilium patriae. hoc
igitur consilio celerabat iher quancum poterant.
ut improvisi adessent ad mœnia, ac mox oppu-
gnacionem aggrederentur. Iamq; Tusculum
usq; peruererant, cum cognoverunt mœnia Ro-
mana armatis oppleta, & ante portam in sta-
tione quatuor cohortes sexingenarias. quapro-
pter mutato consilio, deflexerunt de via, &
agrum superiore expeditione intactum populari
sunt. Occurrit cò confestim L. Lucretius consul,
castraq; cum eis conculit. Illi ut prius de sum-
ma rerum armis decerncent, quam alter consul
Veturius cum collega se iungere, depositis im-
pedimentis in quendam rumpulo, appositiuq; presi-
dio duabus cohortibus, reliqui processerunt in
aciem: congressiq; cum Romanis diu rem gesse-
runt fortier. deinde ostendente se eis à ieso ma-
nu milieum è quodam montano castello descen-
dantium, existimauerunt alterum aduenire
consulem, & uerii ne circumuenirentur, in fu-
gam se uerterunt. In hoc prælio uercq; dux ho-
stium post edicta multa præclara facinora ceci-
die. & circa eos multi alij forces uiri. qui super
fuerunt fuga dispersi repperunt se in suam quisq;
patriam. Post hæc nemine prohibente Lucretius
Aequorum agrum uastauit, Volscorum Vetus-
rius, usq; ad comitiorum tempus, ac cum demum
reductæ sunt domum copiæ. Lucretius trium-
phans

phans urbem inuenitus est, Veturius ouans rediit
ex S. C. pompa pari cæcera, nisi quod pedibus
non curru ingressus est.

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSEN.

Antiquarum siue Originum

Romanarum, Liber

Decimus.

In quo res populi R.o.à consulatu P.Vo-
lumnii, Ser.Sulpitii per annos x i i.



Equitur Olympias lxxx, qua stadio uicit Torymbas Thes saluo, Phrasicle Athenis principe. Romæ consules creati sunt, P.Volumnius, Ser.Sulpicius Camerinus. His foris nullū fuit negotium, quia nec in hostem uindicare accepto exercitu, nec suis sociorumque rebus præsidio esse iussi sunt. tantum intra moenia curabant nequam nouā seditionem plebs contra senatum moueret. turbabatur enim rursus à suis tribunis, afferribus nihil esse liberae ciuitati conuenientius, quam æquum ius agendi de Republica: eoq; uolbat omnia tam priuatim quam publice ex legum præscripto geri. nondum enim erat apud Romanos ius æquum omnibus ciuibus, nec iunes ex æquo ordines admiscebatur ad tractandam Rem. nec ius scriptum exebat:

sed

sed quandiu regnum est in urbe, regum arbitrio lues dirimabantur, quod cum erat pro legibus. translatio deinde à regibus ad annuos magistratus imperio, inter cetera officia regia iuris quoq; reddendi munus ad eos ducenit. id ius maxima ex parte constabat uirorum potestate preditorū praeiudicij, minima pars eius habebatur in libris pontificum: quarū legum scientia penes solos erat patritios, quod hi soli huiusmodi libros uersarent. reliquum uulgas negotiorum & agricolarum quod non nisi mercatus gratia in urbem statis diebus conueniebat, prorsus imperium erat rerum talium. Primus C. Terentius trib. pl. superiore anno consulare imperium certis legibus circumscribere tentauerat, quas ipso rogante ferre populus: sed rem imperfectam omisit, quod ciuium maior pars distincretur militia, consulibus data opera bellum usq; in comitia trahentibus. Ceterum hoc consulari totum tribunorum collegium rem eandem aggressum est denko, duce & auctore A. Virginio, in conarium tendentibus cum toto senatu consulibus ceterisq; eiusdem factionis ciuibus. quamobrem crebro senatus habitus, conciones penè quotidianae, ueriusq; partis magistratibus nihil de summo conatu remittentibus: que omnia uidebantur tendere ad aliquam magnam cladem Reipublice & non humanis tantum coniecturis, uerum multo magis signis diuinis ad terrorem augendum obla-

oblatis, qualia nunquam in omni hominum memoria reperiebantur in publicos relata commentarios. nam cælum arsisse, terram cum mugitu tremuisse, uarias spectrorum facies horrendasq; uoces oculis atq; auribus hominum obueritas proditum erat saepe antea: quod uero hactenus innisum inaudiciumq; plus ceteris omnibus prodigijs terruit, erat niuis in morem demissa caro frustis maioribus minoribusq;. hæc ab omni genere animalium interuolitantium direpta sunt prius quam terram attingerent: reliquum quod intercidie, in urbe agrisq; sparsum iacuit muleo tempore, nec colore mutato nec odore contra morem neterascetum carnium. id uates indigenæ interpretari non potuerunt. Libri Sibyllini per duumniros aditi monuerunt cauendum ab externo hoste ne in urbem penetreret cum libertatis periculo, magisq; etiam ne seditiones ciuiles hostibus adicium aperiant. proinde nascentibus obstantum esse deosq; placandos, quorum fauore de hoste adipiscaneur uictoriam. quod oraculum ubi uulgatum est, primum per pontifices dijs quibus opportuit supplicatum aitq; literatum est: deinde conuocato senatu, cui etiam tribuni pl. intersuerunt consultarū de salute publica. Omnibus placebat finem tandem fieri criminationum mutuarū. ex oraculi monitu sarciri concordiam ordinum: sed non inueniebat quid primum acri debarent eedere acri, quóne modo seditionis materiam è ciuij

ciuitate eximere. nam C O S S. & senatus pro-
res malorū causam in tribunos referebant, ut qui
nouis legibus inducendis perturbare conarentur
bene constitutam Remp. Tribuni contra nihil se
indignum Romana maiestate aut iniquum uel
noxiū introducere aiebant, sed bonas leges &
& aquabilitatem: quibus si consules cum patritijs
obsistāt, ipsos causam seditionis futuros, qui sua
compendia querant ex alienis dispendijs, & in
libera ciuitate potenciam plus quam ciuilem af-
fectent. huiusmodi altercationibus aliquot dies
conteriti sunt in anier, tam publicis quam priua-
tis negotijs pendebitibus. tandem tribuni cernētes
nihil se accusationibus senatus proficere, hoc
omissō concionem aduocant, eiq; legem se perla-
tueros pollicenur. quod cum probaretur multitu-
dini, sine mora rogationem iam ante in hoc pa-
ratam recitant, cuius capita erant hæc. Decem-
uiros legitimis comitijs à populo eligi, & estate,
prudentia, dignitate præstaniissimos, & qui bo-
nae sua famæ rationem habent maximam. eos
uiros leges de negotijs tam priuatib; quam publi-
cis promulgare, quibus legibus sua iura præscri-
bitur tam priuatib; ciuib; quam annuis ma-
gistratibus. Hac rogatione lata tribuni potesta-
tem dederunt omnibus dissuadere uolentibus in-
erinundinum. exiteruntq; multi ex senatu eius
legis dissuasores seniores iunioresq; nō infacundi
homines. deinde tribuni morarum impatiētes
omiss

omissis concionibus diem certam statuerunt ad quam omnes ciues præsto essent laturi de lege suffragia, quod iam non prolixis orationibus amplius opus esset sed calculis ferendis per tribus: atq; ita concessionem dimiserunt. *Hic coss.*
& patritiorum potentesim quisq; audacius se tribunis opposuerunt, negantes se admissuros rogationes de quibus in senatu preconsultacum non sit. Leges enim communes totius ciuitatis esse debere, non partis alicuius: essq; id certum ad perniciem iter uel ciuitatibus uel privatis familijs, si deterior pars posterior leges prescribat. Quam, inquiunt, potestatem legum ferendarum uobis sumitis? annon certis conditionibus magistrorum istum à senatu impetratis, ut uim parentibus pauperibus succurratis, nec aliud tenetis praeterea? Inò etiam si aliquid potestatis à senatu conventionum radio extorsistis, annon totum id amissitis ratione comitorum missaré? quando iam nec ex s. c. eam potestatem accipitis, necq; centurie de uerbis firunt suffragios, nec ex more sacrificatis ante comitia, sed absq; omnibus ceremonijs magistrati capessitis. *Quid igitur ad uos leges pertinent, qui omnes leges contemniatis?* Huiusmodi noces sum uulgo tribuni audiabant à seniorum iuniorumq; sodalitijs, nam patritij uiros bonos & dignitate aliquas prædiuos blandis nulcebant alloquij, refractarios uero minis compescabant. quosdam etiam

ex

ex infima plebe, qui proprietum commodorum studio nihili faciebant quietem publicam, pulsatos uelut mancipia foro cūcibant. In hoc ordine plurimum poterat Cæso Quintius maximus stipatus sodalicio, L. Quinti Cincinnati filius, genere ac facultatis cum primis honestus, ad hæc aspectu pulcher ex bellis pacisque artibus conspicuus, aduersus plebi, nec uerbis nec factis inuidiosis temperans. Huic applaudibane paritatem ceteri, opemque pollicendo addebant animos: plebeij contrâ pessime oderant. cum tribunis aggressi decreuerunt è medio collere, deterrituri hoc pacto ceteros iuuenes ab audacia simili. igitur rei capitalis accusato dicim dixerunt ad populum: que ubi aduenit, pro concione accusatione prolixa in hominem inuicti sunt, enumerantes quam uiolentius erga plebeios fuerint. Ex testes facinorum eius adducentes ipsos qui iniuriam acceperant. facta deinde reo pro se dicens copia, non ibi se causam dicturum ait, sed ad tribunal consulum, corumque iudicio satisfeturum his qui se lessos qui rebantur. Tum pater iuuenis uidens plebem officiam eius peruicaciam patrocinatus est filio, plurima ut facta refellens crimina: Ex que inficiari non poterat eleuans parva esse dicens nec digna animaduersione publica. quin illa ipsa facinora non per contumeliam commissa, sed in cōvenientibus iuuenilibus, in quibus aliquoties ex alios pulsasse, ex ipsum uapitis

napulasse propter temeritatem et atque immaturam ferociam. orabatque plorios ut non tantum eius peculantiae meminisse, uerum etiam praeclarorum militiae facinorum, defensiisque; unde cum priuatorum ciuium libertate imperij patriæ: quibus uirtutibus meritus sit gratiam multitudinis ex in delicto ueniam. moxque; enumerauit quoties legitima stipendia fecerit filius, quibus prelijs interfuerit, quibus donis militaribus ab imperatoribus suis ornatus fuerit, quo ciuicas, quo murales coronas acceperit. postremo ad preces ex miserationem mouendam uersus, rogabat ut pro uita omnium testimonio innocentia acta hinc unam sibi donarent gratiam, in columbariæ filij. Vehementer mouit plebem pairis deprecatione, uidebaturque; libenter gratificatura homini. Quod ubi sensit Virginius, uidens intolerabilem posthac futuram iuuenium insolenciam, si Caso suam impune ferret, surrexit, et, Tua, inquit, Quinti cum cetera uiriis cum erga plebem benevolentia satiata est, debeturque; tibi et habetur honor hoc nomine. Sed huius cui iuuenis superbia ferri non potest, nec ullam meretur ueniam: qui sub tam populari modesto; patre educatus, ut omnes scimus, contempta domestica disciplina, ausus est tyrannicæ et barbaricæ feritatis exempla in ciuitatem introducere. quod cere si te nescio factum est, nunc merito postquam in cognitionem tuam uenit, ex aequo nobiscum indignationem sibi

tibi mouere debet : sin te dissimulante insule auie
 egenis ciibus. tu quoq; malus fuisti quantūvis
 existimatus bonus & honestus vir. Sed nescie-
 bas eum indignum te patre. Id uero ut credatur
 facile imperabis meo quoq; testimonio. Ali-
 num te esse ab hac culpa facile credimus. hoc
 rancū molestū est, quod nō aequē ac nobis iniqui-
 tas istius stomachū tibi moueat. Vt autē melius
 scias quale malum in reip. perniciem imprudens
 alueris, quā immane ac tyrannicū, ac ne à ciuili
 quidē cēde purū, audi facinus ciuo egregiū, &
 si liber conser cū præclaris istis que memorasti
 militia decoribus. Nos quoq; qui prop̄siores ui-
 demini ad misericordiam, ant̄ tali ciui parcen-
 dum p̄mitis, ipsi uideritis. Hæc locutus testem ci-
 rauit unum è collegio M. Volscium, iussitq; bo-
 na fide que sciret dicere. moxq; silenio facto,
 & omnibus expectatione suspēsis, Vulscius ali-
 quantiū prius secū meditatus sic orsus est. E qui-
 dem Quirites omnium maxime iamdudum cu-
 pio legibus pœnas de hoc homine reposcerem:
 quod quia hactenus per forense tenuitatem ue-
 uni cū uulgo non licuit, qui accusator esse nō po-
 tui, eccl̄is certe proloquar quā immani affectus
 sim iniuria. Frauer mihi fuit Lucius omniū mor-
 taliū dilectissimus, is. necuth apud amicum cœ-
 natus noctu domum reuerebatur, emensi forum
 incidimus in hunc. Cæsonem comitatum turbæ
 probè potorū iuuenū. hi primum cauillis nos ag-

grc̄si sunt, quod solcne ebr̄i inuenes in humilio-
res sibi permittere. tandem frater etiam in hūc
dixit quiddam libcrius: ac mox ab indignabū-
do pugnis petitus & calcibus necatus est: dein-
de me uociferant & succurrere parantem,
omisso illo non prius pugnis contundere desyt.
quam prostratiū pro exanimi relinqueret: sicq;
quasi re benc gesta discessit: nos quidā qui casu
superuererāt sustulerunt cruentos, fratrem ene-
tum ut dixi, me semineccem & nihilo meliore
spe trahentem animā. Hec facta sunt L. Ebu-
rio, P. Seruilio consulibus peste grassante, à qua
neq; nos immunes fuimus. quæ quoniam uirumq;
consulē absump̄sit, nec ego cum aduersario le-
gibus agere tunc potui. successerunt consules L.
Lucrelius, T. Verurius, quos diu militia distinuit
ab urbanis negotijs. ubi uero rcuerſi sunt, quo-
rics ad magistratus citatus est, toties (ut multi
cines norūt) pugnos ab eo retuli. Hec sunt Qui-
ritcs quæ apud nos pro testimoniō dico uerissi-
me. His auditis minimum abfuit quin Cæſo in-
teriret impetus populi: adeò Volscius homines
concitauerat: sed cōs̄s̄. cohibuerunt multieu-
dinem, atq; etiā tribuni aliquot, quod res malē
exempli uideretur: quin & plebis magna pars
erat integrā, quæ nolle de capite certantem in-
demnatū perire. Ita præualuit iustitiae ratio ut
differretur iudicium, non sine magna cōtentione
affirmandasne interim reus effet in uinculis, an
dato

dato uadimonio dimicendus, ut pater postula-
bat. Senatus dcmū arbitrio uadari placuit. Sed
postridie iuuenis litem simul & uadimonia de-
seruit: tribuni absentem damnauerūt & uades
numero dccc multauerūt pignoribus. Ita Cæso
insidijs tribunorū circumuentus, qui etiam vole-
sciu falso ui post compereū est testem suborna-
urant, exularū in Heruriā abīt. Pater eius
maxima parte bonorū suorū diuendit a satisfe-
cit uadibus: contentusq; uno rāstiberino ruscu-
lo, unoq; humili tuguriolo, cū paucis seruis uitā
laboriosam sustēauit, præ dolore ac inopia nec
urbem inuisens, nec amicos salutās, ac ne publi-
cis quidem se miscens hilaritatibus. Cæcrum
tribuni mulium sua spe falsi sunt. Adcō enim
nihil profecit Cæsonis calamitas ad moderandā
iuuenium insolentiam, ut mulro etiam fieriores
sint redditi, dictis factisq; rogaionem oppu-
gnantes, ut hoc consularu nullo pacto lex per-
ferri potuerit. itaq; plebs in annum sequentem
eosdem tribunos resecit. Vbi uero P. Valerius
Publicola, C. Claudius Sabinus C O S S. magi-
stratum inierunt, periculū quale nunquam an-
nē ab externis genibus in urbem incubuit, asci-
sum ut Sibyllini libri pramonebante ex intestinis
seditionibus, haudquaquam uano tot superioris
anni prodigiorum præfigio: cuius belli origo &
gesta C O S S. nunc denarrāda sunt. Tribuni re-
seceti in annū alterum quo legem persirrent fa-

uu 2 cil

cilius, quoniam intelligebant alterum consulum
 C. Claudium laborare innato plebis odio, nihilq;
 intentacū relictarum quod ad rogationem im-
 pediendam facere: ad hāc iuuenieis pāericie
 tantam ferociam, ut per uim nō posse deprimi,
 acrius rem agere adorei sunt, & terrorē tam
 plebi quam consulibus incutere. ac primum ru-
 morem per urbem sparserūt uarios deinde à ma-
 ne usq; uesperam in propatulo consuli antes, ne-
 minem nisi ex collegio admitebant in collo-
 quiū illud secretius. postremo ubi uisum est tem-
 pus cœquendi consilia, literas ficticias à subor-
 nato quodam ignoto homine in foro acceperūt:
 moxq; nullū ad mœrorem composito plangen-
 tes se surrexerunt. ad quē casum concursu uulgi
 facto, & omnibus magnum aliquod malum di-
 uinantibus contineri his literis, silentio per pre-
 conem indicto: Extremum, inquiunt, plebi peri-
 culum instat Quirites: & nisi deus aliquis
 propitius innocentis respiceret, actum esset de
 nobis. rogamus ut tantisper expecteis dum rem
 nuntiatam ad senatum referimus, quo possimus
 in commune consulere. his dictis proripiunt se
 ad consules. Interim autem dum senatus cogi-
 tur, uarij sermones iactabaneur toto foro, alijs
 data opera ut mandatum à tribunis acceperāt
 per circulos sermones seruitibus, alijs quæ suus
 cuique timor fingebat ea tribunis nūtiata suspi-
 cantibus. alijs Cesonem Quintiūn à populo
 damn

damnatum aduentare aiebat in urbis excidium
cum Aequorum atq; Volscorum copüs, ultro
delecto ad eum duarum gentium imperio. alias
hunc ipsum reduci postliminio stipatum milie
externo conducto stipe patriciorum hominum,
idq; ad abolendam tam in præsens quam in fu
turum plebeiorum potenciam. Rursum alias, non
totum patriciorum ordinem id moliri, sed iunio
res tantummodo. nec de crane qui assuerarent in
tra mœnia latere hominem, et hoc agere ut in
potestatem suam redigat loca urbis munitissi
ma. atq; ita urbe tota cōmota expectatione ca
lamitatis alicuius, cum omnia parū tuta vide
rentur mutuis suspicionibus, consules senatus ad
uocauerunt, tribuni ostenderunt literas. Quorū
unus pro omnibus A. Virginius sic locutus est.
Quā diu nihil aliud quam rumores incerti au
diebantur P. C. puduit atq; piguit nos de rebus
incomperitis ad uos rescrire, quod uiceremur ne
perturbata mea ciuitate paulo post uideremur
alicui plus aequo creduli, nec satis prudenter fa
ciles. quamvis ne cum quidem omnino eos negle
ximus, sed quantū in nobis fuit ueritatem scrin
ati sumus diligentissime. Nunc quoniam diui
na prouidentia huius imperij custos perpetua
prodit conatus nefariorum hominum, literasq;
ab hospitibus amicis recens missas accepimus,
quas mox recitari audieris, et consonā exte
na indicia cum domesticis, nec res urgens ullum

amplius dilationē paciuntur, prius quam efferratur
in populum, uobis ut pars est nuntiabitur. Scitote
coniuratum in plebem à uiris non obscuris, in
quibus scribentur esse aliquot non mulieras tamen è
senatoribus, maximā vero parte ex equestri
ordine, quos nondum indicari tempus est. Hi, ut
comperimus, statuerunt per noctis renebras ex
improviso in aedibus nostris sōpitos nos oppri-
merē: iugularisq; tribunis pl. Et si qui alij liber-
tatis amore ipsis aduersantur, reliqua deinde
per otium peragere, et abrogare quicquid un-
quā plebi à uobis P. C. concessum est. Et quoniam
ad hoc facinus nō mediocri externa manu mili-
tum occulie cōparata opus fore uidebat, assum-
pserunt in huius consilij societatem unū è nostris
exlibus Cesonē Quintiū: qui credis et seditionis
conuictus, à quibusdam uestriū pœnē subera-
etus est: cui nunc redditū pollicētur honoresq;
et alia opere præmia. nam et ille uicissim polli-
citus est adducturū se Acquorū Volscorumq;
copias, quaeas opus fuerit. aderitq; brevi ducēs
secum audacissimum queuq;, sed clam et alios
post alios: reliquum copiarum expectabit donec
nos pl. bis magistratus de medio tollamur, ut
eum aggrediatur plebiam multitudinem si quis
pro libertate quid audet. Haec sunt P. C. consi-
lia nefariorum ciuium, qui nec decorum iram ue-
rentur, nec magni pendunt existimationē homi-
num. quapropter in tanto periculo cōstituti sup-
plices

plices ad nos configimus, uosq; obestamur per
sacra communia, per eot bella simul gesta, ne pa-
riamini cōtra ius & fas ab inimicis nos oppri-
mi: sed fere opem, & iusta indignatione con-
cepia pœnus de auioribus tam nefarij consilij
sumite, si non de omnibus, saltem de coniuratio-
nis principibus. & ante omnia pecimus quod est
æquissimum, ut nobis tribunis pl. hanc inquisi-
tionem committatis. nam præterquam quod ra-
tio hoc postular, tanto diligenteres in hoc nego-
cio erimus, quanto ipsi propiores sumus pericu-
lo. Quod si qui uestrum nihil gratificari possunt,
nihil admiscunt quod pro plebe dicatur, eos li-
bens interrogauero, quid indigne firunt, aut
quid ipsi postulare? utrum nullam inquisitio-
nem fieri, & dissimulari rem tam nefariam ex-
cogitataam in plebis perniciem? & quis hoc sa-
nus dixerit, qui modo à cōiuratione alienus sit?
nisi forte idco ueritatem scrutandam non existi-
mant, ne ipsi in periculum ueniant. quos ego au-
diendos non puto, si hanc cognitionem trahant
ad consules, & nobis adimant. Alioquin idem
nobis plebejus magistratus dicere licuerit, si
quis plebeios homines reos coniurationis contra
senatum facte postulet, uidelicet ad nos perti-
nere inquisitionem de plebejus hominibus. Sed
quid inde sequitur? ut nulla unquam fiat de
rebus occulis quæstio. nos certe idem non postu-
laremus. suspecta enim est talis ambicio. Vos

quoq; non recte faciatis si audiatris istos à nobis
semper dissidentes, qui nos habent pro ciuitate
hostibus. nulla re P. C. magis quā celeritate
nunc opus est. Periculū est anceps, nec nobis cun-
ctari licet, malis adēcō non cunctantibus ut iam
immineant. itaq; omīssis cōtentōnibus ex pro-
lixis orationibus decernit̄ quod uidetur ē rep.
Hac locutus coniecit senatum in maximā consi-
liorū inopiam. Patres enim capita inter se cō-
ferentes aibāt & que periculōsum negare tribu-
nis inquisitionem de re tam magna atq; conce-
dere. Interim alieri consulū C. Claudio suborta
suspicio coēgit eum in hac uerba crumpere. Non
ucreor Virginī ne me hi coniuratiū putent
participem, quam cōtra uos & plebem factam
dicitis, ideoq; uel mihi cimētem uel ex meis ali-
euī huic culpe obnoxio, uobis nunc cōtradicere.
nam uita antea ab hac me suspicione libe-
rat. Quid autem s. P. Q. Romano bonū & cō-
modum fore cēso, dicturus sum libere. Tota uia
mihi errare uidetur Virginius, si quem nostrum
pure negaturū inquisitionem habendam de re
tam magna atq; necessaria, aut magistratus
plebicos ad eam inquisitionem admittēdos. Ne-
mo tam stultus est aut iniquus plebi, qui hoc di-
xerit. Roget aliquis: quid igitur surrexisti con-
tradicturnus si tibi probatur quod isti postulant?
Dicam per Iouem, quid sibi uelit mea oratio.
Ego P. C. censco prudentibus diligenter cōtem-
planda

planda rerum omnium initia: nam qualia h.ec
 fuerint, tales de eis sermones solent fieri. age igit
 tur audire quidnam sibi tribuni ab inicio propo
 suerint, quodue sit eorum consilium. Nihil porue
 runt hoc anno efficere eorum que superiore co
 nati sunt, uobis eque ut antic resistebus, et fri
 gescientibus plebis studijs. Hoc illi scientes cogi
 tauerunt quomodo uos iuvitos sibi cedere cog
 rent, eademq; etiam plebi imponeretur necessi
 tas. Cum igitur nullam iustam et ueram ratio
 nem inuenire posse qua uirumq; hoc efficeret,
 post multos inanes tonatus multasq; uersutias
 tandem h.ec ratio placuit: criminemur coniu
 rasse quosdam ex uiris illustribus in plebem ut
 eam priuent sua potentia, et statuisse iugula
 re quicunq; se eis opponeret, huiusmodi rumores
 ubi per urbem sparsrimus, quibus metus facile
 fidem astruet, subornemus hominem ignorantem
 qui nobis literas offerat in publico. postea sena
 tum ingressi indignemur et opem imploremus,
 reiq; indicatae postulemus nobis inquisitionem. Si
 enim patricij concedere eam noluerint, arreptas
 occasione plebem in eos concitabimus, habebi
 musq; paratam ad omne obsequium. si concess
 serint, pro noxijs arripiemus generosissimum
 quemq;, et maxime nobis aduersum tam ex se
 nioribus quam ex iunioribus: illi damnationis
 metu aut clam nobiscum transigent, aut cogno
 tur urbe cedere. atq; ita redigemus aduersarios

uu 5 ad

ad magnam solitudinem. Hac erant illa consilia p. c. quibus occupatos uidistis his diebus. hic dolus contra optimates texebatur, huc retia rendebantur equitibus. id ita esse paucis uerbis ostendam. Age Virginis, uos quibus tam grane instat periculum, à quibus hospitiis accepistis literas: ubi habitantibus? unde uobis notis? unde uestris consultationes scientibus? Quid cunctamini, & posthac manulis quam iam nunc dicere? quis uero est qui uobis eas literas reddidit? quin producitis eum in medium ut ab ipso incipiat inquisitio: uerane sine ista que affertis, an uestra figura ut mihi suboleat. Iam domestica indicia cum externis ut uos dicitis consentientia quanam sunt? quin illa quoque producitis? non potestis opinor approbare nobis quod nec factum nec futurum est. En p. c. egregia indicia, non coniurationis in istos, sed malitiosi dolii contra nos parati, quem hi conatur iegeres. Sed res ipsa facit loquirur. In causa aurem istis uos ipsi, qui a principio tamen istis permisisti, insanumque hunc magistratum tanta armastis potestate, & anno superiore passi estis Cesonem Quintum reum agi falsis criminibus, & tam insignem optimatum propugnatorcm uobis eripi. itaque eò profecit istorum impudenteria, ut iam non singulos uexene, sed uno agmine bonos uiros concurrexerit ex urbe pellere. Et quod grauiissimum est, ne ferunt quidem nos sibi conradicere, sed deterrerentur.

trahendo in suspicionem consociati facinorosi
 occultiq; consiliij, ofores plebis nominantes, &
 quæ hic dicuntur revocantes ad iudicium po-
 puli, quod telum semper in promptu habent.
 Verum de his alias dicitur opportunitus. nunc
 compendio loquendum est, nec contendendum
 ulterius. Ego hos ut ciuitatis turbatores ob-
 servuando censeo, ne dcne alicuius magna
 clavis initium. quod non solum hic dico clam
 populo, sed pro concione quoque pari liber-
 tate paratus sum eadem dicere, ostendereq;
 nihil eis imminere periculi, immò ipsos maliciose
 agentes omnia, factis que inimicorum sunt spe-
 ciem benevolentie prætexere. Finis orationis
 acclamationibus exceptus est senatusque di-
 missus, tribunos nemine morante amplius. Tum
 Virginius aduocata concione in senatum si-
 mul & consules inuehebatur: nec Claudius ra-
 cuit, eadem repetens quæ in senatu iam dixerat.
 & persuasum est cordatioribus è plebe uanum
 esse timorem, stulit maluerant rumoribus crede-
 re. Pessimus quisq; & nouarum rerum semper
 cupidus, tam seditioñis & tumultus occasio-
 nem querebat. In eam perturbato ciuitatis sta-
 tu Ap. Herdonius Sabinus, vir domi nobilis &
 opulentus, rem Romanam occupare aggressus
 est, siue sibi siue sue genti dominacionem parâs,
 siue glorioſi nominiis cupidus. is communica-
 zo cum amicis consilio ex clientelis & seruitijs
 brevis

brcui conficit quatuor fermè hominum millia: eosq; armis & communitibus bene instructos in naues fluviales imposuit, eas in tempesta nocte appulit ad ripam Capitolio proximam, nec 1000 distantiam stadio. ubi ex cessione facta, per portam Cæmentinam quam vocant, sacratam & ex oraculo quodam parentem, occupauit Capitolium arcemq; contiguam, hoc animo ut exules reciperet, seruos vocaret ad pilæ, obseratis remissione polliceretur, inopes ciues & ob id ini quos potentioribus oblata rerum nouandarum occasione, commodorum faccet particeps. Vehementer enim illi spem & animos addebat inestina urbis seditio, ut qui sciebat pessime conuenire plebi cum patriciis, nec facile putabat alteros opem laturos alicris. quod si primus conatus non succedret, rum uero vocare statuerat Sabinorum exercitum Volscorum'ue, aut aliarum vicinarum gentium quibus graue esset Rom. imperium. Sed in rotum sua spe falsus est, nec servis ad eum transfugientibus, nec exilibus convenientibus, nec inopibus aut obseratis sua comoda publicis preferentibus, exteriarum quoque gentium que sperabat auxiliis exclusis breuitate temporis. eriduo enim quadriduo'ue res integrum restituta est, populusq; Rom. maximo tumultu liberatus atque periculo. Occupata enim arce, diffugientibusq; ijs qui non sunt confisi primo impetu, clamore coorte maior pars populi

populi quid hoc mali esset nescia, correptis ar-
 mis occupauit editiores urbis areas quales in ea
 paſſim uidentur, atq; etiam humiliores plani-
 cies. Defecti uero uiribus et ateq; fessi una cum
 mulieribus in eodium recta conuolauerunt, inde
 in hostem pugnauiri missilibus quem iam pu-
 tabant oppleſſe loca urbis omnia. Prima uero
 luce ubi cognitum est Capitolium atq; arcē te-
 neri, eumq; esse Herdonium, consules in forum
 progreſſi ad arma vocabante populum. Tribuni
 concione aduocata negabant obſtaruros ſe bo-
 no publico: equum tamē aiebant ut plebs subi-
 curatam periculofum certamen, ſciret ſibi pro-
 positum certum aliquod præmium. Si, inquiunt,
 pollicentur uobis patriciū, & fidem suam iure-
 iurando obſtringunt, firmitate hoc bello decemuiros
 legibus ſcribendis ſe creaturos, & pothac & quo
 uobis cum iure uitaturos, adiuuemus eos in libe-
 randā patria. quod si nihil equum dignantur
 facere, quid opua eſt nos uitam periculis expo-
 nere, quando nihil inde fructus ad nos rediturū
 eſt. mouerunt hec plebem, nec iam audiebat a-
 lios. Tum claudius negauit ſibi nunc opus talis-
 bus auxiliarijs qui non niſi mercede eaq; ma-
 gna conducti uellent opem ferre patrie uitaturos
 patricios ad recipiendam arcem cum armatis
 clientibus, & ſiqui uoluntarij ſe adiūxerint. que
 manus ſi parum ualida uideatur, uocaturum ſe
 Latinos & Hernicos, & ſeruis (ſi id neceſſitas
 poftula

postulauerit) libertatem promissurum, deniq; quorumvis opera citius usurum quā eorum qui tam iniquo patris tempore uestrum offendarum memoriam reficerent. At Valerius collegae indignationem cohibebat, ne plibet exasperando in eorum infensam patricijs redderet: admonens credendum temporis: & cum extenso hōste de iure dimicandum, cum ciuibus disceptandum ex aequo. In huius sententiam cū senatus esset propensior, consul progressus in comitium grauitatis plenam orationem habuie, quam iure iurando clausit: si populus alacriter id bellum suscepit atq; gesserit, pace constituta permissurum se tribunis cōceptam rogationē, daturumq; operam ut in suo consulari plibet uoti compotem faciat: Sed dijs alter uisum, nec promissa præstare ualuit urgente iam fatali dic. Soluta deinde cōcione sub uesperam ad præstituta loca concurrebant qui darent nomina & sacramentū dicerent: totumq; huius diei reliquum & nos insequens insumpia est habendis delectibus. Luce redcente centuriones sub signis adduxerunt milieem, confluente & agresti multitudine: & celeriter rebus apparatus consules sortiti sunt munia, diuisis inter se copijs. Claudio mœnium obuincie custodia, ne quis externus hostis cum obfisso posset se coiungere. omnes enim magnum aliquem motum timebant, ne quicquid usquam esset hostium conspirares in suam perniciem.

Valerio

Valerio arcis oppugnationē sors obtulit. Eodem
 tempore cætera urbis munita loca infessa sunt
 præsidij, itemq; uiae ferentes in Capitolium, ne
 seruitia uel inopes plebeij ad hostem transfu-
 gerent, qui metus tunc erat non minimus. Ex-
 ternum autem auxilium à solis Tusculanis ue-
 nit in tempore, eadem nocte adductum à dicta-
 tore eius populi L. Mamilio uiro impigro: hosq;
 solos in partē periculi assumpsit Valerius, ususq;
 est egregia corum opera in recipiendo Capitolio.
 Oppugnabatur autem arx undiq;. nam alijs è
 propinquis adibus uasa bitumine piceq; referta
 atq; incensa iaculabantur in eam: alijs congestis
 sub rupem sarmenorum fasciculis mox accen-
 dabant ipsam congeriem, secundo uento flam-
 mas adiuuante: fortissimorum milium globus
 per aduersum clium & uiam manu factam
 in arcem rendebant. hi quamuis præstarent nu-
 mero in angustijs explicare se non poterant, re-
 lis non irritis in confereos cadentibus. itaq; nec
 numerus proderat, nec durata bellis uirtus per
 ardua nienteibus, nec cominus sed missibus pu-
 gnantibus, inuolidis ex inferiore loco iectibus.
 contrà è sublimi iacta iectū adiuuabat ipso pon-
 dere. non defatigabantur tamen oppugnatores,
 sed perdurabant in continuatis die nocteq; la-
 boribus. tandem celis & uiribus obssessos desti-
 tuenteibus arx ui capta est oppugnationis die
 tercia. mulei in certamine Romani uiri fortes
 ceciderunt

ceciderunt, omnium autem confectione fortissimus ipse consul: qui multis vulneribus acceptis non tamen destitit, donec moenia scandenti saxum ingens impactum uitam simul ademit ex uictoriam. Arce capta Herdonius vir robustus ex manu prompus, edita prius magna strage circa se, obrutus eclis periret. Cacri qui cum eo Capitolium occupauerant, pauci uiui capiti, maior pars seipsi iugulauerunt aut per rupes precipiteauerunt. Finito hoc siue bello siue latrocinio statim tribuni seditionem renouauerunt, postulantes a superstite consule que Valerius de lege ferenda promiserat. Claudius irahebat tempus nunc lustracionibus urbis nunc supplicationibus, interdum etiam ludis oblectans populum. tandem consumptis omnibus tergiversationibus opus dixit altero consule qui in locum defuncti subrogaretur, quod enim a se uno agatur nullam vim habieurum: nec se posse quicquam nisi una cum collega pro potestate agere. atq; ita rursus re dilata, diem indixit comitiis subrogandi collegae. interim proceres senatus clam inter se consultauerunt cui consularum manda- rent. die comitorum citata prima classe omnium centuriarum tam equestrium quam pedestrium suffragiis consul renuntiatus est L. Quintius patet Cesonis eius quem tribuni meru damnationis arbem deferere coegerant. reliqua classis ne citate quidem sunt, quod tribus centuriis uince- rentur

rentur cum prima collua. Ingratu id plebi fuit,
quasi infensum habitare consulum. Senatus mi-
sit ad Quintium qui cum in urbē ad magistra-
rum sumendum adducerent. forte fortuna tunc
nouale ad similem aratro pr̄ scindebat, ne tu-
nicatus quidem, sed solo succinctus subligari &
caput rectus pilo. ubi uero cæteruam hominum
uidie rus suum petere, coh. biro arairo aliquan-
tisper dubitauit qui esset quid'ue sibi aduentus
eorum posceret: deinde à matore præcurrente
alios monitus ut uestem sumeret, iam culcior è
augurio prodij obuiam uenientibus: tum nō no-
mine sed consul salutatus indutusq; purpura,
cum securibus & alijs insignibus ut sequetur
in urbem rogatus est. obicit ille paulisper, ac
cum lacrymis Ergo, inquit, hoc anno agellus
michi non screetur, & de uictu periclitabimur.
deinde uale uxori dicto, iussaq; rei familiaris
curam gercre, in urbem abiit. Quod ideo mihi
dictum est, ut omnes sciante quales tum pop. Ro.
præsides habuerit, manibus suis uictum queren-
tes, imperatos, nec granatim innocentem pa-
peratatem ferentes, adeò non affectantes potesta-
tem regiam, ut ulro etiam oblatam nil mora-
rener. Sic enim apparebit quā dissimiles fue-
rini nostri seculi hominibus, longe alia studia
sectantibus, præter admodum paucos qui adhuc
imperij dignitatem sustinente prisorum similes.
Sed ut ad rem propositam reuertamur, Quintius

quam primum magistratus iniit, tribunos à nouis
legibus ferendis compescuit una denuntiatione,
abductum se omnes ciues in Volscos in mili-
tiam nisi quiescerent. Illis uero delectus haberi se
passuros negantibus, aduocata concione iuuenes
sacramenti monuit consulibus praestandi, secu-
turos signa quocunq; illi iussim nec defuturos
maiestati Rom. populi. nunc post delatam si b
consularem potestatem, habere se omnes co sa-
cramento diuinctorum. hec locutus iurauit se legit-
bus animaduersorum in directiores imperium:
simulq; signa proferri iusse ex aerario. Et ne
sciatis, inquit, uos in eorum uacuuros me con-
sule ab actionibus tribanicis iam nūc praedico.
uobis non deductum me ex hostico exercitu ni-
si ex acto magistratus mei tempore. quapropter
parate uos ut in castris hibernaturi. ita territus
metu laborum, et remitti sibi eam militiam pe-
sentibus, gratificiurum se illis dixit si nihil mo-
uerent, et magistratum sibi quietum iuri dicen-
do praeberente. iumentu hoc pacto sedato, causis
multis iam inuiceratas cognouit et ex aequo
bonoq; dyadicauit, tota die pro tribunali sedens
comis et adiuu facilis: adeoq; plausibilem red-
dit die optimarium potentiam, ut homines igno-
biles et alioquin humiles à potenteribus pres-
si tribunos non requirerent, nec nouas leges de
iure quando desiderarent contenti praesepui-
bus. per haec negotia magna cum laude mis-
gij: r: a: i: a: i:

gistratu exacto, maiorem etiam meruit, quod in eo retineri noluit, quamvis multum rogante senatu, ut esset qui opponeretur tribunis iam tercium annum in eodem magistratu permanentibus, vir uenerandas non munus quam meruendus. Et quicm plebs ut honestissimum non grauaretur ferre consulē. Sed ille se neq; tribunorum corundem continuatam potestatem probare ait, neq; admissurum ut in similem reprobationem ipse incidere: mulumq; pro concione inuectus in eos qui magistratu finito non decedirent, persancte iuravit non acceperum se consularum nisi priore deposito, simulq; diem indixit comitiis, et designatis cōsulibus in suum se rugurio- lum ad pristinam laboriosam uitam coniulit. Q. Fabio Vibulano tertium, L. Cornelio consulibus Latinas ferias celebrāibus. Ac qui selectorum sex millia hominum leviter armati nocturno itinere perueniunt Tusculum Eatini non minis urbem a Roma centesimo fermè stadio disserunt, reportisq; ut in alia pace parentibus portis et incustodieis mōnibus, primo impeu eam ceperunt, infensi Tusulanis, quod constantes in fide Rom. populi, praeter alia officia in Capitolio recuperando strenuam nauassent opram: multis ciuium ineffecti sunt inopinato aduentu oppresi, quamvis maior pars per auersam poream effugit, quos non uel morbus retardauit uel seniū mulieres et pueri mancipiaq; in prædam cesserunt

rune cum pecunijs. Vbi uero fuga clapsi cladem eam Romam nuntiauerunt, consules decreuerūt reducendos celeriter in patriam profugos. Hic rursum tribuni delectus impedientes reclama- bant, poscentes prius comitia perferendis suis ro gationibus. Eam moram moleste ferente sena- tu superuenierunt à Latinis alijs nuntijs, de An- tiacium defectrone, uno consensu nouellorum co- lonorum & Volscorum habitatorum eius urbis uicerum. Hernici quoq; nuntiabant, Volscos & Sequos ex more iam agros suos populari. tot nuntijs solicitatus senatus decreuit non diffe- rendum amplias, sed cum omnibus copijs occur- rendum hosti, & mittendum in bellum uerunq; consulē: habendumq; pro hoste si quis ciuis so- cius ue nomen in eam militiam dare decreta- uerit. cesserunt tandem tribuni & siuerūt delectus habere consules: qui celeriter accitis auxi- lijs, mox profecti sunt, relecta domi ad custodiā serua parte urbanorum milium. Fabius con- tra Sequos properauit Tusculum, qui disces- serant iam urbe direpta, & paucis in arce reli- etis quod esset munitissima. Hos quidam aiunt quoniam sub prospectu Romā haberent, ubi ui- derunt exire exercitum ultero decessisse praesidio. alijs oppugnatos prius à Fabio, moxq; dedi- tione facta sub iugum missos. ita reddito suis ciuibus Tusculo, consul sub uesperam inde monit, audito ad Algidum esse Volscorum Sequor

equorumq; exercitum: ex continuato per noctem itinere sub lucem conspectus est hostibus in pacente campo statua habentibus sine fessa et uallo, ut qui in pacato solo nihil sibi timeant. Ergo suos ad rum foreiter gerendam cohoreatus, primus in hostem impetum fecit cum equis, quos mox sublato clamore secuti sunt pedies. itaq; nonnulli etiam cum cubaneis casti sunt, quidam surgenies et conantes resistere, maxima pars diuersa fuga saluti consuluit. capis nullo negotio castris, praeda milieis concessa, exceptis captiuis Tusculinorum corporibus, non diu hic moratus duxit Ecestram quem Volscorum caput erat: positisq; proprie urbem castris per aliquot dies dimicacionem expectauit: sed nemine prodeunie in aciem agrum populatus est, refereum hominibus et pecoribus. praeoccupati enim repente adueni, res suis in loca tuiora componeare nequiuierant. Ea praeda omni concessa militibus, muleis diebus in populationes insumpis, tandem domum reduxit exercitum. Alia parte alter consul Cornelius Volscos offendit expectantes se in finibus: cum quibus congressus fusos atq; furgatos intera mœnia compulit, et in proximo castramentatu est. cumq; nemo amplius armatus occurret, excisis arbustis circumuallabat oppidum. ita necessitate habuerunt hostes rursum eoris viribus in aciem progredi, sed incondita multitudine non diu pu-

xx 3 gnani

gnam sustinuit, rursum coacta intra mœnia
eupiecer refugere. Cōsul uero nullam respiratio-
nem cis-concedens scalas admonie, ex portas
discusit arictibus fessisq; propugnatoribus non
magno negotio ui in oppidum penetravisse. quic-
quid auri, argenti, pecuniarumq; inuentum re-
lueum est in aerarium: capiunt quoq; cum reliqua
preda sub hasta uenierunt: militibus uictis ces-
sit ex alimenta reliquaq; huius generis. dein-
de eam ex colonis quā ex uerberibus Antiaii-
bus nobilissimi defctionis autores fuisse cōuicti
securi percussi sunt magno numero, lacerati
prius uerberibus. His gestis ex ipse domū redu-
xit copias. Vincientibus consulibus senatus iuit
obuiam, ex ambobus triumphū decreuit. Ac-
qui per ligatos pacem impetraverunt his con-
ditionibus: ut agros suos atq; oppida recipentes
que ante foedus tenuerant, parcerent Ro. imperio,
immunes à tributis, latumq; bello auxilia nūs-
suri ex foedere quemadmodum alijs socij. atq; ita
hic annus abiit. Sequentis anni cōsules, C. Nau-
tius iterum, L. Minutius inito magistratu aliquandiu
cōflictati sunt in urbe cum eribunis de
rogationibus. A. Virgilio cum collegis iam
quartum annum eundem magistratum obtinente.
deinde uicinis gentibus bellum cœnitibus Ex
imperium in discrimen adducereibus, consules
libenter occasionē à forenta oblatam arripue-
runt: habitioq; delectu ex accitis auxilijs trifaria
diuiscerunt

dūisferunt copias: parēm unam reliquerunt
 Q. Fabio Vibulano urbis pr.ef.cto, cum reliquis
 duabus ipsi prof.cti sunt in Sabinos Nautius, in
 Acquos Minuius. ambæ enim hæ genies tum
 defecerant ab imperio: Sabini propalam, &
 usq; Eretum cum exercitu uenerant quadrage-
 simo ab urbe dissum stadio. Aqui uerbis so-
 cietatem recentem simulantes, factis se geribant
 hostiliter. Latinos enim bello laccisinerat, quasi
 nullo sibi coniunctos fædere. eius expeditionis
 dux erat Gracchus Clœlius uir industrius, qui
 delatum ad segentis imperium proxime regiam
 potestatem cuxerat. progressus enim cum exer-
 citu usq; Tusculū, ex quo capto atq; direpto su-
 periore anno Romani Aquos expulserant, mul-
 tum mancipiorum abegit & pccorum, si getesq;
 iam cum maturas corrupis. ad eum cum legati à
 senatu Romano uenissent causam quæsturi cur
 Aqui infistarent socios, post recens fœdus af-
 fecti nulla iniuria, repetiuriq; captiuos & cæ-
 teras res Tusculanis ademptas, iussuriq; ut exer-
 ciuum abducere, diu simulans occupationes ne
 audire quidem eos uoluit. tandem ubi uisum est
 admittere, mādatis senatus expositis: Demiror,
 inquit, nos Romani, cum ipsi omnes pro hostibus
 habeatis utiam à quibus lesi non estis, tantum
 imperandi cupidinc: non permettere Aquis ue
 ab inimicis suis Tusculanis pœnas exigane, cum
 ramen illis non sit cursum in fædere. ergo si res

xx 4 Tus

Tusculanorum reposcitis, non à me, sed ab hac
fago petite: simulq; ostendit arborem proximam.
affecti h. ec contumelia Romani non statim per
indignationem eduxerunt exercitum, sed ierunt
legatos ad eum misserunt cum socialibus, qui
deos geniosq; testarentur se uiolata iura execu-
turos, iusta piaq; arma coactus sumcre: ac eum
demum C O S. praefectus est. Gracchus cognito
Romanorum aduentu mouit exercitum, ut ho-
stem insequentem in ea loca periret, ubi ipse
fuerus erat potior: quod & euicit. ingressus
enim conuallem quandam cinctam montibus,
postquam etiam consulem eam ingressum uidit
persequendi studio, uero agmine uiam qua exira
conuallem fere occupat: quo factum est ut Ro-
mani non quem uellente locum castris caperent,
sed quem dabat raejo temporis, ubi nec pabula-
rio commoda erat loco circundatio montibus nu-
dis & asperis, neq; frumentatores in hostium
mitti poterat absumpis commeatibus quos do-
mo attulerunt, neq; castra mutare licebat ob-
sessis ab hoste exiibus: quare conati ui eum pel-
lere loco, reiccti sunt acceptis nullis uulncribus,
& in sua castra compulsi. Tum Clælius suc-
cessu factus ferocior, circumuallare illos aggress-
sus est, sperans fame ad ditionem cogendos.
His Romam nunciatis Q. Fabius praefectus ur-
bis selectum copiarum suarum robur in auxi-
lium misit consuli, ductu T. Quinty questoris
& con-

ex consularis uiri. deinde ad alterum consulcm
 Nauium in Sabinos misit literas, significans
 quid accidisset Minucio, rogansq; ut if: se ueniat
 celeriter. Ille commissa legatis castrorum cura
 cum equitibus Romam properauit: noctuq; ur-
 bem ingressus cōsultauit cum Fabio senioribusq;
 quidnā factō sit opus. Ex quia uidebatur omni-
 bus temp̄as dictatorem posse, magistratiū cum
 L. Cincinnato tradidit: atq; his peractis retro ad
 suum exercitum abiit. prefectus urbis misit qui
 ad imperium Quincium adducerent. Forē sum
 eractabat opus quoddam rusticum: ex conspe-
 cta turba suspicatus ad se uenire, sumptus
 ueste paulo culterior factus est ci obuiā. accedenti
 oblati sunt equi falerae et secures x x i i i,
 purpuraq; cum ceteris insignijs regijs. unde ui-
 dens dictatorem se esse, adcō non del. Etatus est
 hoc honore, ut nov sine indignatione dixerit:
 Perit huius quoq; anni fructus propter meas
 occupationes, ex suriendum est familiæ. deinde
 urbem ingressus ciues iussit bono esse animo. oratione
 usus apud populum que excitare spem
 posset. mox omnibus militaris etatis ex agro si-
 mul ex urbe coactis, accitisq; sociorum auxi-
 lijs, magistrum equitum dixie L. Tarquinium
 virum non magna existimationis propter pau-
 peritatem, cœsera bello strenuum: ex adiunctis
 sibi T. Quinti copijs, qui data opera signis
 iter faciendo dictatorem expectabat, admouit

xx 3 ad

ad hostem exercitum. Vbi uero satis considerauit locorum naturam in quibus castra erant, partem exercitus sui collocauit in editiore loco, unde poterat uetare nequa noua auxilia commeatūsuc. Ac quis submitem crener. r. ciliquos ipse produxit in aciem. nec Clælius pugnam decretauit, ut qui non cōiunctum circa se haberet exercitum ipse uir magnanimus. dimicatum est acriter, Romanis bellorū affuetudine duratis facile laborcm serenibus, et equitibus quacunq; parte laboraretur succurrentibus, donec Clælius cum suis coactus est in castra refugere. Post hac Quintius circundatum uallo crebris castellis distincto, quoniam sciebat non satis instructū commecari, oppugnauit insuper, iusso ab altera cariorum parte oppugnationi adcesser. Minutio, ita ut Aequi commenibus simul et auxiliis exclusi, nec ferentes continuatos assulcus hostium, supplices à Quintio pacem per legatos peterent. Ille respondit cæteros Aequos armis ademptis sub iugum se transmissurum: Gracchū uero bellū ducem cum alijs defectionis autoribus ut hostem tractaturum: iusseritq; ut eos uinctos sibi dederent. Quibus annuentibus illud insuper multe nomine imposuit, ut quoniam ipsi non lacescunt Thysculum diripuerant, uicissim Corbionem sibi diripiendū præberent. Cum his responsis legati dimisi, pā lo post reuersi sunt Gracchū uinctum adducentes cum ceteris defectionis autoribus. ipsi

ipsi cum copijs sequorum incrmes castris suis
 egressi & per Romana traducli, postremo sub
 iugum misi sunt: ex Corbionem ex pacto dedi-
 derune. hoc uno impetrato, ut ingenuis antequam
 oppidum diriperetur liceret excedere, pro quibus
 acceptis Tusculani captivi sine pretio alio di-
 missi sunt. cx ea preda quod letissimum erat Ro-
 manam deferri mandauit, reliquum permisit suis
 & T. Quinti quaestoris milieibus. Minurianos
 conuenios esse debere dicens quod ipsi hostibus
 preda non fuerint. His rebus gestis & magistra-
 rum deponere coacto Minucio, reuersus est in ur-
 bem clariore triumpho quam ullus ducu ad eam
 diem, intra sextumdecimum diem ex quo magi-
 strorum acceperat profligatio ualido hostium
 exercitu, corumq; urbe direptis ac munita prasi-
 dio, catenarum pre se agens ducem cum alijs ca-
 peiuis illustribus. Et quod maxime miratur ali-
 quis, summam potest atque quam in sex mensis ac-
 ceperat, statim eiurauit pro cōcione S. P. Q. Ro-
 mano ratione rerum gestarum prius reddita.
 cumq; senatus ei permittentes quantum uelle
 modum ex bello questo agro sibi sumere, & ex
 preda mancipia resq; alias, quas iusto hone-
 staoq; suo labore partes in pauperaiis remedium
 uertere poterat: cognatis quoq; ac genilibus
 priuata munificentia hominem ornare uolenti-
 bus, & nihil magis cupientibus quam tales ui-
 rum uidere diutinem, noluie quicquam eorum qua
 offreb

offerebantur accipere: eaneum laudata corum uoluntate recepit se in suum præd. olati, opera-riamq; uitam regie prætulit, magis sibi pauper-itate placens quam alij homines diuitijs. Nec mulio post alter C O S. Nauius acie uictis Sa-binis & agro eorū uastato reduxit domum co-pias. Sequitur L X X X I. Olymp. qua in stadio uicie Polymnestus Cyrenensis, Athenis Callias principe, quo anno Romæ C. Horatius, Q. Minu-tius fuere C O S S. Horum consularu rursum Sa-bini prædaem in agros Romanos descenderunt, profugi agrestes agminatim in urbem uenientes nunciabant infesta omnia Fidnas usq; & Cru-stumerium. Aequi quoq; nuper demeti arma retractabant: & noctu missō iuuentis robore, Corbionis, quod oppidum superiore anno amise-rant, præsidium sopitum inuascrunt atq; inter-secerunt, exceptis paucis qui forte aberant. alia manus ualida Horsanam Latini nominis oppidum primo impetu cepit. & iram quam in Ro-manos non poruit, effudit in socios, cedibus se-ueniendo in omnes quoquo puberitate attigissime, nisi siqui inter primam trepidacionē elapsi sunt: mulieres uero pueros & senes captuos abduxerunt, & præda conuasata quantum poterant, prius quam à Latinis populis succurreretur in tuerum se reperunt. His duabus citibus eodem tempore nūriatis sinatus iusserit proficiisci uirunq; consulm. At Virginius cum collegis iam quin-

cum tribuni plebis resecti delectus impeditiebant
 quemadmodum annis superioribus, domesticum
 bellum prius finiri postulantes, legemq; tandem
 perfirri quam eot annis ferendo cluderentur, ple-
 be quoq; in senatum iactante uoces plenas inui-
 diae. Cumq; tempus extraheretur nec consulibus
 de lege concedere, nec tribunis delectus permit-
 tere uolentibus, multis orationibus tam in curia
 quam in comitio frustra habitis, tribuni pl. aliud
 nouum instieutum contra senatum inuenerunt
 quod tunc seditionem sopijet, & in posterum
 magnam accessionem fecit plebis potentiae. id re-
 ferre liber quomodo acciderit. Dum Romano-
 rum & que ac sociorum agri ab hostibus impune
 popularentur, qui durante seditione non erant
 solliciti ne quis cum armis ad arcendos prodiret
 obuiam, coss. senatum coegerunt, quasi
 extremum tunc consuleaturi de Republica &
 post aliquot orationes habitas ubi ad sententias
 rogandas uenitum est, primus L. Quineius qui
 superiore anno dictator fuerat, ut non belli so-
 lum uerumeriam pacis artibus &ate sua cla-
 risimus, dixit pro sententia quod maxime tum
 tribunos cum ceteros ciues mouit: actionem il-
 lam de ligibus, quandoquidem in praesentiarum
 alia res magis urgeant, differendam in tempus
 opportunius. bellum uero quod sit præ manibus,
 & tantum non in urbem ipsam incumbat, pro-
 pulsandum modis omnibus, nec committendum
 ut

ut quod imperium maiorum maximis laboribus
pareum accepisse, id curpiser amittatur per
ignauiam. Quod si plebis opera ad id suendum
imperari nequeat, debere patricios una cum
clientibus uoluntarysq; milibus hostem ag-
gredi. fore enim ut alteruerum consequantur,
aut uictoriam letiorem & clariorem quam un-
quam antea, aut in prælio morem honestissi-
mam. huic periculo neque se defore, sed rem
gesturum aque cum ualidissimis, idemq; fa-
turos omnes seniores quibus libertas cordi sit
& gloria. In hanc sententiam ubi ab omnibus
iustum est, concionem aduocauerunt consules. ad
quam confluente populo ut rem nouam audi-
turo, progressus in medium C. Horatius con-
ducatur persuadere plebi ut hanc quoque expa-
ditionem nolens ac libens sumere. ceterum tri-
bunis reclamantibus, & plebem auertentibus,
rursum exorsus consulit. Rem egregiam, inquit,
Virgini fecisti diuulsa à senatu plebe: &
quod ad uestram partem arime actum est de
imperio ceterisq; commodis quæsis uel ma-
iorum uel nostris laboribus. nos tamen non fr-
uemus hæc nobis eripi sine sudore ac pulvere,
sed sumptis armis una cum alijs ciuibus qui
patriam cupiunt incoluntem, ibimus cum bona
spe in prælium: & si quis Deus curae iusta
ceri amita, sauenet huius urbis fortuna reper-
tabimus uictoriam. quod si aliquis Deus iratus
salu

salutem nobis inuidet, nos tamen pietatem erga patriam retinebimus, nec grauabitur pro ea morem honestam oppere. uos incrim domini cum mulierculis manere generosi plebis praefides, nobis deseritis uel potius proditis: ut nec uictoria nostra uobis honoris sit, nec si res aliter eccleris ipsi carcavis periculo: nisi forte sperarais extintis patritijs hostes uobis relaturos hanc gratiam, ut patria uos sinans fridi libertateq; cum imperio, quos prius quam ad hanc uenireis insaniam agris mulierastis ex oppidis, ex huiusmodi crudibus affectibus ne nunquam intermoriera sit earum memoria. Sed quid ego plebem increpo que nunquam sponte peccauit? ac non potius uos Virginis, qui hos praelatos mores in ciuitatem inuectis. nos certe quos fortis uiros esse cogit necessitas, semel decreuimus, nec est quod nos dimicare pro patria prohibeat: nos deseriores ex proditores Reipubl. diuis poenas dabitis, si non ex hominibus, immo his maxime: quod nolim uideri dictum minaciter ex ierendi tantum gratia. Ceterò enim scitote eos qui relitti fuerint ad urbis custodiam, si hostes uictores fuerint, eam que ipsos deceat mentem habitueros. nam cum barbari homines ab hostibus deuicti noluerint coniuges ex liberos in eorum potestatem uenire, sed potius huius incenderint, hos ingulauerint, pueris Romanos haec tenus alijs imperare solitos aliquid de se consuleuros

excep

tur piec? non adeò sunt degeneres, sed à uobis
 iniucus incipientes contruc. d. ibunt etiam caris-
 simos. h. ec igitur considerantes concionamini &
 nouas rogationes forte si liber. h. ec & similia
 locutus produxit seniores patrum flentis: qui-
 bus conspicetis plbs nec ipsa temperauit à la-
 crymis. itaq; uchimeneer motis affectibus etate
 ac dignitate hominum, consul post interposi-
 sum breve silentium: Non pudeat uos Quirites,
 inquit, nec sub terram uos abditis? & his se-
 nibus pro uobis iuuenibus arma sumenteibus,
 deseruiis quos patrum appellacione salutastis
 haec tenus? O miseri ac ne Quiricum quidem
 nomine digni aut hac patria, cuius conditores
 parentes suos gestauerunt humeris, dijs per ar-
 marios hostes & in India uiam præbenteibus.
 Tum Virginius ut uidit flecti plebem his ser-
 monibus, ueritus ne uel se inuitio bellum susci-
 piat, progressus in medium, Non deserimus, in-
 quirit, nos patres neq; prodimus, sicut nec ante
 unquam deseruimus, imò & uiuere uobiscum
 uolumus & pati quicquid fortunæ libuerit: sed
 pro nauara semper opera mediocrem gratiam
 reponscimus, ut quemadmodum periculorum su-
 mus particeps, ita & quo iure degamus, consti-
 tuitis legibus libertatis custodibus, quibus omnes
 uiuamur in posterum. quòd si qui certò deßli-
 nastis per negare nobis hanc gratiā, emoriq;
 manuleis quam concedere, desinimus contendere.
 Sed

Sed aliud à uobis petimus beneficium, quo imperato forsan non opus erit nouis legibus. ueremur autem ne hoc quoq; nobis negetur, quod nullo senatus detrimento concedi potest, & plebi erit gratum atque honorificum. Respondit consul, si tribuni actionem hanc in senatus gratiam omittant, facile imperaturos quod peccarent, iusq; petant dicere. Virginius pauca prius cum collegis collocutus, ait sc̄ apud senatum dicturum. ac mox senatum ingressus secum privilegia plebis deferens, petit duplicari tribunorum numerum, ut posthac quotannis decem crearentur. id ceteri paires sine conuersia concedendum censebant, ut innuxium reip. suadente in primis L. Quintio tum principem autoritatem in senatu obtinente. Solus contra dixit C. Claudius Appū filius, eius qui semper iniquis plebis postularis aduersarius fuerat, & ex disciplina patris in consulari suo inquisitionem in equestrem ordinem per calumniam de coniuratione suspectum non permitti tribunis effecerat. Is paucis uerbis docebat non sperandum plebem modestiorem fore si duplicaretur tribunorum numerus, sed insolenterim potius. neq; enim eos sumptuosos magistratum certis conditionibus quibus circumscribatur eorum licentia, sed confessim mentianem facturos de lege agraria communicandiq; honoribus, omniaq; dicturos ac facturos ut potentiam plebis

y y.

bis proualent, cum senatus & optimatum suum
 electionis dispicio. uisusq; est nonnihil dicere. Sed
 magis mouit autoritas Quintij, ostendentis in
 rem senatus esse augeri tribunorum numerum.
 facilius enim paucos conspirare quam plures.
 nec aliud esse remedium contra eius magistratus
 violentiam, quam quod ab Appio Clau-
 dio Caij patre commostratum sit, uidelicet si
 non consentias id collegium. In hanc senten-
 ciam S. C. factum est, licet plebi decem tribu-
 nos quotannis sibi creare, modo ne quis reficere-
 tur qui proximo anno cundem magistratum
 gessisset. Id s. c. promulgauit Virginius, fa-
 tumq; est plebiscitum ut in sequentem annum
 decem tribuni crearentur. Ita seditione compo-
 sa habitoq; delectu consules provincias forent
 sunt, Sabinos Minucius, Aequos Horatius.
 Sabinorum ager peruaestatus est, ipsis intra op-
 pidum se continentibus. Aequi occurrentes ad
 praelium quamvis acriter dinicarint, postremo
 tamen profligati sunt & compulsi intra oppi-
 da, amissio illo oppido pro cuius moenibus pu-
 gnatum fuerat. Horatius quoq; hostem tan-
 dem congregati ausum fudit ac fugauit, uasta-
 toq; agro Corbionis cum moenia cum priuata
 adficia diruit, atq; ita reduxit exercitum. Anno
 sequenti M. Valerio, sp. Virginio cons. nul-
 lum bellum exercitum fuit, domi contentiones
 recruduerunt inter tribunos & consules, ex qua
 confl

conflictatione tribuni superiores discesserunt.
 Nam antea tamen in concionibus regnabant
 tribuni, senatum uocare aut sententiam dicere
 eis non licuit, sed consulum is honos fuit. Huius
 anni tribuni primi senatum connuocare ausi sunt
 auctore Icilio, qui eius collegij princeps erat uir
 industrius & pollens Romana facundia. hic
 quoq; ausus est aliquid nouare in rep. Auenti-
 num ad edificia plebis postulans. collis hic est
 x i i. formè stadiorum ambitu comprehensus
 mœnibus, qui cum nō totus habitabatur, sed ne-
 morosus erat & publicus. de hoc plebejū assignando
 consules compellauit tribunus, rogans
 ut ex s. c. id fieret: quibus rem differentibus, per
 apparitorem consules citauit ad collegium, ius-
 sos senatum uocare. apparitor repulsus à licto-
 re iusso id facere, tantam indignationem mo-
 uit collegio, ut lictorem correptum ad rupem
 Tarpeiam ducerent. nec consules tam si gra-
 uiter eam conuictiam ferentes potuerunt eum
 eripere, tantum aliorum tribunorum opem in-
 uocabant. quod enim ex eius collegij sententia
 fie nemini uocare licet nisi tribuno. illi autem
 iam ante conspirauerant, nihil nouare nisi de
 communi consilio, neq; quenquam de collegio in-
 tercedere uoluntati collegarum plurium: in idq;
 mox ab inito magistratu inter sacra coniura-
 uerant, sic maxime rati fore inviolabilem suam
 auctoritatem inter ipsos conueniat. huius igi-

yy 2 sur

eur coniurationis respectu responderunt decre-
rum esse de lictore. non tamen perstiterunt in ea
sententia , sed remiserunt iram & supplicium
hominis condonauerunt senioribus patrum de-
precantibus, ueriti etiam inuidiam quod primi
morte multatarent hominem qui magistratus
iussi fecisset, & solliciti ne per hanc occasionem
ad extrema audenda patricij necessariò se uer-
terent. Quo facto senatuq; coacto, cōsules gra-
uiter incusauerunt tribunos. Pro quibus respon-
dit Icilius excusans iram in lictorem, & sacra-
ras leges pro se afferens, que neq; magistrati
neq; priuato concedebant ut aduersaretur tri-
buno. Senatum etiam non iniuria conuocare se
aggressum meditata oratione persuadere conda-
bat. deinde ubi satis responsum ad accusa-
tionem consulum uidebatur, mentionem legis in-
tulit. Erat autem huiusmodi. Que priuati ho-
mines bono iure parta possideant, ea manere
penes pristinos dominos. Que per vim aut frau-
de occupassent aedificijs, ea restituere ex arbitro-
rum sententia pretio aedificationis addici popu-
lo. que publica sint, ea sine pretio plebi diuidi.
Docebat deinde legem hac ciuitati fore utilissimā,
presertim ad coercendas seditiones agrariae. nam inopem plebem contentam fore urba-
nis praedij, que nunc publica cum sine, occupen-
tur tamen à multis potentibus. Hac dicēti multi
afferebant solo dissidente C. Claudio. tandem

S.C.

S. C. factum est ut plebi locus sis daretur. Post
hæc in præsentia pontificum & augurum du-
rumq; sacrificorum cœuriatis comitijs lex per-
lata est à consulibus, quæ extat in Aventino.
incisa in columnæ ærea. deinde plebeij areas cius
soli diniscrunt sibi ad ædificia, occupâtes quan-
tum quisq; poterat. interdum duo trésue plurēs
ue unas ædes collatis impendijs exiruibant, alijs
infimas earum partes, alijs cœnaculum sibi su-
mencibus. ita rotus is annus ædificando absum-
pus est. sequens consul s habuit T. Romulium
& C. Veturium, tribunos L. Icilium cum colle-
giis refectum, memorabilis varijs motibus. nam
& ciuilis sedicio iam languescere uisa excita-
batur à tribunis: & externi hostes insurrexe-
runt maiore bono ciuitatis quam incommodo,
quòd ea res ad eximendam seditionem faceret.
Sic enim in orbem redibat uicissitudines, ut pax
seditionem afferret, bellum concordiam. id ani-
maduertentes summi magistratus, nihil magis
quam exiernos morus optabante: & quoties fo-
ris pax esset, querebant bellorum occasiones, ue
qui intelligerent felicitatem urbis bello crescere,
labefactari domesticis seditionibus. Eadem fuit
mens & præsentis anni consulum, tribus pacatis
ab egena deiosaq; multitudine sibi clementiū. Et
rècte quidem quòd distinndos putarent militia,
sed in eo peccatum est, quòd cum in uitiosa ciui-
tate moderatos delectus habere debet, nullus

excusationem recipiebant, legum poenas inten-
santes in bona & corpora segnius parentium.
qua & seueritas in tempestua occasionem tribunis
plebem turbandi præbuit, ut pro concionibus no-
ciferarentur in consules, obijcentes illis quod
multos tribunitia potestate functos in carcerem
duci iussirent. cumq; clamoribus nihil se uide-
rente proficere, sed maiore severitate delectus sie-
ri, aggressi sunt factis obsistere. Consulibus uero
pro imperio resistentibus, irritatis contentione
animis, interdum non temperabatur a m. inibus.
aderat presto consulibus iuuenius patriciae,
tribunis miserrimus quisque & ignauissimus.
prima contentionis die uictores discesserunt con-
sules: sequentibus uero affluene ex agris multi-
tudine, tribuni rati se iam non impares conti-
nue concionabantur, ostentantes suos appari-
tores suggillatos, & depositarios se magistratum
ministrantes, si nullum sibi expectandum
esset a plebe auxilium. cumq; non admodum au-
diarentur, scnatum adierunt, qui cum forte in cu-
riam ea de causa conuenerat: questiq; sunt de
non ferendis iniurijs, orantes ut plebi suum re-
linquatur auxilium: iam non porstatem suam
sancutu uiolari, uerum etiam corpora: tantam
esse consulum & eorum coniuratae factionis in-
solentiam postulabantq; alterutrum, ut consules
aut si consciū sibi essent innocentia & non lese
tribunitiae potestatis sacrosancta, pro concione
mag

magistrorum eiurarent: aut si religio esse iurare, apud populum causam dicentes. se enim diem eis dicturos. Responderunt consules iniuriarum à tribunis factum initium, qui non ueriti sine inferre uim corporibus consulum, primum per ædiles & apparitores duci iussis in carcerem summis magistratibus, deinde ipsi etiam cum suis ferocissimis stipatoribus in eos manus iniçierunt. demonstrabaniq; quid interesset inter ipsos magistratus: cōsulū esse potestatem regiam, erubuntiam ideo receperāt in ciuitate ut oppressis opicularetur: adeoq; nō licere tribunis dicim consulibus dicere, ut id ne in minimum quidem patriciū ordinis eis inconsulto senatu liccat. minabāturq; si illi plebem uocaret ad calculos, se ad arma uocaturos patricios. Per hanc altercationes die consumpea senatus nihil definiit, ne uel consulū uel tribunorum magistratum minueret, quod utrumq; nō carcerē periculo. itaq; cum etiam à senatu tribuni re infecta discederent, renversi ad populū cōsultabant quid factō sit opus. qui turbulentissimi erant suadebant nouam armatæ plebis in sacrum montem secessionem ubi olim castra habuerat: eam sedem belli fore contra patricios, qui contra foedus aperte antiquarent potestatē tribuniciam. Id maiori partii dissipuit, quod negarent paucorum qui tribunos læserant culpam in totam aduersam factionem confcrendam: dicerentq; expectandam legum

yy 4 anim

animaduersionem que sacrosanctorū corporum
uiolatores morte mulctarent aut exilio. qui mi-
tioris erant ingenij ab utrisq; dissentiebat: quod
nec secessio probaretur nec indemnatorum sup-
plicium, praesertim consulum, qui magistratus
eret maximus: deflectendam esse iram potius in
eorum adiutores, & de illis poenias sumendas
que statutæ sunt legibus. Quod si illa die tribuni
irā non abstinuissent à C O S S. & senatu, nihil
uerabat quin ea die ciuitas scipiam perderet:
adèò omnes ad arma & bellum ciuile parati
erant. nunc quia re dilata tempus ad maturius
diliberandum sibi reliquerunt, & ipsi mieiores
faeli sunt & aliorū iras lenicerunt: dieq; dicta
C O S S. in trinundinū, qua pecunijs mulctaren-
tur, dimiserunt concionē. iamq; instantie die iu-
dicij defliterūt ab hoc proposito ad depreciationē
honoratissimi cuiusq;. post hæc pro concione po-
pulum allocuti, dixerunt culpam in se admissam
remittere se in gratiam corum quibus nihil ne-
gare fas putarente: iniuria uero ipsi plebi factam
ulciuros ne malo exmplio noceat. Promulgatu-
ros enim se legē agrariā per annos x x x. iam
extractam, cum cā que de equando iure à pro-
ximus tribunis perferri non potuerat. hæc cū iu-
re iurando polliciti edixerunt ad quā diem popu-
lus conueire debet ad ferenda suffragia. que
ubi aduenit, primū ipsi multa pro lege locuti &
alijs suadendi porrectacem fecerunt. Cumq; multis
proc

processissent in medium, cōmimorantes milicie
 facinora, & rem indignam clamitantes ex tam
 amplis agris bello partis nullam se accepisse por-
 tionem, eosq; usurpari à potentioribus violentiæ
 fructum percipientibus: postulantesq; ut pericu-
 lorum participes etiam in præmiorū partem ad-
 mitterentur: plbe libenter hæc audiente, nullus
 eam magis mouit quā L. Siccus Dentatus, quo
 nemo plura cnumeravit facinora. Erat autem
 admiranda specie, etate que maxime posset ui-
 animi, ut annos natus duo de sexaginta, facun-
 dia quoq; militari præditus. is ita locutus est
 ad populum. Ego Quirites si singillatim percen-
 scre uellem mea facinora, dies me deficiat: capi-
 ta rerum tantū dicturus sum compendio quan-
 to potero. x L. iam annis pro patria milito,
 x x x. annis duxi ordines nunc centurio, nunc
 tribunus, iam inde ex quo C. Aquilius, T. Sici-
 nius C O S S. à senatu contra Volscos misi sunt.
 eo bello miles annos x x v i i. natus cū in præ-
 lio cecidisset cohortis meæ centurio & hostes
 signa prehensarent, solus me opposui, reicitisq;
 hostibus signa seruauit, à cohore ignominiam
 depuli morte grauiorem uiris foreibus, quemad-
 modum ipsi milites testari sunt ornantes me
 corona aurea: testatus & consul Sicinius qui
 me centurionem esse iussit. Alio rursum præ-
 lio in quo tribunus castrorum praefectus pro-
 stratus est, & aquila uenit in potestacem ho-
 yy s stium,

stium, pari modo pro tota legione certans, aquila
 lam recepi, praefectum seruauit: qui pro lata ope
 referens gratiam, tribunatum mihi cessit, et
 commisit aquilam: quod tamen accipere nolisi,
 ratus indecorum eum spoliare honoribus, cui uia-
 tam donaueram. pro eo merito consul me primus
 legionis tribunū fecit, que eo prælio duce orbata
 fuerat. Hæc sunt Quirites facinora quibus in-
 noxi et ad honores perueni. deinde iam clarus
 omnibus certaminibus interfui, quod puderet
 prætoria decora non equare posterioribus: con-
 nuoq; postea militavi nullum labore, nullum pe-
 riculū refugiens: semperq; donatus à consulibus
 spolijs, coronis, alijsq; muneribus et honoribus
 abiit. Et ut compendio dicam his x L annis cen-
 turies et uicies dimicauit in acie, uslnca x L V.
 accepi aduersa omnia, nullum auersum: et es-
 tis una die x II. quando Sabinus Herdonius ar-
 ce occupauit et Capitoliū. dona ex diuersis pu-
 gnis reeuli, x III I. ciuicas, tres murales, octo au-
 reas coronas. præterea torques aureos L X X X
 II I. armillas aureas L x. hastas puras x VIII.
 faleras x x v. et ex his nouē ex pronocacione
 prostrato hoste singulari certamine. Hic tamen
 ego siccus, qui tot annos pro uobis Quirites
 militavi, tot prælijs pugnauit, tot donis honor-
 bus sum: qui nullū periculū unquam refugi aus-
 uit, sed in acie uersando, in oppugnatione,
 inter pedites, inter equites, cum omnibus, cum
 paucis,

paucis, solus, toto corpore conuulneratus sum:
 qui una cum alijs commilitonibus tam multos
 bonos agros parati Rom. populo, pariim Ercu-
 scis & Sabinis adempios, pariim Acquis &
 Volscis atq; Pompeinis, alijsq; hostibus, nec ipse
 portionem ullam ex eis accepi, nec uestrum
 quisquam Quirites qui eorundem laborum fui-
 stis socij: sed uiolentissimus quisq; & impuden-
 tissimus maximam partem eoru muleis iam an-
 nis possidet: eisq; fruuntur, non dono à nobis ac-
 ceperis, neq; emperis prelio, aut aliud ullum ius in
 eos ualentes preendere. Qui si aequae nobiscum
 laborasse dum eos agros quæsiuimus, ne sic
 quidem aequum aut ciuile erat ad paucos per-
 venire quæ sunt omnium, accamen habuisset for-
 tasse quendam rationis prætexum eorum au-
 raria. Cum autem nullum possint memorare eore-
 gium ac uirile facinus, cuius merito res nostris
 occupent, eas reuinentes perficta fronte etiam
 post redargutionem quis ferat? Age proderat
 aliquis, meq; uanitatis conuincat, & istorum
 magnificoru aliquem ostendat qui dignior sit ut
 plus quæ ego ex publico possideat. num quia plu-
 ribus annis militauerit, pluribus prælijs decer-
 eauerit, plura uulnera acceperit, aut coronis,
 spolijs, donis premijs ue militariibus mihi præ-
 ferendus sit? quibus rebus hostes infirmiores fuere,
 patria clarior & auctior. imò ostendat uel de-
 cimam partem eorum quæ ego ostendi. Sed isto-
 rum

rum pleriq; quam illam portionem eorum pos-
 sunt ostendere? nonnulli uero uix cum gregario
 milite conferendi sunt nauata opera, ut qui uer-
 bis quam factis clariores sunt, & amicis gra-
 uioreis quam hostibus, nec communem hanc ciui-
 tacem se habitare putant, sed suam propriam:
 quasi non una nobiscum à tyrannide liberati
 sint, sed nos in hereditatem à tyrannis accep-
 rint: quorum ut alias maiores minores ue con-
 tumelias dissimilem, nimirum notas omnibus,
 qualis est illud superbiae quod ne uocem quidem
 pro patria nos emittere sinunt liberam, ac ne
 hiscere quidem? sed sp. Casium qui primus di-
 uidendorum agrorum mentionem fecit, et consu-
 lulum, bis triumphalem, tot honoribus, tot rebus
 domi forisq; gestis insignem ac nemini aetate sua
 secundum, obiecto tyrannidis crimine falsis op-
 presserunt testimonij, de rupeq; dederunt pra-
 cipitem, non ob aliud nisi quia plebis amator
 erat & patriae rum C. Genutium tribunum no-
 strum quia post x i. annos eandem legem reno-
 uabat, & proximi ante suum tribunatum an-
 ni consulibus diem dixerat, neglecto etiam s.c.
 quod super ea lege factū fuerat, quoniam aper-
 re necare non potuerunt, clam pridie quam iu-
 dicium fieret sustulerunt è medio. que res adeò
 terruit alios, ut postea nemo non sibi caueret ab
 huiusmodi periculo, iamq; x x x. annis tyran-
 nidis similem istorum licenciam ferimus. Omitto
 alia,

alia, hoc ipso tempore cum magistratus nostri quibusdam plebeyis uim patientibus subueniret, freii lege que i^r eos sacrosanctos esse uoluit, quibus non affecti sunt iniurijs? pugnis petiti et calcibus, coacti sunt foro excedere. Et uos haec feceritis, neq; quereritis quomodo de istis poena sumatur, saltem suffragij, quibus solis potestis declarare uos liberos? Agite Quirites nūc tandem assumite mentem ingenuam et legē agrariam ferentibus tribunia confirmare uestris calculis, ne auditia quidem dissuasoribus. Uos uero tribuni adhortatione opus non habetis, qui rem ulero aggressi recte facitis quod nemini ceditis. quod si iuuenum peruicacia et impudenter impedimento uobis fuerit quo minus colligatis suffragia urnas et calculos eripientiū aut per cumulum aliquid turbantium, declarare eis uim uestrī collegij. Et quoniam consulibus magistratum abrogare non decet, hos priuatōs eorum uolentia ministros adducite in iudicium populi, qui sacratas leges uiolare non dubitante cum uestra potestatis iniuria. Grata suie plebi haec exhorteatio, tantaq; uim habuit, ut multitudinē (sic ut dixi) uidetur neminem latura qui uellet legem dissuadere. Sed Icilius assurgens, certa dixit recte locutum siccium, multisq; laudibus ornauit hominem. quod uero dissuadere uolentibus non permitteret, nec iustum esse nec receperunt ciuitatis moribus, maxime cum de lege.

lege agatur quæ iuri faueat contra uiolentiam
non esse dandam occasionem ijs qui sua commo-
da pluris faciant quā tranquillitatem publicā.
His dictis ius sit in crastinum adesse qui uellent
contra legem perorare, aeq; ita cōcionem dimi-
sit. Tum consules domi cœtū patrum habuerunt
eorum præcipue qui magis pollerent autoritate
opibusq; : eosq; docuerunt modis omnibus legi
obnictndum, uerbis primum, & si his nihil pro-
ficiant factis etiam. iusseruntq; ut manc in forū
conuenirent cum amicis & clientibus quamplu-
rimis. pars circa tribunal in comitio consisteret,
alij paßim diuersa fori loca occuparēt, ne plebs
posset in unum coire. quod consilium postquā plo-
cuit ante claram lucem iam forum occupatum
erat à patricijs. post hac affuerunt tribuni &
consules, iusq; sunt per præconem qui uellent
contra legem dicere. Cumq; multi boni uiri pro-
dirent ad dicendum, nemo præ tumultu concio-
nis exaudiri poterat: nam alij acclamabant di-
centibus addentes animum, alij reclamabant et
obstrepabant, pari contentione partis ueriusq;
cum consulibus indignantibus & protestanti-
bus à plebe initium uiolentiae fieri, que neminem
audire sustineat: responderet tribuni iam quin-
cum annum easdem se orationes audire nullas
urilitate, ni conuictos & & inanes altercationes
placeant. ita diei magna parte absumpta, iamq;
plebe poscente calculos, rem non amplius seren-
dam

dam rati iuuenes patricij plebeios in suas tribus
 secedere parantes impediebant, & urnas cum
 calculis eripiebant. ministros ad id assignatos
 pulsantes & profligantes è foro. tribunis uero
 uociferantibus & in medium aduersariorum
 turbam se projiciensibus, ipsis quidem cedebant
 quacunq; se inferrent: ceteros plebeios qui uel-
 lant illos sequi non permittabant, ut nihil opis
 esset in eorum magistratibus: tandemq; patricij
 uicerunt ne perferretur lex, trium familiarum
 opera præcipua, quæ constanter affuerunt con-
 sulibus. hi erant Posthumij, Sempronij, Cloelij, ge-
 ncris claritate, clementia, opibus, dignitate, re-
 bus gestis præstantissimi, per quos maxime ste-
 risse feriur quo minus plebiscito sanciretur lex
 agraria. Postridic tribuni cum nobilissimis è
 plebe consultacruna quomodo tractandum es-
 set id negotium, uno omnium consensu non con-
 sulibus diem dicendam sed eorum propugnato-
 ribus & ministris, qui minore inuidia puniri
 poterant, quemadmodum Siccius monuerat. re-
 stabat ut de accusandorum numero, criminis
 nomine, & estimatione multe statuereetur. qui fe-
 rociores erant omnia hac augebant ad terrorem
 incutiendum ceteris: contra mitiores ad medio-
 eritatem & clementiam reuocabant singula:
 cuius sententia Siccius fuit autor, is qui pro con-
 cione legem agrariam suaserat. Placuit igitur
 omisis patricij alijs diem dicere solis Cloelij,
Posthum

Posthumüs, atq; Sempronüs. Crimini fore quod
 contra sacratas leges quis de tribunis S.P.Q.
 R. rulerat, quibus diserce cauebatur ne quis tri-
 bunos inuitos cogeret, ipsi eos cohibusse ne co-
 gnitionem de l:ge perferrent ad populum. mul-
 etæ uero pl.licuit non mors, aut exilium, aut ali-
 quid inuid:osum, ne absoluuerentur eo facilius,
 sed ut bona corii sacrareneur Cereri:que omnii
 mitissima poena lege præscribebatur. Factum
 est ita. Et adfuit dies iudicij. Tum consules et
 reliquæ patriciorum familiæ que frequenter
 aderant in senatu, censuerunt cedendum esse im-
 potentiae tribunorum, ne uetiti audeant peius
 aliquid, permittendumq; offeratæ plibi ut effu-
 sa bile in nobilium virorum patrimonia post hac
 fiat mansuetior et tractabilior utcunq; mul-
 etæ inimicis, et alioqui pecuniariū iacturam
 sarciri facilius. itaq; absentes rei damnati sunt,
 et tribunis satisfactum uidetur constabili-
 ra eorum potestate ciuiliter. bona damnatorum
 patricij redemerunt à populo equo prelio, resti-
 tueruntq; pristinus dominis. Et hic fuit eius con-
 tentionis finis. Nec ita multo post rursus tribu-
 nis legem promulganeibus, interuenit nuntius
 de hostibus per agrum Tusculanum properan-
 tibus Romanam magno agmine, unum Tusculum
 moram itinerti sequorum facere, non diu fa-
 cturum nisi mature succurratur oppidanis labo-
 ranibus. itaq; senatus decreuit ambos consules

ire

ire obuiam: qui mox omnes ciues iusserunt dare
 nomina. Ibi Tribuni conati sunt seditionē reno-
 uare impediendo delectus, sed frustra. Factum
 est enim s.c. ut patricij bellum sustineant cum
 suis clientibus. reliquis ciuibus qui sponte pro
 patrie salute arma sumperint deos fore propi-
 tios, iratos contrā deserioribus consulū. eo s.c.
 pro concione recitato, mulci plebeiorum etiam
 sponte dederunt nomina, pars ingenuo quodam
 pudore, ne decessent populo propece fidem erga
 Romanum imperium sapientis infestato ab hosti-
 bus, & in his ipse Siccius diuitum publico agro
 incubantium accusator cum cohorte octinge-
 naria emeritorum qui in eius honorem secuti
 sunt militiam, fortitudine reiq; militaris peritia
 facile primi in eo exercitu: maior uero pars in
 senatorum gratiam. nec decrant quos præde
 spes inuitaret ad quævis pericula: breuiq; in-
 struct. simus exercitus & satis numerosus com-
 paratus est. Quo cognito hostes non expectauen-
 runt eius aduentum, sed receperunt sc in sua.
 Hos consules properato itinere ad Antium af-
 secuti in præcupo quodam loco castrametatos,
 ipsi quoq; non procul ab eis castra posuerunt:
 & aliquandiu exercitus uterq; intra suū ual-
 lum se contineuit. tandem sequi Romanos ul-
 tro laceauerunt freti suo numero, & infesti
 aquatoribus. hoc animaduerso consules non
 amplius cunctati sunt. penes Romulum tunc

22

erat

erat imperium. is dato pugne signo prodixit in
 aciem, instructisq; peditum & equitum ordi-
 nibus, accitum ad se Siccium ita allocutus est.
 Nos Sicci hic cum hoste dimicabimus. tu inter-
 rim dum acies ueraq; se ad prælium expedit, per
 obliquam illam uiam consenso monie castra
 hostium aggredere: ut qui nobiscum conflictar-
 buntur, aut quod fore credimus, me tu ne sua ca-
 stra expugnent, trepide se per uiarum angu-
 stias recipiuees nobis faciliorem uictoriam pre-
 beant: aut si manserint in uestigio, castra amic-
 tant. nec enim ualidum est præsidium, cum ei eto
 ea sit in loci natura fiducia: ex octingentaria
 cohors que te ducem sequitur ex ueteranis con-
 stans, tabernaculorum custodes ex improviso
 ad ora facile profligabit ipsa audacia. Ad
 hæc Siccus, E quidem promperus sum imperare
 facere, sed quod iubes non tam facile est quam ei-
 bi uidetur. nam ex castra in prærupeo saxo si-
 rasunt, ad quæ unicam uiam ferre video, per
 quam hostes descendere contra nos: ex præsi-
 dium uel paruum nec admodum strenuum, satis
 uidetur ad reuiciendos multo maiores quam me
 sunt copius: ex locus ipse præsidiarios ratabi-
 tur. Quapropter mallem te mutare consilium:
 nam centare periculosest. quod si omnino sta-
 tuisti duobus locis pugnare uno tempore, ma-
 num idoneam selectorum uirorum adde que me
 sequatur una cum emeritis. non enim obrep-
 tuis

mis, sed palam castra oppugnabimus. Pluram
 parantem dicere de ratione sui consilij consul
 interpellauit. Nam multis uerbis, inquit, opus
 est: sed si audes imperata facere i celeriter, &
 imperatoris munia tibi usurpare desine. siu per-
 iculum refugis, utar aliorum opera: tu uero
 qui centies uicies in acie dimicasti, x L. annos
 militasti, conuulneratus toto corpore, quoniam
 uero uenisti abi ne uiso quidem hoste, & pro-
 relis linguam contra patricios acue. Vbi nunc
 sunt illa multa dona, torques, armillæ, hastæ,
 phaleræ, corona acceptæ a consulibus, detractæ
 singulari certamine uictis spolia, ceteraque; mo-
 lesta que te iactantem periuimus? Hoc unum
 opus serio periculosum ostendit qualis sis, opi-
 nione magis uir fortis quam re uera. Ibi Siccius
 motus conuicio, Non ignoror, inquit, Romuli al-
 teruerum tibi propositum, ut aut uiuo mihi par-
 ram gloriam adimas & ignauia & notam inuras
 turpisimam, aut misero & obscuro exitio me
 perdas obiectum hostibus. nam & ego uidetur
 liberali prudentia prædius, non enim me in du-
 bium periculum, sed in mortem certam mitteris.
 attamen haec quoq; iussa perficiam, & dabo
 operam ne ignauus uidear, aut expugnaturus
 castra, aut si spc frustrabor moriturus foreter.
 nos commilitones mihi testes apud reliquos ci-
 ues eritis, si lethum meum audieritis, uirtutem me-
 am perdidisse, & nimiam loquendi audacia.

Hoc responso dato consuli lacrymans consolu-
tauit omnes familiares, atq; ita cum sua cohorte
et ipsa moesta lacrymantemq; non aliter quam
in morem prosectorum est: commiserante uniuerso
exercitu, quasi ex octingentis uiris neminem
post hac uisuro. At siccius non ea via qua Ro-
mulus credidit, per latus montis duxit, sed in
saltum quendam densissimum. ibi suos sic allo-
cucus est. Misit nos dux ut uideatis in exitium.
purauit enim per obliquam illam viam ieiuros,
per quam eundo impossibile erat hostes fallere.
ego uos ducam per aliam illis non conspicuam,
et bona spes est inuenturum me calles aliquos
qui nos ad castra perducant in uerticem. quare
bono iste animo. Itac locutus per saltum duce-
bat, cuius magnam partem emensus forcefortu-
na uirum nactus est rusticum cuncte conscientio quo,
quem per iuuenes comprehensum viæ ducem se-
cuit. ille circum montem ductos non sine mora in
tumulo cistis imminente statuit, unde compen-
diaria declivisq; scribat via. Interea Romano-
rum et Aequorum acies concurrerant, certa-
bantq; fortius, numero, armis, animis pares, di-
neutro inclinante uictoria, sed nunc his nunc il-
lis aduersos urgētibus tam pediibus quam equi-
tibus: ceciderantq; ex utraq; parte uiri nobiles.
tandem depugnatum est. nam sicciana cohors
ubi prope castra Aequorum peruenit, incus-
titam cam ualli parem offendie: rotum enim
præsid

præsidium diuersam petierat, intenueumq; pugnā
spectabat. At Romani celeriter deuolarunt à
uerice clamoremq; ingentem sustulerunt. quo
inopinato casu hostes consternati, nec opinati
tam paucos esse, sed adesse alterum consulem,
proiccerūt se è castris. ne arma quidem retinen-
tes pleriq;. Sicciani uero occidebant eos quot-
quot ad manus uenirent, & occupatis castris
rendebat in acie tum. At qui ubi castra capta
intellexerunt ex clamore fugientium, moxq; ho-
stem à tergo uiderunt, omisso certamine pro se
quisq; fugiebant per diuersus vias nullo ordine,
non sine clade maxima. hærebant enim tergo Ro-
mani usq; ad noctem occidentes quos asséque-
bantur, sed nullius fortior opera fuit quā s. ccū,
nullus maiorē stragē edidit: qui ubi denictū ho-
stem uidit, iam nocte cohortem in capita à si ca-
stra reduxit ingenti plena letitia. omnes enim in-
columnes crāe & integri, non solum euitato im-
minenti periculo, uerum etiā parea maximū glo-
ria, patrē suū appellates & seruatorē deumq;,.
neconon alijs honoriscentissimis non inibus: non
poterātq; satiari munis cōplexibus & alijs hi-
laritatis indicib;. atq; interim & reliquus Ro-
manorū exercitus à persequendo reuersus castra
sua reperiit. Iumq; media nox erat, cū Siccio me-
mori missum se in mortē à cass. in mentē ue-
nit laudē eius uictorie corrūpere. cōmunicat cū
suis consilium: quod ubi placere uidit, omnibus

223 pruden

prudentiam uiri & magnanimitatem admirans
 ebus, arma sumit & alios iubet sumere: ac pri-
 mum quicquid in hostilibus castris erat homi-
 num, equorum, ceterorumq; iumentorum conser-
 citur, deinde incendie tentoria frumento, uesti-
 mento, armis alioq; apparatu referta, adhuc
 preda quam multam à Tusculano agro hostes cò
 congeserat: omnibusq; igne absumpis circa di-
 latus, nihil præter arma ferens abiit: emensusq;
 ut in propere Romam peruenire. ut uero conspecti
 sunt homines armati iubilantes & festinantes
 multo cruore foedati, concursus factus est reduces
 uictor: audireq; res gestas cupientium: illi in fo-
 rum usq; progressi tribunis omnia denarrave-
 runt: qui coacta concione iusserunt eos eandem
 narrationem coram populo repeterere. Tum Siccius
 in medianam turbam progressus uictoriā indicā-
 uit, simulq; rei gestae modū: & quod sua uirtute
 oblinxerunturq; seniorū quos in mortem certam
 mississe consules, & castra & equorum capita
 sine, & reliqui in fugam uerti qui pugnabant in
 acie. postulabatq; ut nemini alieni pro uictoria
 haberetur gratia: postremoq; uerba hac addi-
 dit: animas canem & arma retulimus, nihil
 aliud. His auditis populus ad miserationem mo-
 ratus est & lacrymas, et aem uirorū & uirentem
 consideras, & obloquens ijs qui talibus uiris ur-
 bem orbare uoluerat: quæ res, ut Siccius iam ante
 præsiderat, publicū consulibus excitauit odium.
nam

nam ne scinatus quidem eam iulie & quo animo,
nec triumpho eos dignatus, nec ullo honore alio
 uos urbi praesidentes sententiam meam, et de
 belli dissolutione, et de tumultuum in urbe cor-
 rectione. siq; aliquis meliora dicte uincant opti-
 mas. Haec cum dixisset Claudius multamq; spem
 senatui exhibuisset, tanquam deposituris magi-
 stratum decemuris Appius quidc nihil ad haec
 uoluit respondere. Ex alijs autem progediens
 Marcus Cornelius: Nos, inquit, Claudi de pro-
 prijs utilitatibus ipsi cognoscimus, nihil cui con-
 silijs indigentes sumus enim in prudentissimo sta-
 ri statu, ita ut nihil differencem ignoremus: nec
 amicis indigemus, quibus si oportuerit, consi-
 liarijs utamur. Parce igitur rem faciens intem-
 pesti

pestinam, uir senior, nec egenibus consilio sen-
tencias afferens. Appium enim si alicuius ad-
monere uolueris, aut quod uerius est maledicere,
cum sinatum egressus fueris maledicto: nūc au-
tem de bello cum Acquis ex Sabinis, qua de re
uocatus es sententiā proferens, quid uideatur tibi
dicito, atq; de sine extra rem garrulans. Post hēc
autem assurgit Claudius mōstus, plenosq; ha-
bens oculos lacrymarum, ac dicit: Appius ne
responso quidē dignum cōsiliarium me pairuum
suum putat, aduersantem ipsum uobis. sed ut
prius ades suas mihi clausit, etiam senatū hunc
inacessibilem, quemadmodum ei uidetur, facit:
siq; opus est uerum dicere, urbe ipsa expellor.
Non enim possem eum amplius rectis uidire oculis,
maioribus nostris indignum, tyrannicasq;
amulantic iniquitates: sed assumens mea omnia
et mōcos, abeo iam ad Sabinos urbem habita-
turus Regillum, ex quo nostrum est genus: ma-
neboq; illuc donec isti obelineant pulchrum istum
magistratum. Urbi uero quæ diuino de hoc dc-
cimuiratu facta erunt (sicut auecm intra non
longum tempus) iunc adero. Et quæ quidem de
me sunt talia. De bello uero paires hanc uobis
sententiam affero, nequid de re ulla decernatis,
donec crecentur magistratus. Et his dictis, mul-
tamq; assuetus à senatu laude ex sententia ge-
neroſa, libertatisq; amatrice, sedet. Post hūc au-
tem assurgens Lucius Quintius Cincinnatus, et
Tinus

*Titus Quineius Capitolinus, & Lucius Lucretius: subindeq; omnes praesidentes senatus, sen-
tentiæ Claudi accesserunt. Quæ ex re perturbati
decemviri decreuere non amplius consiliarios ex
etate aut consilij dignitate euocare, sed ex fa-
miliaritatibus sodalitatibusq; suis. ac progre-
diens Marcus Cornelius cicæ Lucium Corne-
lium fraitem, qui Quinto Fabio V. bulano ter
consuli collega fuerat, uirum promptum &
acrem, nec ad ciuiles orationes non idoneum,
qui assurgens hæc dixit: Erat quidem istud pa-
res mirabile, si etatis huius homines, hi qui
ante me sententiam dixerunt, praesidereq; uolen-
tes senatus, ex ciuilibus offensis irreconciliabiles
haberent erga praesidætes urbi inimicitiæ. Quos
opereuit quancum fieri posuit cauere, & sensu
opimo admonere iuuenes, ut de pulchris rebus
certarent: ac non hostes, sed amicos ducerent
de communib; bonis & emulosis. Mulio autem est
hoc adhuc mirabilius, si priuatas inimicitiæ
ad res communes ciuitatis irtransferunt, ma-
luntq; unâ cum inimicis perdi, quam seruari
cum amicis: excessum quoq; quendam facientes
dementiæ, neq; procul à deorum offensa hi se-
natus praesidentes nostri. Nam indignati quod
perentes ipsos decemviratum, quem nunc accu-
sant, uicere qui nisi sunt magis idonei, bellum
gerune cum eis irreconciliabile. Et in hoc ue-
niunt faciatis, imò potius insanæ, ut dum
mod*

modo uiros istos apud uos crimineur, sustineant etiam patriam cuertere. Qui uastari uidentes ab hostibus regionem nostram, uideresq; eos iamiam ueneuros ad urbem (non enim multum est quod interriacet) cohortandi locos excitandiq; iuuenes ad certamen pro patria, ipsis quoq; omni cum promptitudine ac studio, quaneum uires talium paciuer, patriæ opem ferentibus, de ornatu nunc uos Republicæ considerare æquum censem, magistratusq; creare nouos, & omnia potius quam inimicos nostros ulcisci. Nec hoc possunt intelligere, se sententias immo uota efferre impossibil a. Sic enim intuacmini : Senatus fiet consilium de comitiis : deinde cifferenti id in populum decemuiri statuentes eis forum ab hoc certium : quo enim modo fice aliquid decernendum à populo uere firmum, nisi fiat ex legibus? Deinde ubi tribus tulerint suffragia, runc senatum magistratus nomi conuocabunt & de bello consuleandum proponent? Per hæc autem comitorum tempora, ranta ipsa, si ad urbem hostes ueniente, propinquabuntq; muris, quid agemus runc Claudi? dicemus scilicet, expectare donec alios creemus magistratus. Persuasit enim uobis Cladius de re nulla alias consuleare, neq; aliquid in populum efferre, neq; exercitus conscribere, nisi ante quod ad magistratus pertinet constituamus ut uolumus. Abite igitur & cum creatos consules aliosq;

magistr

magistratus audieritis, ex parata nobis omnia
 opporeuna ad bellum, tunc uenite facturi uerba
 de reconciliationibus: quandoquidem incepistis
 nos laedere, nihil ipsi à nobis passi: ex quocunq;
 per excursiones damna nobis inculistis, ea omnia
 aestimata pecunijs, ut iustum est, capiemus.
 Prestum autem nobis exitium non compu-
 tabimus. Neq; si qua mulier libera consumelia
 habita, aut per uiolentiam rapt a est militarem,
 neq; aliud quicquam intolerabile. Et illi ista
 pronocantibus nobis recipiant, concedentesq; ci-
 uitati magistratus creare nouos, ex opporeuna
 ad bellum parare, tunc ueniente preces loco ar-
 morum ferentes. O ingenteum horum fatuorum
 quibus in meum uenit talia delirare. Magnam
 nostram indolentiam, si dicentibus istis talia,
 non indignamur, sed audire sustinemus, tāquam
 de hostibus ac non de nobis ipsi patriaq; consul-
 tantes. Neq; collimus è medio nugatores, cele-
 remq; decernimus uexat e regioni opem, ac non
 armantes robur omne ciuitatis, ad illorum urbes
 castra ipsi ponimus. Sed manentes domi, de-
 cemq; obiurgantes uiros, magistratusq; nouos
 constituentes, dīq; ciuili ornati speculantes, ut
 per pacem, sinimus omnia regionis nostræ ho-
 stium potestatis fieri. ad extremumq; in pericu-
 lum de seruitate urbisq; euersione uenimus, bel-
 lum ire permittentes ad muros. Non sunt patres
 sanorum hominum hæc consilia: nec ciuilis est
 prouid

prouidentia, potiores publica uilitate ducere
 priuatas inimicitias: sed peruicacie intempe-
 stine inconsultaq; sunt infestationis, calamito-
 saq; inuidiae, que non sinit posidentes eam uim
 imperantes fieri. Sed has h. trum peruicacias abire
 sinit. Quæ uero decreta urbi salutaria, uo-
 bisq; ipsis consulentibus conuenientia, terribi-
 liaq; hostibus fuerat sint, ego conabor dicere:
 Bellum aduersus Aequos Gabinosq; decernite:
 legionesq; cum plurima promptitudine fistinan-
 riaq; conscribitur, ad h. us uerasq; profecturas
 geneas. Cum uero finem uobis bellum pulcherrimi-
 um habuerit, reuersaçq; fuerint in urbem co-
 pia, & pax facta, tunc de ornatu opportuno
 tempore Reipublicæ speculemini. rationemq; de
 omnibus à decemuiris, quæ in magistratu ege-
 rint, petitorie: nouosq; creare magistratus, ac
 iudicia constituite. proq; meritis unumquemq;;
 cum id uentre potestatis fuerit estimate: hec
 discentes, quod non rebus tempora, sed res ser-
 uiunt temporibus. Hac à Cornelio dicta senten-
 cia, assurgentis post eum omnes, præter paucos,
 fuere illius opinionis. alijs quidem necessaria &
 presenti temporis conuenientia ista puranees es-
 se: alijs uero declinantes, & colentes meu im-
 perij decemuiros. Erat enim & pars non mini-
 ma senariorum perculta magnitudine potestatis.
 Vbi uero plures dictæ sunt sententia, multoq;
 ceteros superare nisi sunt qui bellum decer-
 nebant,

nebant, tunc Lucium Valerium in ultimis illi
euocarunt, eum quem dixi statim ab initio uo-
lentem aliquid dicere, ab eis esse prohibitum.
Isq; exurgens huiusmodi orationem habuit: Vi-
detis patres horum decemuirorum insidias, qui
me in principio non permiscent uobis dicere que
proposuram. Et nunc fecere mihi in ultimis di-
cendi potestatem, cogitantes id quod quidem
consentaneum est, quod accedens ipse etiam ad
sententiam Claudij nihil prodero Republica,
cum sit à paucis confirmata: aliamq; afferens
sententiam: praececas que ipsis dicta sunt, etiam
si optima proposuero, frustra litium consutor
ero. sunt enim facile numerabiles post me dicturi
quidam, quos si etiam mihi omnes assidentes
habuero, quid amplius fieri mihi, ne minimam
quidem pariem habituro sententiarum quæ Cornelio
assensere. Sed non ego eamen ista suspi-
cans dubitabo sententiam meam dicere. Quan-
do enim audistis omnia, est in uobis optima eli-
gere. De decemuiratu igitur quemadmodum
curet publica, quæcunq; optimus dixit Claudio,
à me quoq; dicta existimat. Et quod nouos
magistratus antic creari oporteat, quam de bel-
lo decernatur: etenim dicta sunt ab eo niro hac
optime. Verum postquam conatus est Cornelius
eam sententiam in impossibile adducere, multa
interim futura ostendens ciuilis dispensationis
tempora, existente iam in manibus bello, irri-
dere cō;

dereq; res conatur haud opporeunis irrisioni-
bus, quibus multos uestrū dcipiens seduxit: ego
uobis econuerso non impossibilem esse Claudiū
sententiam ostendam. Nam quod ea sit inutilis,
dicere ne uituperantium quidem eam ausus est
aliquis. ac docebo uos quicmadmodum regio tu-
ra fiat, et dent pœnas qui sunt ausi eam affli-
gere, ac quo modo patriam resumamus optimam
potentiam: Et hæc fiane adnitionibus una
omnibus qui sunt in urbe, neq; aliquo in coniur-
rium uolentie agere, nullum ego demonstrans uo-
bis sapientiam, sed gestarum à uobis ipsis re-
rum exempla afferens. Vbi enim experimentum
docet quid conferat, quid illic opus est specula-
tionibus? Reministis ab eisdem gentibus uires
alias ut nunc in nostrum, alias in agrum codem
tempore sociorum nostrorum irrumpere. C. Naui-
rio et L. Minucio C O S S. nonus puto ab hoc
sive decimus est annus. Tunc igitur milieenibus
uobis ad uiriasq; has gentes multam bonamq;
iuuenirem, alteri consulum coacto includere
exercitum in locis asperis, nihil agere prorsus
licuit. Sed obss: ssus est in uallo, cratq; idem in pe-
riculo, ne penuria cibariorum capretur. Naui-
rio autem confidenti aduersus Sabinos, neces-
sarium erat configere cum eis assidue, neq; col-
legæ poterat laborante opem ferre. Eratq; illud
non obscurum, quod dircpto aduersus sequos
exercitu, nec is qui erat Sabini oppositus satis

restituisse cocuntibus utrisq; gentibus. Talibus
 igitur periculis urbem circumstans, nec con-
 cordibus intra muros ciubus, quod auxilium
 innuenistis? de nocte ipsi media in sinuum con-
 uidentes, id quod quidem res omnes inuenisse
 confessum est, & labentem in infelicem casum
 urbem erexit, magistratum creastis, unum belli
 pacisq; dominum, omnes alios extinguentes. Et
 ante dictum designatus est dictator Lucius Qui-
nus, is qui opimus, nec ille quidem tunc in ur-
 be, sed in agro agens. Quae uero post haec fuerint
 eius uiri opera, scitis probe, quod uires idoneas
 slauim parauit, periclitari umq; liberauit exer-
 citum, dicitq; hostibus poenas sumpsit, ducem co-
 rum etiam capiuum ducens. & haec omnia ille
 intra quatuordicim dies tan:ummodo confi-
 cis, & siquid aliud conquassatum erat in re-
 publica restituisse, secures facesq; depositus: neq;
 prohibens tunc quicquam fuit, uos uolentes uno
 die magistratum creare nouum. Hoc igitur
 exemplum imitantes opere creare puo uos, quando
 nihil aliud possumus, dicitur an ecquā hinc
 exearis dicere. Nam si hoc tempus praterimus
 non congregabunt dicemur nos amplius con-
 sultatores de re aliqua. & uestrai ex lege no-
 bis dictatoris dictio, inter regim uos creare & quā
 censio, eligentes maxime idonum ex ciuibus
 (us est nolis consuetum) quando neq; interreges
 neque consules, neque illum alium legitimum
 (ut)

(ut nunc est res) magistratum habetis. Nam his quidem uiris præteriit magistratus iempus fascesq; eis lcx auferit. Hac sunt patres, quæ uos ue agatis admoneo, & utilia & possibilia. Ea uero quam Cornelius introducit sententia, disolutio expressa est potencie optimatum. Nam si semel hi decem ex hoc prætexeu belli, domini armorum fiant, uereor quidem ne eis aduersum nos utancur: etenim nolentes illi fasces depone-re, arma scilicet deponent? Hac igitur cogitan-ees, caueat istos homines, & corum prouidete fraudi. Est enim melius prouidentia, quam pœnitentia. Estq; prudentius malis uiris non credere, quam qui ante crediderit, accusare. Hanc sententiam enuntiante Valerio gratio-sam pluribus, ut ex uoce ipsa coniectare facile erat: postq; illum assurgentibus, erat enim pars senatus ea iuuenum reliqua, hæc esse optima existimantibus, præter paucos: postquam omnes declararunt sententias suas, operebatq; consulta finem capere, postulabat Valerius, ut decem illi proponerent rursus discepationem. rogantes iterum senatores omnes sententiam. Et hæc dicens erat multis sinacorum, uolenti-bus retractare sententias priores, obsequens. Ve rum uolens Cornelius permettere decem uiris du-catum belli, acriter repugnabat, iudicatam esse dicens iam rem, & habcre finem legitimum latis omnium sententijs. Numerariq; eas uole-

bat,

bat, nec agi quicquam noui amplius. Hæc cum
 ab ueroq; dicerentur multa ambitione & cla-
 more, & senatu dissidenie ad utramq; partem:
 uolentiibus alijs corrigi inornatum illius admini-
 strationis Valeriumq; adiuuantibus: alijs uero
 peiora eligentibus, & eis qui sibi pericula ex
 mutatione status fore suspicabantur Cornelio
 assentientibus sumentes causam decemviri age-
 di quicquid uellent turbationē senatus, ad Cor-
 nelij sententiam accedunt. Atque progrediens
 unus eorum Appius, de bello inquit aduersus
 Aquos & Sibinos cognituros conuocauimus
 nos patres, potestatemq; fecimus dicendi uolent-
 ribus omnibus à primis usq; ad nouissimos, uo-
 cantes quemq; suo loco. Tribus autem pronun-
 tiatis sententijs differētibus, Claudij, Cornelij, ul-
 timi q; Valerij, indicastis de eis uos reliqui. De-
 clarauitq; unusquisq; audientibus omnibus, cui
 sententiae accederet. His autem omnibus ex lege
 peractis, postquam pluribus uestrum uisus est
 Cornelius optima proposuisse, declaramus hunc
 uincere, demonstratamq; ab eo sententiam scri-
 bentes effrimus. Valerius autem & qui cum co-
 sentiunt, quando ipsi consulari potentur potesta-
 re, causas finem iam habentes, iniudicatas fa-
 ciane, si hoc eis placuerit, & probata a nobis
 omnibus consilia irrita cōstiruani. & his dictis
 iussōq; scribae eligere senatus consultū in quo de-
 cretum erat, ut conscriptionem exercitus belliq;
 duc

ducatum assumerent decemuiriri, cōciliū dissoluit. His ex rebus decemuiratus sodalitatis homines, & severi, & feroce extabant, tāquam ceteris superiores facti, & qui ne sibi adimcretur potentia persecūssent, postquā fiebant simel armorum domini. Qui uero optime de republica sentiebant, mōesti ac territi, nullius amplius reipublicā partis futuri domini diuidebantur in inuleas partes: naturā quidē magis digeneris hominibus, coactis omnia uictoribus concedere, seq; addicere in sodalicia decemuiratus: minus autem irrepidis, absistētibus cura reipublicā, & ad minime curiosam sollicitamq; se accommodantibus uitā: eis uero quibus ineras plurimum generosi moris sodalitaires proprius comparantibus, conspirantibusq; inter se ad custodiā sui statuusq; illius mutationem. Harum autem sodalitatum duces erant, primi ausi in senatu dicere de dissolutione decemuiratus, L. Valerius, & Marcus Horatius, munientes illi armis domos suas, & custodiam famulorum firmā, & clien-
tum circa se habentes, ita ut nec violenti ali-
quid pati possent, nec reprehendi timidebat.
Quicunq; uero neq; colere superiorum potesta-
rem uellent, neq; quicquā reipublicā conuerebant,
neq; uitam sine negotio quietam uiuere uideba-
tur pulchrum, nec pugnare pro uiribus facile,
quandoquidem delere uelle tantam potentiam,
stulcum uidebatur, urbem relinquunt. horumq;
dux

dux uir illustris erat Caius Claudius, Appū principis decēniratus patruus, promissa seruans quæ in senatu fecerat fratri filio, quando postulans ut potestatim deponeret, ei nō persuasit. Se- cutaq; est cum multa amicorum, multaq; cli- zum iurba. Hocq; incipiente, alia etiam ciuilis mulierudo non iam furem aut pauci simul, sed aperte & gregatim relinquebant patriam, du- cētes secum uxores & filios. Decem autem uiri agre seruites ista, primum quidem prohibere ni- rebantur, claudētes portas, & homines aliquot corripientes. Deinde eos inuasit timor, ne prohibiti ad uim conserterentur: uisumq; est rectum consilium, sibiq; mclius, extra pedes inimicos esse, quam permanentes se conturbare. Reseran- tesq; portas permiscent abire qui uellent. Se- des uero eorum & sorem & alia quacunq; in sua ferri non possent, referentes id delictum in desertionem exercitus, uerbo publicabā: re au- tem uera amicis suis tanquam à populo empe- largiebantur. Et ec uero crimina addita priori- bus multo infestiores erga decemuirium fecere & patricios & plebeios. Sed si tamen nihil esset peccatum ulira supradicta, uidetur mihi illi mulium tempus permanuri fuisse in eadem potestate. Nam custodiens potestatem corum sedilio manebat adhuc in urbe, ob multas cau- fas & per multa aucta tempora, propterq; eam gaudabant ueriq; muruo alicrorum malis. Ple- beij

deū quidem uidentes patriciorum spiritus deicētos, nulliusq; rei amplius senatum dominum. Patricij uero cernes libertatem plebeiorum amissam, nec uim ipsos habentes minimam, ex quo eis tribunitiam potestatē decemuirī ademerant. Verum illi arrogātia utentes multa ad utramq; partem neq; belli moderari, neq; dū temperantes, concordes omnes fieri coegerūt, ac dissolui sibi imperium, quanquam proprie bellum arma adepti essent. Ultima autem peccata eorum ob que perditi sunt à plebe (hanc enim maxime infelantes ex acerbabante) fuere talia. Post decretum de bello propere conscribentes exercitum, diuidentesq; eum trifariam, in urbe duas reliquerunt legiones, custodie corrum causa qui intra muros permanebant, quarum erat dux Appius decemviratus princeps, & cum eo Sp. Oppius. Tresq; alias habentes hīduces, eduxerunt aduersus Sibinos, Quintus Fabius & Quintus Petilius, & M. Raboleius. Reliquas autem accipientes Marcus Cornelius, & Lucius Minucius, et Marcus Sergius, & Ticus Ansonius. & ultimus Cæso Duilius, ad bellum aduersus Aequos sunt profecti. Militabant autem cum eis Latini, & ab alijs socijs auxilia non pauciora illi civil: multitudine. Sed nihil tamen ad uictum cessit. Tantas namq; ducentes eos copias domesticas, tantas socias, contemnentes hostes, quia nuper

CC 4 coll

collecti essent qui militabant, castra propius eos
 posuere. Commeatumq; eisdem dispositis per iti-
 nera insidijs auserebant, exequentesq; ipsos pabu-
 latum excipientes illi affligebant: ac si quando
 equites cum equitibus ad manus uenirent, et
 pedites cum pedestribus pugnantes ex acie, ex omni
 parte superiores Aequi discedebant, male spote
 agentibus non paucis Romanorū in congressi-
 bus, neq; ducibus suis parentibus, neq; ire aduer-
 sus hostes uolentibus. qui uero aduersus Sabi-
 nos militabant, minoribus uexati malis ulro
 uallum relinquere cogitarūt. Deq; media nocte
 exercitum excitantes abduxerunt ex hostili in
 agrum suum, fugae similem facientes profection-
 em illam: donec ad urbem Crustumeriam haud
 procul Roma distantem aduenere. Et qui in
 Algido regionis Aequorum castra posuerāt,
 multas plagas accipientes ab hostibus et per-
 stare uolentes in arduis, tanquam damna cor-
 recturi, miserabiles res passi sunt. Nam irruci-
 tes in eos hostes, et qui pro castris stabant de-
 turbantes, supergressi sunt munitiones. Aque
 uallum occupantes, paucos quosdam resistentes
 interfecere: plures uero persequentes ipsi perdi-
 dere. Scruati autē ex fuga uulnerati ex eis pars
 maior et amissis armis propè omnes, deuen-
 runt in urbem Tusculum. Tabernacula namq;
 eorum et iumenta et pecunias et famulos or-
 muentq; apparatu belli hostes diripuerant. Vbi
 uero

uero sunt haec nuntiata in urbe, quicunq; erant
inimici decemuiratus, & qui prius occuli ab aene
odium, tunc se detegebant, gaudentes malis du-
cum actionibus. Eratq; iam circa Horatiū &
Valeriū manus ualida, quos esse dixi optimatū
sodalitatis duces. Appius autem & sp. sug-
gerabant collegis, qui in exercitu erant, arma,
& pecunias, & frumentum, & cetera quorum
indigebant, publica simul & priuata multa cū
superbia capientes: & in locum amissorum de-
ligentes ex omni tribu qui possent ferre arma eis
mittebant, diligenterq; adhibebant in urbe
custodiam occupantes locos eius opportunitati-
mos, ne se laterent mouentes aliquid qui cum
Valerio conspirabante: admonebantq; collegas
duces exercituum per arcanos nuntios, ut ad-
uersantes sibi perderent: clam illustres quidem
homines, palam uero eos quorum minus futurū
eſſet sermonis, causas semper aliquas afferentes
ut uideretur iuste moreui. Atq; fiebant ista.
Alij enim ad excursiones ab eis missi, alijs pre-
ſidio adduentibus commeatum, alijs ad alios
uetus bellicos destinati extra caſtra cum fuiſ-
ſente, nusquam amplius uidebantur. Humillimi
uero aut fugae cogitare insimulati, aut delatio-
nis ad hostes arcanorum, aut ordinum inobſer-
uationis, palā ad terrorē cæterorum perdeba-
tur. fiebatq; duplex militum exitiū: familiariu-
quidem decemuiris, in pralij aduersus hostes

CC 5 occ

occiforum: & corum qui optimatum constitutio-
nem cuperet, sub ducibus amissorum. multaq;
erā in urbe talia ab Appio & à collega eius
perficiebantur. Aeq; aliorum quidem, quanquā
plurimum inter ceprorum, minus fuit in multitudine
sermonis: unius autem plebeiorum illustris-
simi, & qui plurimas in rebus bellicis demon-
stratae virtutes, mors crudelis & impia perpe-
trata in altero exercituum ubi erant tres du-
ces, omnes illic stantes paratos ad rebellionem
fecit. Erat enim qui occisus fuit Siccius, is qui
in pugnis decernat centum & uiginti, ferens
ex omnibus præmia foreitudinis: quem abso-
lutum iam per astatem militia dixi ultro belli
aduersus Aequos participē esse uoluisse, octin-
geneorumq; hominū cohortem expleto ex quoq;
legibus militia tempore, ob benevolenciam eo-
rum in se adduxisse. Cum quibus missus ab al-
tero consulū ad castra hostium oppugnanda,
in euidens ut uidebatur omnibus exitiu, nullum
cepit universaq; uictoria consulibus causa ex-
eit. Hunc uirum multos spargitatem sermones
in urbe aduersus duces exercituum, ut ignauos
& imperios belli, uolens Appius quam pri-
mum collere, in colloquia cum pronocæ huma-
na. uolbareq; ipsum perquirere de ijs que fieret
in exercitu, & quemadmodum possent corrigi
errata ducum, dicere ipsum horabatur. Postre-
móque persuasit ei ut in castra iret ad Crustu-

mer

meriam posua, potestatem habens legati. Est enim omnium sacratissimum et honoratissimum apud Romanos legatus: potestatem et vim habens imperantis, iniurabilitatemque; et uenerationem sacerdotis. Vnde uero in castra uenit, suscipientibus eum communiter ducibus et rogantibus ut commilitares remanens, et iam dona quedam dantibus ipsis ei, aliaque; pollicentibus decepit ille ab hominibus improbis prestatigysque; uerborum, nesciens quod ista insidiose fieren, uir militaris morumque; simplicium, cum alia suastis eis quecunque; esse parabant utilia: tum primum omnium, ut transferrent castra ex suo agro in hostilem admonebat, iacturis narrans quas facerent eo loco considentes, et enumerans molumenta quecunque; castra transferentes habueri essent. illi autem admonitiones se iucunde suscipere simulantes: Et cur, inquiunt, non tu huius motionis castrorum dux es? locum ante speculatoris uallis opportunum? Habes enim corum peritiam roties ipse militans, et nos tibi cohortem dabitimus electorum iuuenium leuis centum electos, nullam moram interponentes illi emittente cum nocte adhuc durante, et cum eo centum illos eligentes ex amicis suis scelestissimos, quibus mandante crucidens eum uirum, mercedem magnam cadas.

cædis pollicentes. Vbi uero discedentes à castris uenerunt in tumulosum locum & angustum diff. cilemq; propter asperitatem riparum transiri e quo nisi gradatim uadent: signum dantes inter se. catervam faciunt, ut regressuri in cum conferti. Famulus autem subscutarius quidam Siccij bell. strenuus, suspicatus eorum mentem, index fit domino. Atq; ille ubi se conclusum uidit in loco arduo, in quo non poterat ui equū agere, desilit, ac stans in rupe, ne se circumire possent, solum habens subscutarium uenientes eos expectat. facientibusq; omnibus in se imperium muleis ipsis, circiter quindecim eorum interficitur, bisq; totidem uulnerat. uidebaturq; caereros etiā occisurus pugnans si obuiū processisset. Illi autē intelligentes quam inexpugnable quiddam hoc esse, & quod nunquam aggredientes eum caperent, manum amplius conserere desierunt. Atq; distantes longius, iaciebant alij in eum iacula, alij manum implentes lapides, alijq; fustes. quidam autem progredientes ex transuersis rupibus, & supra caput eius facti, petras maximas superne deuoluebant, donec tandem multitudine ex opposito iactorum ac superne demissorum granitate eum conficerunt. Taliq; igitur Siccius portitus est fati. Qui uero cædem peregerant, redeuntes in castra, sauciosq; adducentes, sparsere sermonem, quod apparens eis hostium cohors, Siccium interficerat, & caereros qui

ros qui in eam primi incidissent. Et quod uix ipsi multis vulneribus acceptis effugirant: videbanturque illi omnibus dicere credibilia. Sed non lacuit tamen id facinus, quamvis facta cede in solitudine, nullumque ea habente indicem, facto ipso non permittente, mortaliaque omnia inspectante iudicio, coargutumque est scelus ipsum indubitateibus coniecturis. Nam qui in castris erant putantes hunc uirum dignum publica sepultura, et honoribus ultra caeteros excellentibus, propriet multa quidem alia, maxime uero quia legatus ipse, perque et aem a bellicis certaminibus liber, in periculum tamen se uolens pro communi utilitate dederat, decreuere conuenientes in unum ex tribus legionibus egredi ad inquisitionem corporis, ut cum multa securitate et honore resurrexerent in castra. Concedentibusque istud eis ducibus metu, ne quam exhiberent de se suspicionem, pulchritudini ipsi consiliique conuenientiique aduersantes officio: captis armis excire. Et ubi uentum est ad locum, ut uiderunt neque syluas neque ualles neque locum quenquam alium communiter opportunum insidijs, sed et nudam et illustrem et angusti transitus rupem, suspicati sunt quam primum quod gestum erat. Postea accedentes ad mortuos, ut uideret projectum siccum, ipsum minime spoliatum, sicque caeteros: mirabantur si uincentes inimicos hostes neque arma ademissaent eis, neque ipsos spoliassent.

liaſſent. perſcrueanteſq; circum omnia, ubi nul-
lum equorum aut hominum uestigium inueni-
re, præter ea que in via erant, immachinabilcm
rem puerunt, apparuisse illis hostes non appa-
renies ſibi, tanquam uolucres uolantes aliquas
ſuauiter. Superq; omnia iſta &c cetera maxi-
mum eis argumentum uidetur non occisi uiri
illius ab hostibus, ſed ab amicis, quod nullus
hostium mortuus inueniretur. Neq; enim putau-
bant inultum mortuum eſſe ſiccium robore &
animo conſtantissimum, neq; ſubſcutarium &
alios cum eo cadentes, præſerim geſta ad ma-
nus pugna. Coniectabane autem iſtud ex uulne-
ribus que multa habebat ſiccus, alia lapidi-
bus crassis, alia iaculis, aliaq; gladijs : ſicq;
ſubſcutarius : interempiq; ab illis omnes, gla-
dijs aut lapidibus aut iaculis : ſagitta autem
apparebat nulla. Indignatio deinde ſecuta eſt
omnium & clamor, multusq; comploratus. &
ubi defleuerunt hanc calamitatem, atollentes
moruum deſerentesq; in caſtra, multa in duces
conuicta iaciebant. Postulabantq; maxime ut
ex lege militari homicide necarentur : ſiq; mi-
nus, ſaleem iudicium eis traderent. Erantq; mul-
ti uolentes eos accusare. Vbi uero non exaudie-
runt duces, ſed eos uiros occularunt, diſtule-
runtq; iudicia, dicentes Romæ ea daturos uolen-
tibus accusare: cognoscentes illi eſſe ducum has
infidias. ſiccum quidem ſepeliere, elationem
ſacientes

facientes illustrissimam, rogumq; cumulantes
maximum. Alio quoq; pro viribus iniciantes,
que in supremum honorem ferri viris strenuis
lex nul. A decemviratu vero idem alienari
sunt omnes, deq; defectione cogitabant. Apud
Crustumieriam igitur & Fidenas exercitus
prope Siculum legati mortem presidentibus ini-
micus erat. Considerens vero in Alido Aequo-
rum regionis alter, & que in urbe erat multi-
tudo omnis, bellum cum eis ob has causas ges-
sit. Vir plebeius L. Verginius nemine in rebus
bellicis deterior, cohortisq; habens cuiusdam du-
catum, in quinq; illis legionibus statutus aduer-
sus Aequos militantibus, filiam habebat o-
mnia Romanarum virginum formosissimam,
patrumq; forentem nomen, sponsam Icilio
unius virorum tribuniciorum Iciliij filio, qui pri-
mus constituit tribuniciam poststatum &
acepit primus. Hanc puellam cum spectasse
iam nubilem Appius Claudius decemviratus
princeps, ligeneem in ludo literarum (erant
enim puerorum ludi tunc circa forum) statim
capius est pulchritudine puellae. adhuc magis
extra sensus fuit, coactus saepe ludum præter-
gredi uictus iam affectu. Cumq; eam non posset
sibi matrimonio coniungere iam nupiam alicri,
ipsi q; etiam uxorem habens, nolensq; præcrea
plebejū generis uxorem capere, eis dissidentiam
conditionis cius, præterq; legem quam ipse in
duod

duodecim tabulis scripscrat: primum quidem copiarus est corrumpere puellam donis, mactens aliquis semper ad nutrices eius fœminas (erat enim orbata matre puelli) ac dans multa, pluraque; datis pollicens. inhibuerat autem teneantibus nutrices fœminis, ne efferrent quis puella amator esset, sed esse unum tantum dicerent ualencium bene quibus uellet maleque; facere. ubi uero nihil eis persuasit, sed maiore quam prius custodia septam uirginem animaduertit, inflammatus ex affectu cogitauit impudenter uiam. Ac summissens ex clientibus suis quendam M. Claudium, hominem confidentem et ad omnem ministerium paratum, narrato ei affectu suo, et edicto codem quemcunq; ipsum agere uellet et dicere, emittit eum ducentem secum complures impudentissimorum hominum. atque ille ad ludum ueniens puellam capit, uolebatque; palam per forum tam abducere. Clamore autem exorto, multaque; concorrente turba, prohibitus ducere quoniam uellet puellam, uadit ad magistratum. Sedebat autem solus in tribunali tunc Appius, querens pecunias ac ius dicens indigentibus. Volente itaque; eoducere, clamor undique; indignatio erat ex circumstante turba, postulantibus omnibus expectari donec uirginis cognati adessent. Iussitque; Appius sic fieri. Breuique; affuit anunculus puellæ P. Numitorius, amicos multos et cognatos secum ducens, uir ipse

Ipse int̄ plebeios clarus: neq; multo post spon-
sus Icilius manum ipse quoq; circum se habens
iunenum plebeiorum firmam. Isq; ubi tribunal
adīt anhelans adhuc attollensq; uocem iube-
bat illum dicere, quisnam esset ausus tangere
puellam ciuem, & quid sibi idem uolens. Silen-
tio autem fact̄o, M. Claudius is qui puellam ce-
perat huiusmodi orationem habuit. Nihil à me
nec proteruum nec uiolentum gestū est in puel-
la Appi Claudi. sed dominus ex lege duco: ac
quemadmodum hec mea sit disce. Est mihi fa-
mula paterna ualde diu scriuens. huic pragnan-
ti uxor & virginū familiari eidem & se adeunti
persuasit, ut si parceret iraderet sibi infantem.
Eaq; seruans promissa cum enixa esset hanc fi-
liam apud nos, finxit peperisse se abortum, er-
adicavitq; infante Numitoriae, que eam sibi sub-
dens educauit, filiorum ipsa neq; maris neq;
fœmina mater alicuius. Latuerunt autem prius
hac me, quæ nunc per indicium cōperi: habeoq;
huius rei testes mulcos & bonos, perscrutatusq;
ipse famulam, ad cōmumem legē omnibus confu-
gio, quæ nō subdentium sed matrum esse filios iu-
stum censem, liberarum liberos, seruarum seruos,
ipso sequentes dominos quoscunq; maeres corū
habeant. Per hanc igitur legem postulo seruæ
me& filiam abducere, iudicium subire uolcs: siq;
aliquis sibi eam uendiceret, uades dare idoneos si-
stendi eam ad iudicium. si uero celerē uile ali-
quis

quis fieri cognitionē, sum paratus ad dicendam
 subiectatim causam, neq; corpus uadare, aus
 rebus alijs dilationes afferre. Viram uero ueline
 isti harum electionum capiant. Hęc cum dixi-
 set Claudius multis additis precibus ne deterior
 aduersariūs fieret : quia cliens ei erat, & foren-
 sē homī humilis: suscipiens sermonem auuncu-
 lus pueri, & pauca dicens eaq; ipsa ad ma-
 gistratum dici cōuenientia: patrē esse ait puel-
 lę ex plebeijs hominibus Virginium, absentem
 ipsum militāremq; pro patria: matrē uero suis-
 se Numitoriam, suam ipsius fororem, sc̄minam
 pudicam & bonam, eamq; non multis ante an-
 nis moriuam, educatamq; esse uirginem uici li-
 beram & ciuem decet, atq; nuptam secundum
 leges esse eam Icilio, finemq; iam habiturū suis-
 se in urimonium, nisi bellum cum Acquis citius
 exitisset. cumq; essent anni haud minus quin-
 decim pr̄teriti, intra hoc tempus nihil tale una-
 quam dicere aggressum esse ipsis Claudium.
 postea uero quam nubilis puella, uiroq; matura
 fuerit, & excellere uideatur forma, iuncte uenire
 amantem ipsum, impudentissimam confingentē
 calumniam, non à se ipso, sed ab homine putan-
 re sibi cupiditatem omnem quoquo modo catē-
 ros gratificari oportere. Zicm igitur de filia de-
 sensurum esse patrem inquit ipsum, cum uenisse
 ab exercitu corporis autem uendicationem, quā
 opus esset fieri secūdū leges, ipsum se peracturu
 qui

qui su puerile auunculus iustaq; subitrus, nihil postulans neq; extraneum neq; quod non sit iustum ceteris Romanis dari. nisi etiam iustum sit dari omnibus hominibus, cum ducatur corpus aliquod in fructum ex libertate, non afferentem aliqua libertatem, sed custodiens ipsam, dominum esse corporis usq; ad finem iudicij. Dixitq; multas ob causas conueniens esse Appio, ut custodiret hoc iustum : primū quia hanc legem ipse simul cum alijs in duodecim tabulis scripsisset: deinde quia esset idem decemuir. etus princeps, superq; his decemuiratum cum consulari tribuniciaq; potestate sumpsisset, cuius optimum opus est imbecillisbus disertisq; ciuibus operi scire. postulabatq; ut confugientis ad se virginis miseretur, iam pridem matre orbatae, desertaeq; etiam nunc à patre, in periculoq; posita, non pecuniarum patrimonialium amittendarum, sed ex uiri ex patriæ, ex (quod maximum uidetur esse humanorum honorum) corporis proprij libertatis. defensq; contumeliam in quam eradenda esset puerilla, multamq; commouens astantium commiserationem, de tempore postremo licet hoc dixit. Quandoquidem finem eius celerem uult Clavius, dicens nihil se iniuste egisse annis iam quindecim lapsis: aliquis quidem alius decertans de rebus tantis acerbè sibi pati uidetur, indignareturq; ut uerisimile est, nisi obtineret postulans facta pace, ex eum

reuersi esse omnes qui nunc sunt in exercitu,
 defendi tunc causam, cum et restium et ami-
 corum esset et indicum litigantibus utrisq; co-
 pia: res ciuiles et moderatas proponens rciq; pu-
 blicae Romanae consuetas. Sed nos, inquit, ora-
 tionum non indigemus neq; pacis neq; turbæ a-
 micorum aut indicum, neq; rem in tempora iu-
 dicialia differimus. sed et in billo et in penu-
 ria amicorum, et sub non aequis iudicibus tol-
 erabimus subito defendere, tantum a te peten-
 tes tempus Appi, quantum sit sufficiens puelle
 patri ab exercitu reuerso, ad deplorandas foreu-
 nis proprias, et per seipsum licet defendere.
 Talia dicente Numitorio, turbæ aq; circumstante
 clamore significante illum iusta postulare, con-
 tinens se parumpcr Appios: Ego, inquit, legem
 non ignoro de uadatione ductorum in scrutinio
 positam, que non finit esse corpus apud auferen-
 tes usq; ad finem litis: neq; eam quam ego scri-
 psi dissoluerem unquam uolens. tamen illud iu-
 dum puto, duo cum sine uendicantes hoc corpus
 sibi, dominus, et pater, si uterq; adesset, patrem
 rencre corpus usq; ad iudicium: sed quando ille
 abest, dominum id abducere, uades dantem ido-
 neos sistendi illud ad magistratum, cum pater
 eius affuerit. De uadibus autem et estimatio-
 ne, ac ne ulla uos re sitis inferiores in causa, ego
 multam Numitori adhibeo prouidentiam: sed
 nunc puellam trade. Hunc tunc finem inferent
 Appios,

Appio, multus siebat fletus super uirgine à circumstantibus eam fœminis & plango, multusq; clamor & indignatio à circumstante tribunal turba. Ducturus uero sponsam Icilius se inserit ei, & dicit: Non me uiuo Appi abducet hanc aliquis. sed si uidetur tibi legem soluere, iusta cōsundere, libertatemq; nobis auferre, ne nega amplius exprobratam nobis & annidem: sed deciso mihi collo & hanc abduc quocūq; uidetur tibi, & uirgines mulieresq; ceteras: ut intellegant iam aliquando Romani se pro liberis seruos factos, nihilq; illi deinceps fortuna sua maius sentiant. Quid adhuc differs? ac non sanguinem meum ante tribunal tuum coram omnium oculis fundis? scito tamen hoc clare, quod aut magnorum malorum Romanis, aut magnorum bonorum initium mors mea erit. Adhuc autem loqui uolentem iussi à magistratu lictores arcebant eum à tribunali, ac parere iudicatis iubebant: uolebarq; Claudio puellam capiens abducere, iuunculo sponsoq; obſistentibus. Videntes autem luctum miserabilem qui tribunal circumstabant unà omnes exclamarunt: nulliusq; momerti ducentes potestatē superioris, concedunt obuiā violatoribus: ita ut incursum eoru timēs Claudio uirginē dimitteret, & sub pedes ducis cōfugeres. Appius autē à principio perturbatus, efferatos omnes uidēs, dubitauit diu quid agi oporterer. Deinde Claudio ad tribunal uocato,

D D 3 & cum

Et cum copanca collocatus ut uisum est, significans circumstantibus ut quiscerent, dicit talia: Ego plebejus cautionem de uadatione corporis per Claudium, post quam uideo uos exasperatos ad hanc declarationem, omitto: uolensq; gratificari uobis, persuasi clienzi meo, ut finat cognatis uirginis uades dare donec pater eius adsit. Abducite igitur Numitori puellam, et uadimonium sistendi eam in crastinum firmate. Sufficit enim uobis hoc tempus ad nuntiandum hodie Virginio, et cras inter trium aut quatuor horarum spatiis ad adducendum è castris eum. Parentibus autem eis plus temporis, nihil amplius respondens surrexit, tollitq; sellam iussit. Atq; ubi è foro abiit mæslus et per afflictum furens, cogitauit non amplius tradere cognatis virginem: sed quando illa per uadationem producta esset, ui eam abducere maiorem sibi custodiām assisteres non à turbis uiolaretur, ac loca circum tribunal caieruis sodalium clivemq; preoccupans. Et ne honesta cum accusatione hoc agerer, non adueniente ad uadimonium patre, dat fidiissimis equisibus epistolas in castra, mittens eos ad Antonium legionis ducē in qua militabat Virginius: postulansq; ut eū detineat in diligenti custodia, ne se latet de filia audiens fugiensq; ē ~~tempo~~. Cæterum præmerunt eum præmuisti ab alijs usq; ab incipiente conrouersia recessarū puelle, Numitorū filius fraterq; Icilius, egreg

egregiae indolis adolescentes, iuueniliusq; pleni imperii effusis habentis ipsi adigentes flagillis equos, festinantesq; iter ex Virginium de his quae agerentur certiori facientius. Ille autem ueram causam celans Antonium, necessarij q; sui arcti cuiusdam morte se audiuisse fingens, cui funus ex sepulchra procurare oportere ipsum ex lege, dimicetur circiter lucernarum accensiones. Pergitq; una cum iuuenibus per vias alias, eimēns persecutionem ab exercitu simul ex ab urbe: quod etiam cuenit. Nam accipiens Antonius epistolam circiter primā uigiliam, emisit alam ad comprehendendum cum equitum: ex urbe emissi alij tota nocte obscurauerunt ab exercitu feren-tem uiam. Vbi uero nuntiauit quidam Appio uenisse Virginium, exira sensum factus affuit ad tribunal magno cum comitatu perq; cognatos produci puellam iussit. quod cum factum es-set, illiq; aduenisse. Cladius eosdem rursus ser-mones percurrit: postulans fieri iudicem eius rei Appium, nullam ipsum interponendum moram: cum ex index adesset, ex testes, familiamq; ipse tradere. in quibus omnibus multa inerat simularia miseria, si non aequis poteretur iuribus ut antea fuerat, quia cliens esset Appij Clau-dius. multaq; adhibebatur adhortatio, ut non ille miseriora dicentibus, sed iustiora postulan-tibus esse melius auxilio. Pater autem puelle reliquij necessarij defendebat subdivisionem multa

DD + instaq;

iustaq; dicentes & uera: t: inquam neq; causam
 ullam subdictionis rationabilem habuisse Numitorij soror uxoriq; Virginij, uirgo uero nupta
 iuueni, neq; mulio post nuptias partens: ne siquidem maxime uoluisse alienū genus in propriam
 domum introducere, cur alienæ seruæ potius in-
 fanciem susciperet quam foeminae liberæ, eiq; ge-
 nere aut amicitia coniunctæ, à qua fidenter ha-
 beret & cereū id quod suscepisset: potestatemq;
 habentem ipsam dicebant, utrius sexus uelle
 problem capiendi, marem potius electuram fuisse
 subdilectum quam puellam. parentem enim foemi-
 nam, quæ filijs indigeat, diligere & educare ei
 oporecere quodcumq; ei natura afferat. Subden-
 tem uero uerisimile esse, melius quam dicerius
 capere. Ad indicem autem & testes quos se
 claudius mulios & idoneos exhibictrum dic-
 bat, adhibebant ex probabilibus rationem, tan-
 quam nunquam rem silencio indigenem, & per
 unam subministrari ualentem, egisset palam &
 cum testibus liberis Numitoria, ut puellam edu-
 catam sibi, postea matris domini eriperet. Tem-
 pusq; aiebat non paruum ipsum quidem esse ar-
 gumento quod nihil sani diceret accusator. Non
 enim indicem aut testes quindecim annos secre-
 tam habieuros fuisse subditam, sed & adhuc
 prius dicturos. criminantesq; illi accusatorum
 fides ut non ueras, neq; congruas, postulabant
 opponi eis suas ipsorum fides, multas illi & insi-
 gnes

gnes nominantes fœminas, quæ uidisse dicebant
grauidam Numitoriam ex mole uentris atq;
pigritia: præterq; ista ostendebant ipsæ quæ in
partu puerperioq; affuissebant ob cognationem &
quid illa parerec uidissent: postulabantq; eas
examinari. Et quod erat argumentum omnium
clarissimum, mulieris uiris mulieribusq; atestan-
tibus, non tantum liberis sed & seruis: dicebant
illi hoc ad extreum, quod maeris lacte nutrita
esset hæc infans. esse autem illud immachinabi-
le, impleri lacte mammae fœmina non parien-
tis. Hæc & multa his similia adhibentibus
ipsis foreissima, & quæ in convarium rationes
recipere non ualarent: multamq; permiscentibus
ex calamitate pueræ commiserationem, alijs
quidem omnes quicunq; istos sermones audie-
rant, formæq; illud miserabile animo concipie-
bant, quorū spectarent uirginem (nam in ueste
ipsa sordida mœsteq; aspiciens, pulchritudi-
nemq; consumens oculorum rapiebat ad se aspe-
ctus omnium: adeò ei supra hominem forma
aderat quedam & gratia forme) absurdita-
rem deflebant, ex quibus bonis, in quas conueme-
lius improperiaq; decidere: subibatq; eos illa
cogitatio, quod solua libertatis lege, nihil erat
quod prohiberet suas quoq; uxores & filias pari
eadem quæ illa. Hæc igitur & multa alia his
similia cogitantes, & inter se colloquentes fle-
bant. Appius autem ut uir sensu per naturam

DD 5 non

non ualens, magnitudineq; potestatis corruptus;
 tumido animo & ardoreibus amore uiscribus,
 neq; ad sermones defendentium mentem adhibe-
 bat. n*icq;* lacrymis puelle frangebatur: condolen-
 tiam*j;* astantium irato accipiebat animo, tan-
 quam ipse maiori dignus esset misericordia, gra-
 uiora patiens prope cur illam ob quam in seruitu-
 tem trahebatur formæ excellētiam. Per hæc igi-
 tur q*mnia* stimulatus & insaniens, sermonē elo-
 qui sustinuit impudentem: per quem maniſſilus
 fuit ſuſpicātibus, finxiſſe iſum aduersus uirgi-
 nem calumniā, & opus eſſe auſum agere tyrann-
 icum & crudelē. Nam dicentes adhuc eos iu-
 bens deſinere, ubi id factum eſt, aīq; omnis per fo-
 rum turba imperium accepit, deſiderio adducta
 cognoscendi quæ ab eo dicerentur: ſapius cōuer-
 tens faciūt huc & illuc, & catervas amicorum
 quibus forum occupauerat oculis dinumcrans,
 hæc dixit: *Ego de hac re Vergini & uos qui*
cum eo adeſtis non nunc priuium audiui, ſed
adhuc antiquius & priuſquam hūc uifcipercm
magistratum. Quo autem modo cognouerim, au-
dite. Pater Claudiū huius moriens uolnū me ſi-
 lium hunc ſuum puerum qui relinquebatur tue-
 ri: ſunt enim domus iſti noſtre clien̄tes ex pro-
 genitoribus. Tunc & itaq; tempore indicium fa-
 clam eſt de puerū mihi, quicmadmodum ſubdi-
 diſſer eam ſibi Numitoria, accipiens à ſerua
 Claudiū: ac rem diſcreti, reperi ita eſſe. At-
 ſingere

ringere autem me ipsum hoc negotium non conueniebat. Putauit enim esse melius relinquere potestatem huius filio cum vir esset, virrum ipse ancillam abducere, an absoluire cam uelle alioribus, accipiens pretium, aut etiam gratis largiens. Hoc autem in tempore ego ciniibus actionibus inuolutus, non amplius res Claudi curas habui. Huic autem proprium ut uideatur recentissimi censum, reddito de ancilla indicio, sicut ego mihi prius, sanè nihil iniustum petitur. si uulnaram ex serua abducere. si enim alteruter alteri persuasisset, pulchre res habuere. Postquam autem in controvërsiam res uenit, ego testor ego ergo iudico, hunc esse ancille dominum. Vnde uero hac audiuerunt quicunq; aderant viri integri iustaq; dicentibus aduocati, intendentes in celum manus exclamarunt comploratu ergo indignatione mixtum eiularum. Decemuiratus autem adulatores adhortantem ualentiemque angere fiduciam potentibus uocem attollebant. irritato autem foro, omnisq; sermonum generis ergo affectionum pleno, edicens Appius silentium: Nisi, inquit, dissimilis seditionem serentes in urbe, ergo tanquam ducis aduersantes nobis turbulentia ipsi ergo nusquam uiles, neq; pace neque bello, necessitate coerciti cedetis: ne pueris haec praesidia que in Capitolio sunt ergo in arcibus, esse a nobis aduersus externos hostes parata, ac nos intus sedentes corrumpere in ur-

in urbe omnia permisura. sententiam igitur capientes meliorem ista quam nunc habetis, nos quibus nihil est negotij abite si sapitis ex res uestrae curate. Tu autem habens ancillam Claudi, duc eam per forum timens neminem. Erunt enim tibi comites daodecim secures Appi. Vbi uero haec dixit, alij quidem gementes frontemq; ferientes, neq; lacrymas cohibere ualenties, decesserunt è foro: abigebatq; puellam complexam patrem ex osculantem, suauissimisq; appellante uocibus. In tali autem malo Verginius opus animo concipit sancte patri erumnosum ex amictum, uerum libero uiro magnifici; sensus decens. Petita enim amplectendi filiam ultimarum saluationum uenia, ex colloquendi quaecunq; uelle solus cum sola priusquam è foro duceretur, concedente istud duce, ex inimicis paulum decedens, suscipiens solutam ex defluentem, seq; detinente, primum reuocauit, deosculatusq; est ac liquorem lacrymarum detersit. deinde eam paulatim subirahens, ubi prope tabernam lanij cuiusdam fuit, arreptum de mensa eius cultrum per uiscera exegit filia, hoc tanum dicto: liberam te ex honestam filia ad manes progenitorum mitto: nam uiuenii neutro horum per tyrannum tibi potendum erat. Exorto autem clamore, habens cruentarium gladium, totusq; perfusus sanguine, quem puelle insufflarat cedes, currebat per urbem furibundus, uocansq; ciuks ad libertatem:

ratem : ainq; percursoris portis ascendit equum qui
 ei paratus erat : contenditq; ad exercitum, Icilio
 & Numitorio adolescentibus qui eum à castris
 adduxerant, tunc etiam comitantibus, ac se-
 quente quoq; eum plebeiorum turba alia non
 pauca, ita ut essent circiner quadringenti. Appi-
 pius autem ut puellæ casum cognouit, è sella
 exilit, persequiq; Verginium uolebat. multa di-
 cens agensq; indecora. Ceterum circumstantibus
 eum amicis, & ut nihil peccaret postulantibus,
 abiit erga omnes indignatus. Eoq; iam domi
 manente, nunciant quidam sodalium, quod circa
 cladem puellæ Icilius sacer patruusq; Numito-
 riis cum amicis alijs cognatisq; stantes fanda
 & infanda dicunt aduersus eum, uocantiq; po-
 pulum ad libertatem. Ille autem præ iracundia
 mituit lictorum aliquot duci iubens clamantes in
 carcerem, & efferti cadauer è foro, rem faciens
 stultissimam minimeq; temporibus congruam.
 Nam cum cum oportuisse mitigare turbā, que
 iustam ire causam habuisse, cedentē ipsum sta-
 rim tempori, poste aqua; alia excusantem, alia de-
 precantem, alia aliquibus alijs beneficij recu-
 perantem, adductus idem ad uolentius coëgit
 eos in amerciam conueri: neq; enim permiserunt
 circumuallantes erahi moreuam, neq; in carce-
 rem eos uiros duci, sed inclamantes qui uim af-
 ferrant impulsu eos ac uerberibus expulerunt è
 foro : itaq; ne cogereur Appius cum amicis
 plurib

pluribus & clientibus in f̄orum ire cohiberi iubens & arceri ex compieis qui in eis perstarent. Sentiens autem consilium egressus eius *Valearius* & *Horatius*, quos esse dixi principalissimos libertatis recuperatorum: multam bonamq; iuuentutem circum se duceūs, ante mortuam consistunt. & ubi prope fuie *Appius*, primus quidem in odiosa uerba & improperia aduersus licentiam eorum prorupere: uerbis deinde etiam opera adiuentes similia, ferentesq; & auerentes obuios. *Appius* autem mœstus ex ea praeter spem punitione, neq; habens quid aduersus hos uiros agere, uiam ire cogitauit exitiosissimam. Tanquam enim adhuc eret ei adhuc multudo, ascendens ipse in acdem *Vulcani*, populum ad concionem euocauit: accusareq; conatus est illorum uirorum iniuriam & consumeliam, tribunitia ipse potestare & spe leni elatus, quod cum eos simul populus indignatus permitteret eos uiros de rupe deūci. *Valeriani* autem alterum fori locum occupates, deponentesq; corpus uirginis in loco unde omnibus sururum esset conspicuum, concionem alteram congregarunt multam inferentes *Appi* sociorumq; accusacionem. Oportebat autem (quod quidem uerisimile est) ut quos moueret dignitas illorum uiorum, & quos pueri miseratione grauia & agravibus ob infelicem decorē passē, & quos ipsum ueteris constitutionis Reipub. desiderium in hanc concionem

concionem hori arcet, plures ipsi alijs congre-
 garentur: ita ut pauci quidam circa Appium
 fierent reliqui, decemviralis illi factionis, in qui-
 bus quoq; erant aliqui non amplius magistra-
 rui illi obedientes ob multas causas, sed si ad-
 uersariorum res ualuerint, libenter ipsi in decem-
 viros incursuri. Videns autem se deserendum Appiu-
 s, coactus est mutare sententiam foroq; dece-
 dere. quod maxime ei profuit. nam missus in po-
 testatem plebeiorū pulchras eis persoluisse pœ-
 nas. post hæc autem potissi quanta uellere posse-
 batur Valerius & Horatius, sermonem aduersus
 decemviratum intulere, confirmantes qui adhuc
 dubitarent: magisq; item al enarunt ciuilem tur-
 bam à decemviratu cognati uirginis ferentes in
 forum lecticam, aliumq; ornatum sepulchralem
 quam porcane preciosissimum comparantes,
 elationemq; facientes corporis per illustrissima
 urbis compita, unde à pluribus conspicendi es-
 sent. Exiliebant enim ex aedibus mulieres & uir-
 gines deflentes hunc casum, floresq; aliquæ &
 coronas aduersus lectulum injicientes, alia zo-
 nas & ballos, aliaq; uittas uirginalis come,
 & quedam item retorans crinum deponentes
 cincim. Viri autem capientes aliqua ex pro-
 ximiis officinis, alia pretio, alia gratia, oblatis
 donis ornabant funeris elationem, ita ut id funus
 per urbem celebre ducereetur, prompti q; omnes
 fierent ad dissoluendum decemviratum, nisi quod
 qui

qui sentiebant cum eo magistratu tenentes armis
 magistratum eis metum inferabant. nec Vale-
 riūs & Horatius censebant per ciuilem sanguine-
 nem contentionem tolli oportere, & in talibus
 quidē perturbationibus urbs erat. Ceterum Ver-
 гинius quē dixi sua manu filiam occidisse, agens
 equum pro uiribus aduenit circiter accensionem
 lucernarum ad castra in Algido, talis qualis
 ab urbe excurrerat totus conspersus sanguine,
 tenetisq; in manibus culirum lanū. quem uiden-
 tes qui pro castris excubabant, coniectare non
 poterant quidnam passus esset. sequenturq; ut
 audiuri rem & magnam & grauem. Ille au-
 tem flens ibat innueni:q; obuijs, ut sequerentur.
 Excurrebantq; ex tabernaculis per quae trans-
 ibat media coenantes omnes congregati, lacernas
 facesq; habentes, sollicitudinisq; & tumultuum
 pleni, circumstantesq; cum sequentur. Isq;
 ubi in patente locum uenit, stans in parte qua-
 dam celsiori, unde ab omnibus uideri posset,
 enarrat quae se deprehendissent calamitates, ex-
 hibens uerborum testes eos qui sibi in urbe affue-
 rant. & ubi uidit complorantes mulios & lacry-
 mantes, ad preces supplex conuersus est, orans ne
 se negligenter, né uerba inultiū sincrēt patriamq;
 uituperatam. que cum diceres, multa erat cu-
 piditas omnibus audiēdi, iubebantq; eum dicere.
 isq; carpens iam fidentius decemuiros. & enar-
 rans quā illi mulios rem ademissaēt, & quā
 mulios

mulcōs uerberibus cæcidissent, mulcōsq; patriam
 fugere coegissent, nihil ipsos delinquētēs: mulic-
 rum quoq; uirginumq; nubilium rapieus, puerorū
 rumq; liberorum impropria, aliasq; eorum ini-
 quitates crudelitatesq; enumerās: hoc modo, in-
 quis, nos uiuperant hi qui neq; lege habentes
 hanc potestatē, neq; senatus consuleo, neq; iussu
 populi, eam sibi assumpserūt. Nam tempus an-
 nūm, post quod oporebat imperantes ipsos tra-
 dēre alijs rem publ. prēteriū: sed tenent eam ar-
 morum uiolētia multam nostram dispiciētēs.
 timiditatem, multam molitiam tāquam fœmi-
 narum. subeat unumquenq; uestrum cogitatio
 eorum que ego sum passus, & que alios passos
 nouit. Siq; aliquis uestrum inescatos uoluptatis.
 ab eis aliquibus aut gratijs decemviratum non
 timer, nec ut ad se ueniant aliquād acerba me-
 ruit, discens iste nihil esse tyrannis fidei, neq; ob
 bneuoleniam alicui dari à potētibus gratias,
 ceteraq; similia, mutet sensum: atq; una uentes
 omnes uos sententia, liberae à tyrānis patriam,
 in qua sunt deis impla exiructa, & maiorum
 uestrorum reliquiae, quas post deos honoratus, &
 senes patres alimēta à uobis multa dignaqq; suis
 laborib; repente, & uxores legitime & fi-
 liæ nubiles non parua ipsa indigentes habentiū
 eas cura mariumq; soboles, quibus debentur iu-
 sta naturae progenitorum. Domos autē & for-
 tem & pecunias multis patrum, multis uestris

BB

ipso

ipsorum laboribus quæstus taceo, quorum nihil
licet nobis habere certum, donec decim dominic-
tur tyranni. Non est hominum imperantiū &
genitroforum aliena per virilitatē acquirere, &
amitti per mollitiē propria negligere: aut cum
sequis Volscis & Sabinis omnibusq; finiti-
mis diurna bella de principatu, sineq; inter-
missione gerere, nec aduersus imperantes uobis
præter leges pro securitate uictoria & libertate
arma capere. an non urbis resumuntur spiritus,
constabuntq; uobis cogitationes, patrū uirtute di-
gnæ. qui ob unius fœmina cōsumeliam, uiolata ab
uno filiorū Tarquinij proterq; illā callamitatiē
se incrementis, adeò sunt indignati, illaq; casu
irritati, communē quandam consumeliam illam
existimætes, ut nō eiecerint eam in urbe Tarqui-
nium, sed omnino de minatum regium sustuler-
int, uicerintq; deinceps Romanorum aliquem
in uitam totam magistratum gerere non obno-
xiū, iurantes ipsi iuramenta maxima, & in-
nefotes execrationes, si aduersum ista facerent,
imprecantes. Deinde autem non tulerunt illi
unius flagitosi adolescentis tyrannicam cōsu-
meliam in corpus liberum, uos multorum feceris
capitum tyrannidem, uicentem omni iniuitate
& petulanteia? & in dies magis usuram, si nūc
patiamini & toleretis? non sol m. hi fuit filia
excellens forma, quam aperie uiolare, inq; cuius
consumeliam obsenire aggressus est & pīus.
Sed

Sed sunt uobis multi etiam alijs filiae, alijs uxores, alijsq; decentis indolis filij adolescentuli, quos quid prohibebit ab aliquo alio decem tyrannorum siue etiam ab Appio ipso pati eadem? nisi forsan uobis decorum aliquis est sponsor, quod impunitas sinentibus uobis calamitates has meas, non ad multos usq; uestru uenit similes acerbitatis, sed ad filiam usq; meam progredientes amores tyrannici desinent, et in reliqua puerorum virginumq; corpora temperantes crune. Sed multi etiam scite clare, fatuitatis foeditatisq; esset cogitare ista, et quod nequaque acerba illa euident dicere, Infinitus (ut solet fieri) sunt tyrannorum concupiscentiae, tanquam legem que eas cohibeat, aut merum non habentes ullum. Mihi igitur exequentes uiri ulationem iustum et parantes uobis ipsis ne talia patiamini securitatem: rumpite iam al. quando frenos o infelices et miseri, rectisq; oculis respicite ad libertatem. Quam enim a'iam ob causam magis quam ob hanc ipsam indignandum erit uobis quidem? tanquam si ruas abducunt ciuium filios tyranti, et per uerbera sponsas ducunt. Quo autem in tempore liberos resumeris spiritus praesens omitentes, quo corpus et ictum habetis armis? Adhuc dicente eo, exclamarunt multi follicentes ulationem, euocaruntq; nomine ductores ordinum, postulantes ut negotium suscipiantur. Ac iam mulier aduenientes dicere au-

EE 2 deb

dibane palam, si quid graue passi essent. Au-
dientes autem que fierent quinq; uiri illi quos
dixi rebus praefectos esse, ac timentes ne quis in
se fieret turbare impetus decurrunt in praetorium
omnes, & cum amicis speculabanteur, si qua ra-
tione possent compescere turbationē illam pro-
pria ipsi circumstantes arma. Vbi uero audi-
runt abisse eos in tabernacula, ac desinente:n
quiescentemq; tumultum, ignorantes illi uisum
esse pluribus centurionum, per arcanae coniura-
tiones ut ab eis desciscerent, liberarentq; patria-
instieuerunt ubi dies quā primum fueret, pertur-
bantem milites Verginium comprehendere in cu-
stodiaq; habere, atq; copias emissentes. è castris
ducere aduersus hostes: regionemq; eorum opis-
mam castrametantes populari, non sinecetes esse
milites de ijs que fierent in urbe amplius curio-
sos, partim proper emolumenta, partim proper
futura profētēt cuiq; certamina. Contigit autem
cogitatorum eis nihil. Neq; enim permisere cen-
turiones vocatum ire in praetorium Verginium,
suspiciens ne quid graue patereatur. quin &
sermonem interceptum quod uolebant in hostes
urbas ducere, exprobabant alia dicentes: quā
nos pulchre ductastis antea, ut spem nunc bo-
nam capientes nos sequamur, qui quaneum
nondum ulli antea Romanorum duces alijs, exer-
cium ex urbe ipsa educentes, & à facijs con-
gregantes, neque ullam reportastis de inimicio
uicti.

uictriam, neq; damnum eis ullum intulisti. Sed
 ignauiam ipsi uestram imperitiam. q; ostendisti.
 Maleq; castraneceantes uidem, regionemq; ue-
 stram tanquam hostes populantes, nos pauperes
 & cuginos effecisti. De quibus iūe hostes omnes
 quoscūq; amica praelijs uicimus cum duces nobis
 melioris aderant, nunc & trophae in oppro-
 brium nostrum crigunt, & tabernacula nostra.
 & seruos, armaq; & pecunias raptas habent.
 Virginius autem ex ira, & quia nihil duces
 amplius timere, arrogatus eos carpebat, luens
 eos & exitium vocans patriae: suadensq; omni-
 bus centurionibus ut signa tollerint ducere neq;
 domum exercitum. horrēibus autem mulier sa-
 cra mouere signa, neq; tutū neq; sanctū esse exi-
 stimatis omnibus duces relinquere ob sacra-
 mentum militare, quod maxime omnium scrutat
 Romani: iubet enim militates sequi ducem quo-
 cunque dicat: lexq; ducibus potestatem dedit
 occidendi non parentes relinquentes signa
 indemnatos & indicta causa: uidens eos Vir-
 ginius hac paucites, inq; religionem trahentes,
 docebat ligem soluisse eis sacramentum, quan-
 doquidem oportere creatum ducem ex lige le-
 gionibus imperare. Esse autem decimuirorum
 præter leges potestatem, annum excedentem
 tempus, ad quod designata erat. parere autem
 non imperantibus ex lige, nequaquam esse
 obedienciam aut pietatem, sed amicitiam &

EE 3 inf

insaniam. Hac audientes illi, recteque ea dici existimantes, cohors atq; inter se, & fiduciam etiam quandam capientes à numine, signa tollunt, extraq; uallum ferunt. Futurū autem erat, quod sanè solet in varijs moribus, neq; omnibus optima cognoscentibus, ut essent aliqui etiam manentes cum ducibus milites & centuriones: non tot ramen illi numero, sed multo alijs pauciores. Hi igitur exēentes è castris, ac tota die iter facientes, ne spēri in urbem adueniunt, nuntiant superuenientem corū nullo: perturbaruntq; intra muros stantes non mediocriter, putantes hostium ingressum esse exercitum. Eratq; clamor cursusq; per urbem incompositus, nec ramen diu permansit ea perturbatio, ut mali aliquid per eam fieret. Vadentes enim clamabant per compita, se amicos esse & in bonum urbis ingredi exhibebantq; similia uerbis opera, uiolantes nihil. Profecti uero in Aucineum (est enim unus comprehensorum in urbe collum ponendis castris ualde opportunus) ponunt armas circa Diana edem dieq; sequenti firmates castra, ac præfectos creantes decem, communium rerum donis, quorum dux erat M. Oppius, quieti permanerunt. adueneruntq; non multo post eis etiam auxilia ab exercitu qui Fidenis erat, præcipuis eorum legionum centuriones magnam manum adducentes, alienari ipsi quoq; ab illis ducibus ex quo siccum legatum occiderant.

rant (ut dixi supra) sed cimentes defectionem incipere , tanquam amicæ essent decemuirati quinq; alia in Algido legiones : tuncq; ubi cognouere defectionem earum , fortiu næ euentu cupidè amplectentes . Erant autem harum etiam legionum duces creati in itinere præfecti decem : quorum erat illustrissimus Sextus Manilius . Voi uero permixti sunt inter se armis depositis permiserunt illis præfectis uiginti omnia ad rem publicam pertinentia , dicereq; ex agere : exq; illis duos elegere presidētes , Marcum Oppium et sextum Manilium , qui consilium constituentes ex omnibus centurionibus , cum illis omnia tractantes perseverabant . Incerta autem multis adhuc corum mente , Appius ut qui cognoscere sc̄ presentis turbationis autorem fuisse maximum . ex malorum que per eam expectabantur fore , nolbat quicquam publicorum amplius attingere , sed domi st̄ ibat . Colligas uero ei in urbe Spurius Oppius perturbatus et ipse à principio , tanquam se quam celerrime in uasuris inimicis , ad hocq; uenientibus , ubi eos cognouit nihil molientes noui metu deposito senatum conuocauit , accersens unumquenq; eorum è domibus . ciscj ; adhuc congregatis , uenire duces ab exercitu qui Fidenis erat ; agrè firenes castra à milibus deserte utraq; issi , si adēresq; senatu ut pro excessu rei dignam aduersus eos iram suscipere . Voi uero sententiam

efferrc unumquenq; senarorum oporeuit, dixit
I. Cornelius: Oportere abire eos qui in Auentino erant eo ipso die in castra ad quæ deputari erant, & à ducibus iussa excqui, nemine futuro reo gestorum, præter autores solos defctionis, de hisq; duces iudicia exercere. Quod si ista milites non faciant, cōsultare tunc de eis senatum, tanquam ordinis desertoribus, in quo à ducibus, statuti fuerant, militarisq; uiolatoribus sacramenti. Primi autem deinceps imperium à populo centuriatis comitüs accepere, *L. Valerius Potitus*, & *M. Horatius Barbatus*, natura ipsi populares & maioribus suis in hanc sectam succedentes, qui seruantes promissa que plebeüs fecerant, cum arma eis deponere persuaserint, nūmpē sc̄ plebi omnia utilia perfecturos, leges sanxerunt centuriatis concionibus, & grē quidcm sc̄ entibus patriciis, sed contradicere erubescen-tibus: cum alias quasdam quis non opere est scribere, rūm eam que positas à plebe leges curiatis concionibus, iubet ex aequo omnibus Romanis ponī, nim eandem habentes eas quam que centuriatis concionibus ferendae essent. erantq; pœna appositæ soluentibus aut trans-gredientibus legem, si deprehenderentur, mors & bonorum publicatio. Hæc lex patriciorum ambiguities quæcumque plebeüs ante facie-bant, nolentes positis ab eis legibus parere. Nec omnino concionibus curiatis firmata esse existi-mantes

mantes communia ciuitatis omnis decretar, sed decreum esse illis solis proprium. quodcunq; ue-
ro cneuriata cognouisse concio, hoc putantes
et sibypsis et alijs statutum ciuibus. dictum
est enim prius etiam qad in curiatis concioni-
bus uincebant plebeij pauperesq; patricios. In
centuriatis autem patricij multo alijs, paucio-
res, superiores fubabant plebeij. Hac confirmata
a consulibus lege, cum alijs (ut dixi) quibusdam
popularibus, tribuni statim illud tempus oppor-
tunum putantes puniendorum decemvirorum,
diem eis oportere dici existimauit, non illi eos
omnes simul in iudicium, ne prodeffire alteri al-
teris, sed singulos adducentes: opinabantur enim
hoc modo facilius captabiles eos fieri. speculan-
tesq; a quo inciperent opportunitimo, cogita-
runt primum Appium iudicio subiucere, cum
aliorum iniuriarum causa odiosum plibi, cum
uero nouissime perpetratarum in uirginem ini-
quitatum. Hoc enim perditio uidebatur sibi
etiam ceteros superaturi. siq; ab humilioribus
inciperent, molliores fore suspicabantur iras ci-
uium ad illustrissimos ultimosq; indicando, ue-
hemeneiores quidem ipsas (quod iam sepe eue-
nit) in prioribus certaminibus. His igitur illi co-
suleis, continuerunt ceteros, et ut extra forem
Virginius Appium accusare decreuerunt. De-
scriurq; de hinc ad plebem a Virginio accusa-
tus in concionem Appius, petieruntq; tempus ad

BB 5 def

defensionem. Verum dactus ipse in carcerem ut custodiretur usq; ad finem iudicij (non enim uades dandi data est ei potestas) ante diem destinatam iudicio in uinculis moritur: ut suspicio multorum fuit iussu tribunorum: ut uero illi, diluere uolentes culpam, uulgarunt, se ipse laqueo suspendens. Post illum autem Spurius Oppius dactus ad plebem ab alio tribunorum Publio Numitorio causeq; poritus dictione omnibus capitur calculus, carceriq; traditus moritur eodem die. Reliqui uero ex decem priusquam eis dies diceretur, se exilio ipsi multarunt, bonisq; eorum omnia tam mortuorum quam exulum accipientes questores urbani in publicum retulere: diesq; deinde etiam Marco Claudio ei qui uirginem capiebat ut seruam dicuer à sponso uirginis eiusdem Icilio: usq; causam in iubente inique agere Appium referens liberatur morze, multaturq; exilio. neq; aliquis aliis subministrantiū iniquū aliquod decemuiris subiye discriminē publicum: sed data est omnibus securitas. Introducensq; institutum istud fuit Marcus Duell. us tribunus hanc rem agrè screnitibus iam ciuibus, & se hostes fieri expectantibus. ubi uero sidata sunt in urbe turbæ, decretum firmant, ut educatur aduersus hostes quamcelerrime exercitus: sancienteq; populo id quod à senatu decretum erat, alier consulum Valearius dimidium copiarum habens aduersum Acq

sequos eduxit eas & Volscos. conuenerant enim uer. eq; haec gētes. Atq; sequos sciens ex prioribus successibus gloriabundo, in miliam deuenisse contemptionem Romanarum uirium, adhuc magis attollere uoluit, ferocioresq; eos facere opinionē exhibens non ueram, tanq; horrebet cum eis manum conserere. ostenditq; signa rimentis omnia, locum castris ponendis eligens excelsum, egrejq; accessibilem, fossamq; circumducens profundam & uallum erigens altissimum. prouocantesq; in pugnam hostes, exprobantesq; sepius ignauiam tolerabat quietus manens. Vbi uero cognouit optimam manum hostium ad excursionem Hernicorum agri Larinorumq; egressam, & in castris neq; miliam neq; strenuam custodiam relictam, hoc tempus esse opporunum putans, eduxit exercitum: & instruxit ut ad pugnam. nemineq; aduersum prodeunte eam diem quieuit: sequenti uero duxit copias ad eorum castra non admodum munita ipsa. que cum ob sideri audiissent qui egressi erant ad excusiones, redeunt: nec una tamen, nec cōpositi, sed & sparsi & pauci simul, ut causus rulit apparentes. at relicti in castris ubi aduenientes conspexere socios, ferociores iam facti exērūt, & in aciem quidē instructi. siq; certamē magnum & uirinq; cedes multa. In quo uincētes Romani & qui resistebant auertunt, & quā fugiebant persequentes, alios occidunt, alios captiuos

peiuos ducunt. hisq; peractis Valerius iam licen-
tia regionem hostium populabatur. Marcus au-
tem Horatius missus ad Sabinense bellum, ubi
gesta à collega suo cognouit, educens & ipse
kopias, progeditur è castris oxyus rotis viribus,
aduersum non pauciores numero Sabinos, vicerūq;
ipso militarum peritissimos. Demonstrarant
enim illi quoq; spiritus & audaciam multam
ex prioribus successibus aduersus sibi oppositos.
& omnes cōmuniter & priuatim eorū duxtor.
Erat enim non dux bonus tantummodo, sed
miles quoq; manu promptius. Ceterum pugnan-
tibus magna cum alacritate equitibus, uictoria
potius est clarissima, multos hostiū interficiēs,
multoq; plures capiens: ualli quoq; deserti do-
minus, in quo & hostium apparatum muleum,
& prædam omnem quā ex agro Romano abe-
gerant, & captiuos suorum plurimos repperit
& seruauit. non enim præuererant, ob con-
temptum Sabini remittentes domum emolumen-
ta. Consul itaq; uolens res hostium esse milieibus
suis emolumento, excipit ipse ex spolijs quacūq;
deis consecratus erat. prædam uero reliquam
adeptis eam reddidit. Hisq; peractis duxit Ro-
manam kopias, per idq; tempus rediit etiam Val-
erius, magnifice utriq; de se ex uictorijs sentien-
tes, & se triumphos sperantes ducturos esse cla-
risimos. nec respondie tamen eis cœnitus ad
spem. Nam percosus eos senatus castra haben-
tes

res tunc extra urbem in campo Martio, & ab
 utrisq; gesta cognoscens, non permisit eos ui-
 toriale perficere sacrificium, muliis quidem pa-
 lam aduersantibus, maxime uero C. Claudio
 (crae enim hic ut dixi Appū decemviri & à
 tribunis nuper imperfecti patruus) proferente le-
 ges per quas potentiam senatus imminuerint,
 aliaq; instituta quecunq; illi administrantes
 remp. perfecerant. ad extremumq; percurrente
 decemvirorum quos hi tribunis prodiderant, a-
 liorum quidem ineritum, aliorum uero bonoru
 publicationem, tanquā praeceperat iusurandum &
 foedera, ac dicente quae per sacra firmata essent
 inter patricios & plebeios, facta esse in securi-
 tatem omnium antecē actorum & obliuionem:
 Appūq; mortem afferente non sua manu sed
 per infidus fuisse tribunorum ante cause di-
 litionem, ut nec ipse oratione in iudicio, nec mi-
 sericordia posireetur: ut uir in periculo. constiutus
 dignitate generis insignis, & cuius multa
 in remp. essent merita, iusurandum & fidem
 implorans, quibus credentes homines in reconcili-
 ationem conuenerant, filiosq; & cognationem
 adducens, & personam sumens humilem, &
 alia multa faciens multitudinem in cōmisera-
 zionem affranchenia. Has igitur accusationes
 consulū multas effundente Claudio, etiā astan-
 zibus uisum est satis esse debere cōsulibus, si non
 ipsi pœnias darent, nedum triumphis aut talium
 concesserint

concessionum aliqua digni haberentur. neq; gante
igitur triumphū eis senatu, indignati Valerius
et Horatius, grauemq; hanc putantes conu-
meliam, aduocarunt ad concionem multitudinē.
multumq; accusato senatu, assentientibus coope-
rantibusq; tribunis, legemq; introducereibus,
potestatem triumphandi à populo accipiunt, pri-
mi Romanorum omnium hanc consuetudinem
introducentes. Dchincq; rursus in dissensiones
ex postulationesq; deuenire aduersus patricios
plebeij. Instigabant enim eos tribuni concionan-
tes quotidie dicentesq; aduersus senatum multas
irritabatq; multos suspicio, quā tribuni ipsi stu-
debant ut uehemens fieret, fama sine aut ore au-
cta, conjecturisq; non paucis, tanquam leges so-
luturi essent patricij, quis Valerius et Horatius
consulatum gerentes iulrarent: detinebatq; mul-
tos ualida, nec à fide distans hæc opinio. Et que
quidem sub his consulibus gesta sunt, suere ta-
lia. Sequenti uero anno consules Sp. Herminius
et T. Verginius Calimontanus, et ab eis ma-
gistratum accipientes, M. Genucius

Hic nulla traductio Latina reperitur, quia Græ-
cus codex uetus late corrosus deficit.

nihil autem respondentibus, sed indignantibus
progrediens Scapius ad pulpitum: Etaberis, in-
quit, ciues à dissidentibus ipsis concessum quod
ipsi sibi regionum nostram nihil ad eos pereinen-
tem uendicant, ad hacq; nos respicienes iusta
iuriq;

iuric; iurando cōuenientia decernit. Talia dicente Scaplio, consules subibat pudor cogitantes, quod nūq; iustum, neq; decentem finem causa suscepura esse si regionum aliquam de qualis esset inter alios, electus iudex populus Rom. nunquam ea sibi ante a uendicata, nunc adempitam litigatoribus sibi ipse adiudicare. Suniq; plurima a consulibus & a principibus senatus in auersionem huius rei dicta & frustra. Nam qui suffragia accepere, multam iſſe stultitiam dicentes negligere se alios sua occupantes, ac ne pium quidem putates se iudicio finem illatiuros, si Aricinos aut Ardeates declararent agri, de quo lis erat, dominos: iurati ipsi se, quorumcunq; eum esse inuenirent, ipsis cum adiudicaueros: iurati illi etiam contendencibus, quoniam fraudaros agro, ipsos capere indices uoluissent, ne licceret eis deinceps agrum suum recuperare, quem iurati iudicantes, iſſi aliorum esse cognouissent: hac ratiocinantes illi, & gregq; ferentes, certum iuſſere uas ponit calculatorum in quaq; tribu pro Romana urbe, in quo suffragia deponerent. fitq; omnibus suffragijs dubij iuris agri populus Ro. dominus, & hac sub his gesta sunt consulibus. Marco autem Genucio & C. Quincio consulibus, ciuiles irrum exurrexere dissensiones, postulatibus plebijs luctore Romanis omnibus consularum capere. Gerebant enim consq; patricij ipsum soli, ceteris comitijs designati. legenq; tribuni

eribuni conscriptam de comitüs consularibus
inscribante, omnes præter unum C. Furium con-
sente[n]tes, per quam dominum faciabant popu-
lum cognitionis, quocunq[ue] anno patr.rios uellet
sine plebeios ad cōsularum admittere. Quis res
agre ferentes senatori ordinis viri, ut qui uide-
rente principatum suum diffisi, omnia sustinen-
da potius arbitrabantur quam ut hanc legem
ferri sinerent. iraq[ue] & accusationes actionisq[ue]
assidue fiebant in eis se contrarie in priuatis
cœribus & in cōmunib[us] conuentibus patricio-
rum omnium alienatorum à plebeijs. multiq[ue] in
senatu sermones, mulci in concionibus dicti erat
à præsidentibus potencie optimatum: mitiores
quidem ab eis qui putarent per ignoratiā uti-
litatis peccare plebem: furores uero ab alijs
qui per insidias & inuidia erga patricios rem
compositam esse dicerent. Extræculo autem in-
cassum tempore nuncij à socijs adueniunt dicen-
tes quod cum incursuri in se magno exercitu
Aequi & Volsci essent, rogabant sibi celarem
mitti op[er]e ut in semita belli positis dicebanturq[ue]
ex Etruscis etiam Vrbinis ad defctionem se
parare. neq[ue] Romanis quoq[ue] amplius Ardeas
obtemperabant, irati eis obdubitablem re-
gionem illam quam electus superiore anno popu-
lus Rom. index sibi adiudicarat. Ista audiens se-
natus, decreuit exercitū conscribere, & emittre
uerunq[ue] consulem. Sed aduersabantur decre-
sis eorū

ris eorum inferentes legem eribuni, potestatemq; habentes obsistendi consulibus, ausferentesq; cunctos ad militare sacramentum, neq; poenam finentes illos de consumacibus ullam sumere. Valde autem postulante senatu ut in praesentia periuicaciam abjecerent, & cum finem cepissent bellum, tunc de comitiis legem proponerent, i. intu aberant illi ut cedre uellent temporibus, ut de alijs quoq; rebus senatus consuli se esse aduersarios dicerent, neq; de re nulla decretum illud confirmari permisuros, nisi senatus ipse de lege que ab ipsis inscribatur praeconsuleret. neq; tandem in senatu ad consules in has minas proue- Eti crant, sed ad iurandum etiam in concionibus iuramenta apud eos maxima, per suam ipsorum fidem, ne qua prorsus dissoluendi aliquid cognitorum ab eis spes fieret. Ad has autem minas quid agi opus esset speculabantur aeo maxi- mi, primiq; praesidentium potentiae optimatum, congregati a consulibus ipsis per se in priuatum conuentum. Caiusq; Claudius uir minime popu- laris, & hanc sectam in rep. suscipiens a maiori- bus, arrogantiorem inscribat sententiā. Neq; plebi consulari cedendum esse, neq; ullo magi- stratu alio: ac conantes conserari i his agere, ar- mis esse prohibendos, nisi eis persuaderetur uer- bis, nemini prorsus parcēdo nec priuato nec ma- gistratui: omnes enim conantes patrias consue- tudines mouere, & ornatum uecerem admini-

stirandi corrumpere, alienos esse et hostes urbis.
 T. autem Quinctius non sinebat ut aduersarium
 coerceri, neque armis aut per ciuilem iri sanguinem
 in plebeios, aduersantibus praesertim tribunis:
 quos patres, inquit, nostri esse sacros sanctos de-
 creuere, deos geniosque; sponsores pactionum fa-
 cientes, iuramque dantes maxima, et in suā,
 et in nepoēum euersionem, si quid cōpositorum
 transgredere. huic autem sententiæ acceden-
 tibus etiam ceteris aduocatis in eum cōfessum,
 suscipiens sermonem Claudius: Non ignoror, in-
 quir, quanta crepido nobis iacietur omnibus ca-
 lamitatibus, si permiscimus plubi suffragia de-
 lege accipere: sed non habens quid agam nec ua-
 lens eos uiris uobis contradicere, cedo equidem
 uestris consilijs iustum enim est declarare unū
 quenque que uideantur recip. collatura, parere ne-
 ro indicaris a pluribus. Illud tamen cuius ad-
 moneam uos in rebus difficultibus ac consilium
 non recipiendibus, habeo: ut de consulatu nec nūc
 nec in posterum concedatis alicui præterquam
 parricūs quibus solis fas est et pium. Quando
 autem in necessitatem concludamini, ut nunc
 faciendi etiam ciues alios participes maxime
 potestatis et imperij, tunc praefectos loco con-
 sulum creare numerum aliquem præficietus. mihi
 enim uidetur octo vel sex sufficere. Nec in
 his tamen uiris minor parriciorum quam plebeio-
 rum sit numerus. Ista enim facientes ipsi, neque
 confisi

consulum imperium in humiles & indignos
debet ceteris, neq; uobis dynastias construxisse ini-
stis, neq; plebem unius imperij participem effe-
cisse uidebimini. Laudantibus autem sententiā
eius omnibus, neq; illo contradicent, audite, in-
quit, quae uobis etiam consulibus commemoran-
da habeam. Prædicta die qua consulum cœfir-
maruri estis & à senatu iudicata, proponetisq;
defendendam & accusandam legem, ubi dictus
in uirans; partem rationibus tempus fuerit ro-
gandarum sententiārum, neq; à me, neq; ab hoc
Quinto incipite, neq; ab alio seniorum quoquā:
sed à popularissimo senatorum Lucio Valerio.
Postq; eum rogare, siquid uoleat dicere, Marcum
Horatium. Et ubi ab eis sententiā exquisiue-
rīs, tunc iubet nos seniores dicere. Ego enim
omni uens licentia efferam aduersariūm tri-
bunis sententiām: prodest enim hoc recipi. Institu-
tumq; de præfectis introduce postea, si uolenti-
bus uobis fiet, Titus hic Genutius. Decenterissima
enim sententia, minimeq; suspitionē exhibens
utiq; fiet, si hic eam frater tuus Marce Genuti
dicat. Visa sunt hęc etiam ab eo proposita,
discerneruntq; illi ex conuentu: & tribunos si-
mor inuasit ex arcana illorum uirorum coitio-
ne, ut in milium ea magnum aliquod plebis fa-
cta: quandoquidem domi ac non in aperio con-
sedissent, neq; quenquam præsidentium plebi
participem consiliarum assumpſione. Postq;

F F 2 illud

illud concilium, & ipsi ex plebeissimis aliquot congreganies, auxilia & custodias machina-
bantur aduersum insidias quas sibi fore à pa-
tricys suspicabāeur. Vbi uero tempus uenit quo
præconsulium fieri oportebat, cōuocantes sena-
tum consules, multasq; facientes adhortationes
ad concordiam & bonum morem, dcdere pri-
mum de lege sermonem introducentibus eam tri-
bunis. ac progredīs unus ex eis Canulcius, quòd
iusta esset aut utilis, neq; docuit neq; meminit.
Mirari autem se dixit consules, quòd iam deli-
beratio ac indicato inter se quid agi oportet,
rem nunc ianquam minime approbatam indi-
genteq; consilijs, in confessum conarentur infer-
re, orationemq; de ea introducentibus ipsis de-
dissent, dissimulationem inferentes, neq; etati-
bus suis congruam, neq; imperij magnitudini
conuenientem: prauarumq; ait ipsos actionum
initia in rem. introducere, concilia congregan-
tes secreta in priuatis domibus, neq; omnes con-
siliarios in ea aduocantes, sed sibi ipsis commo-
disimos. aeq; aliorum quidem à consilio dome-
stico abactorum, se minus mirari inquit: Mar-
co uero Horatio, Lucioq; Valerio euersoribus
decemviratu, uirisq; iisdem cōsularibus, nec ul-
lo minus ad consulendū de rep. idoneis, haud di-
gnatis aduocatione in conciliū, se profecto stu-
pefactū esse, neq; assiqui se posse conjectura quā
fuisse istud iustaratione. Verum unam suspi-
carē

cari causam, quod prauas ipsi ex inutiles aduersus plebem sententiis introducturi, noluerint in haec consilia popularissimos aduocare, indignaturos nimirum, neq; neglecturos si quod iniustum institutum fieret aduersus plebem. Talis dicente Canuleio, multa cum indignatione, a:q; illis senatoribus qui non assumpserant in consilium, irato animo rem ferentibus, progrediens alicet consulum Genucius conabatur excusare, mutigareq; eorum iras: se amicos assumpisse dicens, non ut agerent aduersus plebem, sed ut cū ualde necessarijs liberarent, quidnam agentes uideretur neutrum electionum imminuere, utriū senatui celeriorem cognitionem de lege dantes, antardiorem. Horatium autem & Valerium, nulla alia se causa in consilium non adhibuiss, nisi hac ipsa, ne qua de eis plebi oriri uer sibiicio, tanquam murantibus administrationis sue electionem, si fuissent alicius sententiae, que deferriri equum censibat cognitionē de lege, in eam pugnagis opportunum. Postquam uero assumptionis omnibus compēdiosior cognitio uisa est melior: se, ut illis uisum sit agere: ex his dictis, iurauerūsq; per deos se uera dicere: eos etiam qui ex senatoribus uocati erant, dixit omnem esse dilaturos criminationem, non uerbis sed operibus. ac quandoquidem accusare, aut defendere uolentes, legem, iusta allegassent, adducturos se adrogationem sentītiae, non auo maximos & horatius

noratiſimos ſenatorum, quibus ex patriis con-
 ſuetudinibus etiam redditum eft hoc praeium:
 neq; ſuceptos plebeis, tanquam nihil ipſos pro-
 cis uile aut dicturos aut ſenſuros: ſed ex iuue-
 nibus eos qui eſſe uiderentur populariſimi. ♂
 haec pollicitus factaq; uolentibus potestate di-
 cendi, poſtquam nemo neque accusaturus le-
 gem, neq; deſenſurus aſtitit: progrediens rur-
 ſus rogauit primum Valerium, quid reipub. con-
 ferret, ♂ quid ſinatuſ preconsulcre ſuaderet.
 Iſq; aſſurgens muliosq; percurrent deſe, de' que
 maioribus sermones tanquam ipſis ad utilita-
 tem reipub. plebeiorum pareibus prepoſitiis, ♂
 enumerans a principio omnia occupantia ur-
 bem periculi proprieſ eos qui conteraria in repu-
 blica agerent, atque dicens eis omnibus qui ſe
 in mice erga plebeios habuiffent, fuiffe inutile
 demontrasse in plebem odium: mulciumq; lau-
 daria plebe, tanquam autore maxima facta
 urbi non libertatis tantummodo, ſed etiam prin-
 cipatus: ubi ♂ haec ♂ his ſimilia percurrit,
 poſtremo dixit non poſſe urbem eſſe liberam
 ex qua aliquis aequabilitatem tollere. dixieq;
 uideri ſibi eſſe legem iuſtam, qua uellet Ro-
 manos omnes paricipes consularis potesta-
 tis ſuri, qui quidem uiae eſſent irreprchenſi-
 bilis opera que demontraffent illo honore di-
 gna. Timpus autem cognitionis legis ipſum
 minime opporuium, cum in bellicis perturba-
 tionibus

tionibus urbs esset. Consulebatq; tribunis, ut si-
nerente conscriptionem militem fieri, nec egressum
inhiberent: ac consulibus, ut cum optimum
finem bello imposuissent, primum omnium præ-
consulatum de lege in populum effirrente. Et acq;
scribi iam uolbant & uerosq; consentire. Hanc
sententiam ifferente Valerio, & post cum Ho-
ratio (Nam secundum locum ei dedire C O S S.)
idem affectus omnes astantes subiit. Nam qui
legem uolbant tolli, dilutionem de cognitione
eius leto animo audierentes, illud post bellum ne-
cessere esse sibi de lege præconsulare, grauitate ac-
cipiebant: qui uero firmam eam uolbant à se-
narii iudicari, hoc quidem iustum legem esse con-
fessum iri lete audiebant: illud uero in alia in-
cidere præconsulatum tempora, irato animo ac-
cipiebant. Secuto autem ad eam sententiam ue-
solet tumultu, quia neutrī grata erant partes
eius omnes, progredivs consul tertium C. Clau-
dium sententiam rogauit. qui ex presidenribus
alteri factioni aduersanti plebeis arrogantis-
mus uidetur & potentissimus. isq; præparato
orationem percurrentes, omnia que cunq; unquam
pulchris patrīsq; consuecidinibus contraria ui-
sa sunt commemorauit: eiusq; principale fuit
in quod inclinauit sententia, ne quam trade-
rent cognitionem senati de lege, nec in praesens,
nec in futurum tempus consules: tanquam ea
ferente in dissolutionem optimatum potuisse,

confusuraq; ornatum ciuitatis omnem. Ex ore
auiem ad hanc sententiam maiore adhuc tunul-
tu, certius uocatus astitit T. Genutius, consulum
alearius frater, qui paucu loquens de occupan-
tibus urbem temporibus, duorum autem difficilli-
morum necesse ei alerum cuenire: uel ut propter
conventiones ambitionesq; ciuiles ualide res ho-
stium furcent: uel ut uolens que ex insecus infer-
rebanur auertere, male ipsa ciuite bellum do-
mesticumq; dissolueret. Duorum autem malo-
rum, quorum necesse esse inuitos eos alerum
sustinere, uideti sibi hoc aut minus inutile, ut
concederet senatus plebi diuelli potius patrum
Reipublice ornatum, quam genetibus exercitus et
hostibus ridiculam urbem fieri. Et his dictis
probatum ab ijs qui in consilio priuato fuerant,
sententiam protulit: quam interduxit (ut di-
xi) Claudius: ut pro consulibus praefectos crea-
rente tres ex patritiis, et tres ex plebeiis, consu-
larem habentes potestatem: et ubi eis finium
esset tempus imperij, oporeretq; creari magi-
stratus nouos, tunc senatum plebemq; conuenien-
tes, cognoscere utrum cōsules an praefectos mal-
lene imperium suscipere: et quod omnibus suffragium
ferentibus uidetur, firmum esse: per-
agiq; hoc in annos singulos praeconsulium. Hanc
sententiam effrenie Genutio multa omnium se-
cira est laus, omnesq; scire post eum astantes con-
fisi sunt haec esse optima. Scribiturq; à consulibus

libus decreum, quod tribuni mulio cum gaudio accipientes, processerunt in forum. Posteaq; aduocantes multitudinem ad concessionem, mulies laudes enarrarunt senatus, petere magistrorum iubentes quicunq; uellent plebeiorum simul cum patribus. Adcò autem leuis quedam est res desiderium sine ratione, & cito in alteram partem transiens, maximeq; multitudinis, ut hianti ante facientes hoc potiri magistratu, ac nisi eis hoc datum esse a patribus relicturi uerbenue antea, aut armis ipsi eum assumpturi, ubi concessum hoc acceperunt, abstinerint statim desiderio, studiaq; in alteram partem transrulerint. mulies enim plebeiorum proficiens se prefecturam hanc petere, magnoq; studio preces adhibentibus, neminem eorum dignum hoc honore putauerunt. Sed facti ipsi suffragiorum domini petentes eum magistratum patribus illustres viros eos omnes prefectos creauere, Aulum Sempronium Aratimum, Lucium Arilium Longum, Titumq; Cloelium Siculum. Hiq; primi proconsulare imperium accipiunt anno certio octogesima quare & Olympiadis, imperante Athenis Diphilo. Obtinentesq; isti illud septuaginta dies tuncum, ulro ipsi deposuere, secundum patrias consuetudines ob missa quadam à deo signa prohibentia eos publica administrare. Abdicantibus uero se his magistris, conueniens senatus creat interreges, qui

FF 5 comi

comitiae predicentes, tradentesq; populo cogni-
zionem uerum præfectos creare uellere an consu-
les: iudicante ipsomet manendum esse in ueceri
consuetudine, permiserūe patrīiūs ut qui eorum
uellent petere consulatum. Finitq; iterum ex
patrīiūs consules, L. Papyrius Mugillanus, &
L. Sempronius Aratinus, unius eorum frater
qui præfecturam deposuerant. hicq; eo anno duo
apud Romanos magistratus extitere, maxi-
mam habentes potestatim. Non in omnibus ta-
men Romanis annalibus hi uiriq; inueniuntur,
sed in alijs præfecti tanum, & in alijs consules,
in non multis autem uiriq;. Quibus quidem nos
non ex ratiocinatione fidem adhibemus, sed cre-
dentes testimonijs sacrorum repositorumq; li-
brorum. Aliud autem nullum sub magistratu
horum neq; bellicum neq; ciuile opus dignum hi-
storia gestum est. Fœderā uero cum Ardeatum
urbe de amicitia societareq; ista sunt. Misce-
rant enim legationem Ardeates, depositis de
regione expostulationibus, uolentes ut amici
Romanis socij q; fierent. Haecq; fœdera collegium
consulum confirmavit. Sequenti uero anno de-
cernente populo iterum creari consules, susci-
piunt consulatum Luna mensis Decembris ple-
na, Marcus Geganius Macrinus iterum, &
Titus Quineius Capitolinus quintum. C O S S.
Hiq; senatū docentes, quod cum multa alia ne-
glecta erant ob continuas militias cōsulum, uno
uero

uero unum maxime necessarium neglectum erat, census legimus, ex quo numerus militaris etatis hominum cognoscatur, diuinarumq; magnitudo, quarum pro modo oportebat unum quenq; ad bellum tributa pendere, nullo intra decem & septem annos censu condito, à Lucij Cornelij & Quinei Fabij consulari, ita ut boni quidem uiri & utiles, in censibus militijsq; effente: flagitosissimi uero prauissimiq; sine censu relinquuntur, locumq; alium perciperent, in quo liceret eis ut uellent uiuere.

Est conuersum, sanctissime pater, id omne quod in ambobus tuis codicibus Græcis repertum est, sumq; ausus in hac ultima libri parte, præter incam consuetudinem aliquid, haud equidem addens aut detrahens, sed in fragmentis confuse scriptis, & præpostere in ambobus codicibus mutans ordinem: non autoris equidem hunc esse errorem putans, sed librariorum. nam cum decemuiratum statim primi consules sequantur Lucius Valerius Potitus, & Marcus Horatius Barbatus, quod cum ex aliis historicis, tum ex hoc ipso, & in hac parte uideri potest, horū gestis præposuerant librarii Græci alia post gesta, atq; duo non cohærentia inter se fragmenta in unum contulerant: quod ego aduertens (neq; enim difficile animaduersu-

uersu fuit) uolui autori ipsi hanc quam poteram opem paruulam apud Latinos ferrare: quod & ipsum fuisset, puto, pudori mihi nifecissem, nec uisus essem tam perspicuam rem uidisse. Tu me, oro, pro tua egregia animi nobilitate magnificientiaq; commendatum habe deditissimum tibi seruulum.

F I N I S.

R E R V M I N H O C O P E- R E N O T A T V D I G N A- R V M I N D E X.

*Ea quæ asteriscum * sequuntur, in secundo habentur solum: reliqua quæ præcedunt, in primo.*

A Borigines Romani generis autores	27.
A quando Romam occuparint	ibidem
A borigines qui e quare dicti	32. à Græciis oriundi
<i>32.88</i>	
A borigines Siculæ cōfines bello inuadūt	36.90
A borigines Oenotrorum posteri	129. 131. 171.
<i>ipsorum oræ limites</i>	131
A calis Eumedis filia	92
A carnanes Leucada tenent	77
A ceſtorides Athenarum princeps	459
A chæi Pergamum diripiunt	71. corum fœdus cum A enea e Troianis
<i>72. Oriundi à Græcis, Ponti accolæ</i>	
<i>130</i>	
A cha	

<i>Achaia</i> que, & unde dicta? . quo genes in	
se complectatur	47
<i>Achillis clypeus à Vulcano fabrefactus</i>	* 89
<i>Aediles qui, & eorum potestas</i>	612
<i>Aegestus casu natus & educatus in Sicania</i>	
79. <i>Eius progenies</i> 79. <i>Mors</i>	109
<i>Aegesta cur ab Seneca condita</i>	80
<i>Aegypti fertilitas</i>	59
<i>Aelius Tubero auctor grauis, & scriptor dili-</i>	
<i>gens</i> 117. <i>Eius Annales</i>	25
<i>Aemilia & Stali quale miraculum circa ignis</i>	
<i>percepit custodiā acciderit</i>	206
<i>Aeneae aduentus in Italiā</i> 70.80. <i>Laurentum</i>	
<i>appulit</i> 69. <i>Rex Aborigium, & Latini re-</i>	
<i>gis gener</i>	69
<i>Aeneae gesta</i> 75.80. <i>eius simulcas cū Alexan-</i>	
<i>dro</i> 74. <i>prodidit Priamū</i> 74. <i>Acheis Troiam</i>	
<i>prodidit</i> 74. <i>Eius cum Acheis fædus</i> 73. <i>eius</i>	
<i>clavis in Hellesthonum traxit</i>	73
<i>Aeneae aduentus multa indicia in Delo</i> 76. &	
<i>in Aetio & Ambracia</i>	77
<i>Aeneas ubi locorū defunctus sit, incōperium</i>	75
<i>Aeneas oppidū in Pallene à Troianis cōditū</i>	76
<i>Aeneas Dodonam oraculi causa nauigat</i>	77.
<i>eius musera Dodone</i>	ibidem
<i>Aeneae templum apud Aegestanos</i>	80
<i>Aeneae reditus in Troiam cur effictus</i>	81
<i>Aeneae sepulcræ cur muleis in locis mōstrētur</i>	82
<i>Aeneae somnium</i>	85
	<i>Seneca</i>

I N D E X

- Aeneas fædus cum Latino* 88
Aeneas condit Lavinium 35
Aeneas connubium cum Lavinia Latini filia
 89. *Condidit Lavinium* 88
Aeneas corpus post pugnam non invenit, ad
superos translatum 94
Aeneas que sacra ex arce Ily abstulerit 100
Aeneas cum Ulyssè è Molossia dilatus in Italia-
liam, urbis Romæ conditor 103
Aeneas quatuor filios habuit 103
Aeneas Silvij filius, Latinorum rex 102
Aequi Volscis deficiens se adiungunt, 548.
 * 111.221. *Latinorum agros populantur,** 548
 327. *Tusculanorum agros infestant* * 378
Aequorum fuga & clades * 556
Aequi perpetui Romanorum hostes * 565
*Aequorum agri à Rom. vastati ** 173.207.225.
 279.297
*Aequorum exercit' socios Romanorū i'fstar** 291
Aequorum fædus cum Volscis contra Romanos
 * 293. *expeditio contra Latinos & Hernicos,*
in Tusculanū & in Sabinorū Romanorumq;
agros * 293. *Romā obsidere properat* * 296. co-
 runderem cum Rom. pugna * 277.325.330.356
*Aequorum copie sub iugum missa** 330. *eorum*
pugna cum Rom. & clades * 338.408.443
Aequi cum Volscis contra Romanos bellum
*monent** 443. *Latinorum & Hernicorum*
agros vastant *ibidem*
Acioli

I N D I C O N Y S I V M.

<i>Aetoli nunc, olim Curetes</i>	37
<i>Aesonensis pagus</i>	92
<i>Aezei qui</i>	29
<i>Africæ fertilitas estimata</i>	59
<i>Agatharchus quando stadium uicerit</i>	371
<i>Agathoclis res gestæ</i>	104
<i>Agathylli poëta locus de Seneca more</i>	75
<i>Albanus ager uinis fertiliſſimus</i>	60
<i>Agrrippa Latinorum rex</i>	102
<i>Agrrippa Menenius Lanatus cōſul, eiusq; geſta 466. plebis patronus 602. eius fabula</i>	606
<i>Mors, & funus publicum</i>	618
<i>Agilla olim, nunc Cere oppidum</i>	299
<i>Alba Latinorum rex</i>	102
<i>Alba à Latinis conditur 70. Solo aquaria 269.</i>	
<i>Quare solo sit aquaria</i>	97. 582
<i>Albanorum Rēpubl. è solis Græcis atq; Latinis 232. eius gloria & antiquitas</i>	233
<i>Albani Lauiniensium coloni</i>	234
<i>Albiolani à Cn. Marcio expugnati</i>	* 135
<i>Alladius Latinorum rex impius dilunio absumpcio</i>	102
<i>Alpheus fluvius</i>	57
<i>Alsum oppidum à Tyrrhenis captum</i>	41
<i>Aluntium Sicilie</i>	78
<i>Amata Latini coniuncta</i>	94
<i>Anactorium Corinθijs ademptum</i>	78
<i>Antaxilaus historicus</i>	17
<i>Ambrax Ambraciæ rex</i>	77

Alij:

I N D E X

<i>Anchisa urbs</i>	309
<i>Amphyictionicus conuentus</i>	349
<i>Anchises Buitrotum appulit</i>	77
<i>Anchise porcus</i>	<i>ibid.</i>
<i>Anchise defuncto facillum dicatur</i>	95
<i>Anchises Aihenarum princeps</i>	* 94
<i>Anchisensium tabula</i>	107
<i>Anienis & Tiberis cōfluentes ad Fidenas</i>	296
<i>Anienis fluuij descriptio</i>	460
<i>Anius Decli rex</i>	76.88
<i>Amulius Albanum imperium occupat</i>	109
<i>Amulius rex Latinorum Numitorum fratrem</i>	
<i>maiorem pellit 103. Amulij facinora</i>	109
<i>Annales Romani</i>	286
<i>Annibalis bellum</i>	150
<i>Antemna bellum Romanis infere</i>	167
